BIBLIOTECA NAZ.
XLVI
D
24
NAPOLI

XVI
24.

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVI
D
NAPOLI

2

Digitized by Google

Digitized by Google

TABULÆ CHRONOLOGICÆ
JO: DOMINICI MUSANTII
E SOCIETATE JESU

QUÆ

SACRA, POLITICA, BELLICA, FORTUITA LITERAS, ET ARTES AD OMNIGENAM HISTORIAM COMPLECTUNTUR

AB ORBE CONDITO AD ANNUM POST CHRISTUM NATUM MDCCL.

EDITIO TERTIA

AUCTIOR, EMENDATIOR, ET IN FORMAM COMMODIOREM REDACTA

ACCESSIT

DISSERTATIO HISTORICO-CRITICA,

QUA CHRONOLOGIÆ HIS TABULIS TRADITÆ SPECIMEN APOLOGETICUM EXHIBETUR.

AMPLISSIMO PRÆSULI

NICOLAO SPINELLI
EPISCOPO AVERSANO

D. D. D.

Bibl. Dom. Prof. Catal. inscript.

Neap. Soc. Jesu

ROMÆ ANNO JUBILÆI MDCCL.

EXCUDEBAT JOANNES GENEROSUS SALOMONI

IN FORO S. IGNATII.

SUPERIORUM PERMISSU.

AMPLISSIMO PRÆSULI

NICOLAO SPINELLI
EPISCOPO AVERSANO.

JOANNES BAPTISTA FAURE
E SOC. JESU.

PRodeunt Chronologicæ Tabulæ auſpiciis tuis, PRÆSUL AMPLISSIME, ut quas olim publicæ Studiorum utilitati peropportunas ſapientiſſimè judicaveras, iiſdem iterum lucem viſuris, acceſſione tui præclari nominis ſplendor, gratia, dignitas comparetur. Meminiſti, opinor, cum pro Sede Apoſtoli-

Digitized by Google

ca Gubernatorem Firmanæ Urbis ageres, non tam *ut Judex, quam ut Epiſcopus* (liceat enim in te transferre, quod olim de Ambroſio dictum accepimus) quanti faceres tum liberales diſciplinas omnes, tum vero jucundiſſima hæc Studia, quibus in ea ampliſſima optimarum Artium Univerſitate, cum docendi munus exequerer, ita operam dedi, ut ſi minus quod optabam, perfecerim, aliquid tamen utilitatis ſtudioſæ Juventuti videar attuliſſe. Nihil itaque præter expectationem facis, cum ex Prætore Urbium AVERSANUS factus ANTISTES Sacra omnia religiosè procuras, omnes omnium ordinum, atque ætatum homines diſciplina pietatis exerces vigili, & exquiſita, Monaſteriis excolendis invigilas, Clerum optimis Inſtitutis informas, ad pauperum denique, miſerorumque preces, & querimonias excipiendas uſque eo es facilis, uſque eo ad levandas eorumdem ærumnas, & inopiam ſuſtentandam paratus, ut iis te non Principem Virum ex SPINELLA Gente, hoc eſt ampliſſima, nobiliſſimaque progenitum, ſed humaniſſimum Patrem exhibeas,

obli-

oblitus magnitudinis tuæ: verum hæc ornamenta multo expreſſiora reddis, atque illuſtriora, cùm non optimos tantum mores excolis, ſed Sapientiam omnem, atque Doctrinam in florentiſſima Diœceſi tua patrocinio foves, ac beneficentia complecteris, prudentiſſimè ratus, communi Eccleſiæ bono maxime prodeſſe conjunctam cum Religione Sapientiam. His igitur de cauſis facile adducor, ut credam, exceptum iri a te, non illibenter, (quæ tua eſt humanitas) qualecunque hoc obſequii in te mei Teſtimonium, quo immortalium tuorùm in Societatem noſtram meritorum memoriam vigere apud nos utcunque profitear. Tanta enim illa, tam præclara, tam certa ſunt, tantoque cumulo creſcunt in dies, ut pro iis a nobis grates haberi tibi ſemper debeant, referri vero nunquam poſſint.

REIM-

Digitized by Google

REIMPRIMATVR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

F. M. de Rubeis Archiep. Tarſi Viceſg.

REIMPRIMATVR.

Fr. Vincentius Elena R̃mi Patris Magiſtri Sacri Palatii Apoſtolici Socius.

ERV-

Digitized by Google

ERUDITO, ET AMICO

LECTORI.

T*Abulis Chronologicis, quas Hiſtoriarum cognitionem aggreſſuris adoleſcentibus præcipuè proponimus, eum præfiximus titulum, qui mentem noſtram paucis aperiret* : Tabulas ad Omnigenam Hiſtoriam *appellavimus, quia per ſua tempora rerum omnium veluti capita, ſive Sacrarum, ſive Prophanarum ab Orbe condito ad extremos hos annos diſpoſuimus, ea methodo, quæ his tum cognoſcendis, tum memoria cuſtodiendis magnorum virorum, ac præſertim Theophili Raynaudi exemplo viſa eſt opportunior. (Hanc autem methodum ab an.1692. poſt Muſantium proſecutus fuit primum V. Cl. P. Dominicus Centi, deinde vero Eruditiſſimus Auctor Encyclopediæ S. Scripturæ P. Antonius Caſini.)*

Ut verò minori cum periculo errandi publico commodo ſerviremus, inſignium Scriptorum Saliani, Spondani, Petavii, Labbæi ſententias amplexi plerumque ſumus; ubi quid illis intactum attulimus, teſtem peculiarem adduximus.

Compendiariis quibuſdam notis utimur, A.C. ante Chriſtum, C. Cardinalis, C.P. Conſtantinopolit. D. Dux. E. Epiſcop. f. filius. ff. filii, fr. frater, ffr. fratres, M. Martyr, M. Menſis. m. moritur, n. natus, vel naſcitur, P. Pontifex, R. Rex. r. regnat, regnavit, v. vivit, vixit &c.

Quæ ad Orthodoxam Religionem pertinent tradituri, ea primò proponimus, quibus illa præcipuè conſtat, & fovetur, mox illa, quæ turbas eidem, & detrimenta ſolent afferre: id ſemper in utriſque ſpectantes, ut non eruditioni tantùm, ſed etiam religioni, & pietati ſerviamus.

In aſſignandis Rom. Pontificum annis, cùm certa aliquando adducere non poſſimus, quæ viſa ſunt probatiora ſelegimus, a minutioribus tamen abſtinendo, quare non integros aliquando menſes computamus.

Concilia quotquot potuimus ex pluribus collecta recenſuimus, quia id adhuc à nemine præſtitum vidimus. (ita ſcribebat Muſantius an.1692.)

Ea, in quibus teſtem non adducimus, vel vulgò nota ſunt, vel facilè apud eos reperientur, quos ſequi libuit, Card. nempè Baronium, Raynaudum, Ciacconium, Gaulterium, Labbæum; quamvis aliò nos aliquando trahat amor veritatis.

Politicorum nomine Regna, Reſpublicas, Dynaſtias omnes, eorum initia, vices, & exitus complectimur. Hæc prima mortales pu-

tant,

Digitized by Google

tant, & pro illis bella gerant; hinc illis Bellica jure conjungimus. Cum Romanis Imperatoribus, Italiæ Reges, & res Italas: cum Romanorum Pontificum Ditione Principes ejuſdem in Italia Beneficiarios dedimus, quia ſejungi vix poſſe videbantur.

Galliæ, & Hiſpaniæ Regibus Regnorum aliorum, ſive Dynaſtiarum initia, & quandoque vices apud eas gentes addidimus; quia id Hiſtoriæ meliùs intelligendæ non inutile futurum duximus. Probatos in his omnibus cujuſque gentis Scriptores conſuluimus.

Cæterùm, uti ſperare fas eſt, nemo mihi diem dicet, ſi Romæ Italis potiſſimùm ſcribens, ea quæ ad eos pertinent, accuratiùs aliquanto perſequar.

In rebus tùm Politicis, tùm Bellicis, Fortuita plurimùm poſſe nemo non videt. Hæc enim illas non rarò conſequuntur, eaſque ſæpe convertunt. Illis igitur hæc addenda.

In fortuitis afferendis ea fere deſcripſimus, quæ Baronius in Annal. Genebrardus in Chronol. in Breviario Chronologico Theophilus Raynaudus, & in Tabulis Chronograph. Gaulterius tradunt, qui fide probatorum Scriptorum niti ſolent.

Aſſignamus deinde, quæ ſivè inter Sacra, ſivè inter Prophana maximè memoranda cenſuimus, quæque certam ſedem habere non poterant; ut hinc etiam fortuita quodammodo videantur.

Nobilium literatorum cenſum, & literarum vices, variamque fortunam, quantùm inſtituti operis patiebantur anguſtiæ, accuratè deſcripſimus, quia id nec ingratum, nec inutile Mercurialibus viris futurum credimus. Literatorum ſæcula diligenter inveſtigavimus, eoſque in illis eo plerumque ordine diſpoſuimus, quo vixiſſe feruntur; utinam & id in ſingulorum annis aſſignandis præſtare valuiſſemus.

Qui plurium doctrinarum gloria floruere, hi pluribus in locis memorantur, quod & eorum meritis deberi, & legentium eruditioni conferre putamus.

Et quoniam liberali, & nobili adoleſcente digna, excellentium artium cognitio quædam prudentiſſimo cuique ſemper eſt viſa; idcircò Architecturæ, Picturæ, Statuariæ vel florentis, vel deficientis tempora, vices, & varietatem propoſuimus: Romæ præſertim, quæ præter cæteras gentes in his, omnium eruditorum judicio, primas plerumque ferre conſuevit.

In his porrò cognoſcendis non è libris tantùm fateor me profeciſſe, ſed etiam è colloquiis virorum in Romana antiquitate peritiſſimorum.

Cæterùm viventes ſeu Bellatores, ſeu Literatos, aut Artifices, quamvis maximis pares, memorare (ferè) non libuit, ob eas cauſas, quæ prudenti viro facilè occurrent.

PRI-

PRIMA ÆTAS

A Mundi Creatione ad Diluvium an. Mundi 1656.

Conſtat Sæculis fere ſexdecim.

PRIMÆ ÆTATIS TABULA I.

Ab an. M. 1 ad 1656

N.I. *Homo innocens in Terreſtri Paradiſo felix.*

IN primo temporum, & rerum exordio, Deus Cœlo, Terra, Animantibus, cæteriſque ad eorum ornatum conditis, ſexta tanti operis die format Hominem, corpus ex luto fingens, animam ex nihilo, illique nomen indit Adamum appellando. Poſtmodum in amœniſſimos voluptatis hortos, Divina manu conſitos (Terreſtrem Paradiſum dicimus), Adamum tranſtulit, & è dormientis coſta Evam eduxit, quam illi vitæ, & thori ſociam adjunxit, ut beatè viverent, & nullo pœnarum, mortiſque metu genus humanum propagarent, ſi vetitæ arboris fructibus abſtinerent.

N.II. *Homo poſt culpam reus extra Paradiſum miſer.*

Verùm intrà dies omninò paucos, ut plerique opinantur, Adamus Divinam legem neglexit, illecebra inductus uxoris, à callidiſſimo animantium omnium ſerpente deceptæ. Propterea pavidus, & animalium pelle contectus, unà cum noxæ ſocia felicibus hortis in perpetuum expulſus, morti, cæteriſque miſeriis, quæ mortalem conditionem comitantur, objicitur, & ſecum in eumdem caſum poſteritatem trahit omnem.

Primo infelicis exilii anno Adamus Cainum genuit, ſecundo Abelem, ſed hoc per invidiam à fratre interempto, Setho ad ſolamen eſt auctus. Hinc impia Caini, pia Sethi progenies extitit; quare hi filii Dei, illi hominum filii ſunt appellati. Ex his in duas ſivè Gentes, ſivè Sectas diviſum eſt Genus humanum uſque ad terrarum eluvionem.

N.III. *Filii Dei.*

Adam V. an. 930. Eva V. an. 940.

Seth Adæ f. n. 131. v. 912. m. 1042.

Enos Sethi f. n. 236. v. 905. m. 1140.

Cainan I. Enos f. n. 326. v. 910. m. 1235.

Malaëleel Cainani I. f. n. 396. v. 895. m. 1290.

Jared Malaëlelis f. n. 461. v. 962. m. 1422.

Henoch Jaredi f. n. 623. transfertur à Deo 987.

Mathuſalem Henochi f. n. 688. v. 969. m. 1656.

Lamech Mathuſalemi f. n. 875. v. 777. m. 1651.

Noe Lamechi f. n. 1037. v. 950. m. 2006.

Sem Noe f. n. 1559. v. 600. m. 2158.

Cam, & Japhet Noe ff. ante Diluvium nati, ſed eorum tempora in ſacris literis non deſignantur.

Ab an. M. 1 ad 1656

Dedimus Patriarcharum Æt. I. annos juxta Hebræos Codices, & Vulgatam Editionem. At quoniam aliter habent Codices Samaritani, & LXX. Interpretes, & inde exſiſtit celebris chronologica controverſia de tempore Ætatis I., ideo hunc diſſenſum ex Petavio, Ricciolio, Uſſerio in Tabella II. ſubjicimus.

PRIMÆ ÆTATIS TABULA II.

Periodus Iuliana Mundi annum 1. præcedit annis 660

Anni Patriarcharum ante Diluvium.

		Genuerunt Anno ætatis ſecundùm			*Vixerunt, poſtquam genuerunt ſecundùm*			*Vitæ totius tempus ſecundùm*		
		Hebr.	Samar.	Græ. LXX Int.	Hebr.	Samar.	Græ. LXX Int.	Hebr.	Samar.	Græ. LXX Int.
1	Adam, *ex quo filius*	130	130	230	800	800	700	930	930	930
2	Seth	105	105	205	807	807	707	912	912	912
3	Enos	90	90	190	815	815	715	905	905	905
4	Cainan	70	70	170	840	840	740	910	910	910
5	Maleleel	65	65	165	830	830	730	895	895	895
6	Iared	162	62	162	800	785	800	962	847	962
7	Enoch	65	65	165	300	300	200	365	365	365
8	Mathuſala	187	67	167	782	653	802	969	720	969
9	Lamech	182	53	188	595	600	565	777	653	753
10	Noe, *qui genuit* Sem.	500	500	500	450	450	450	950	950	950
	Inde uſque ad Diluvium vixit	100	100	100						
	Hinc ſumma annorum à Creatione ad Diluvium	1656	1307	2242						

Similem diſſenſum de Tempore Secundæ Ætatis per anticipationem hic exhibemus.

Anni Patriarcharum à Diluvio ad Abrahæ Ortum.

		Genuerunt Anno ætatis ſecundùm			*Vixerunt, poſtquam genuerunt ſecundùm*			*Vitæ totius tempus ſecundùm*		
		Hebr. & Vulg.	Samar.	Græ. LXX Int.	Hebr. & Vulg.	Samar.	Græ. LXX Int.	Hebr. & Vulg.	Samar.	Græ. LXX Int.
1	Sem *poſt Diluvium*	2	2	2	500	500	500	600	600	600
2	Arphaxad	35	135	135	403	303	330	438	438	465
0	*(a) Cainan* II.	0	0	130	0	0	330	0	0	460
3	Sale	30	130	130	403	303	330	433	433	460
4	Eber	34	134	134	430	230	270	464	364	404
5	Phaleg	30	130	130	209	109	209	239	239	339
6	Rheu	32	132	132	207	107	207	239	239	339
7	Sarug	30	130	130	200	100	200	230	230	330
8	Nachor	29	79	179	119	69	125	148	148	304
9	Thare	70	70	70	135	75	135	205	145	205
	(b) vel	130	130	130	75	15	75	205	145	205
	Summa annorum à Diluvii fine ad Ortum Abrahæ	292	942	1172						
	vel	352	1002	1232						

(a) *Hebr. Vulg. & Sam. omittunt Cainan II. quem habent Græc. LXX. in Geneſi, & Vulgata Lat. in Evang. Lucæ c.2.*

(b) *Num Thare an.70, vel 130. genuerit Abraham valde controvertitur. Vid. Petav. de Doct. Temp. l.9. c.18., & Ricciol. in Chron. l.6. c.2.*

Ab an. M. 1 ad 1656

N.IV. *Religio*.

Adam filios Dei cultum in primis, & ſacrificandi ritus edocet.

Abel ob ſingularem religionem, & innocentiam Deo gratus.

Seth pius, & egregius Divini cultus propagator.

Enos primus ſolemniores, ſtataſque cæremonias in Divino cultu adhibuit. Hinc dictus eſt primus invocaſſe nomen Domini. *SS.Interpretes.*

Enochus Sethi trinepos, ob ſummam cum Deo familiaritatem, divinitùs eſt ex hominum cœtu, atque oculis raptus.

N.V. *Res ſupra Naturam*.

Sacrificium Abelis certo ſigno Deus probat, ſive ignis è Cœlo demiſſus, ſivè fumus recta in Cœlum tendens id fuerit; quod non liquet.

Caino poſt fratricidium, terra innocentis imbuta ſanguine viſa eſt fruges negaſſe: & ipſe, ultrice ſceleris conſcientia, poſt Dei minas profugus erravit.

N.VI. *Regna*.

Adam Genus humanum patris potiùs more, quàm Principis poteſtate rexit, quandiù illi filii, nepoteſque paruere.

Si quæ fuere ante Diluvium Regna, ea intrà unius oppidi, & agri limites finiebantur.

Cain primus, Henochia condita, & de filii nomine dicta, in ea viſus eſt regnaſſe.

Naidis, & Enoſæ urbes etiam ædificaſſe ſcribit Joſephus Lib.1.Antiq.

Ab an. M. 1 ad 1656

N.VII. *Bella*.

Bellis prælufit Abelis cædes, à Caino, invidia impellente, patrata.

Cæterùm fuiſſe inter Cainitas, & reliquos Adamitas bella, non immeritò plurimi ſuſpicantur. Certè tubas, & arma belli inſtrumenta, ante terrarum eluvionem inventa, novimus.

N.VIII. *Scientiæ*.

Scientiarum ſaltem principia, ſeù rudimenta Adamo divinitùs indita, ab eo traduntur filiis, & nepotibus, à quibus ad poſteros propagantur.

Si pſalmos Adam compoſuit, uti Talmudici tradunt, quibus Genebrardus videtur aſſentiri, non hominum magis, quàm Poeſeos pater dicendus eſt.

Quin & ab aliis ante terrarum eluvionem ſacris Hymnis, Canticis, & Pſalmis Dei laudes, victorias, & res proſperè geſtas fuiſſe celebratas docet Huetius *in Demonſtrat. Evang.*

Inventas à Setho literas opinantur aliqui, quod certiſſimum proculdubio foret, ſi verum eſſet quod aliqui ex graviſſimis Patribus tradidere; Scriptum ſcilicet ab Enocho librum, quem apud Æthiopes aſſervari tradit Genebrardus.

De Enoch, & ejus Libro Diſſertationes duas lege ap.Calmet Tom.2.Diſſ. à p.462.Fragmentum Libri Enoch primus vulgavit Joſephus Scaliger ad Græca Euſebii.

PRIMÆ ÆTATIS TABULA IV.

Ab an. M. 1 ad 1656

N.IX. *Artes, Inventa.*

Primus inter homines Paſtor Abel, Cain primus Agricola, Lamech Venator.

Artem effodiendi metalla, vel præceſſiſſe agriculturam, vel cum ea natam conjectat Ariſtot. *l.*1. *c.*2. *Oecon.*

Jabel paſtoritia tabernacula, Jubal Muſicam, & ejus inſtrumenta, Noema lanificium, ac texturam invenit.

Tubalcain ferrariam peritiùs exercuit.

Henochia prima inter Urbes à Caino condita, cui ab Henocho filio nomen dedit.

Artem Nauticam fortè primus divinitùs edoctus eſt Noe, cùm juſſus eſt Arcam ædificare.

Nugatur proculdubio Zoſimus Panoplites affirmando Chymicorum artes hominibus ab Angelis traditas, cùm hi mulieres adamaſſent.

N.X. *Res memorabiles.*

Per hæc primæva Mundi tempora, Deo naturæ vires confirmante, fœminæ binos ferè ſemper enitebantur, ut plerique SS. Interpretes opinantur.

Quare anno Mundi, quo cæſus eſt Abel, magnam jam Terrarum partem frequentatam fuiſſe docet eruditè Bonfrer. *in c.4. Geneſ.*

Cainus in ſylva pro fera habitus, à Lamecho abnepote occiſus eſt.

Sethi gens, connubiis cum Caini gente junctis gigantes progenuit, homines, & corporis mole, & morum improbitate perinſignes. Quæ res Deum ad terrarum omnium eluvionem impulit.

De Gigantibus eruditiſſimam Diſſertationem habes apud Calmet Tom.2. Diſſ. p.353.

N.XI. *Diluvium univerſale.*

Ab an. M. 1 ad 1656

Noe 1556. quingenteſimum annum agens, monetur à Deo de immittenda terris omnibus eluvione, jubeturque Arcam fabricare, in qua ipſe cum filiis poſſit aſſervari. Illa centum annorum ſpatio perfecta eſt, longa (Deo ita mandante) cubitos 300. lata 50. alta 30.

Anno 1656. Deo jubente, immiſſis in Arcam omnis generis animantibus, ingreſſus eſt & Noemus ipſe cum uxore ſua, tribuſque filiis Sem, Cham, & Japhet, ac nuribus pari numero. Hinc perpetuis 40. dierum effuſis imbribus, omnia merguntur aquis, & nihil uſquam hominum, cæterorumque animantium reliquum in terris fit, præter id, quod Noemus Dei monitu aſſervarat ad Sobolem. Noe porro cum ſuis in Arca latuit 375. dies.

Sufficientem Arcæ amplitudinem mathematicè demonſtrarunt Joannes Buteo, Joannes Temporarius, Vvikinſius in Diſſert. inſerta SYNOPSI CRITICORUM, & alii eruditi.

N.XII. *Filii Hominum.*

Cain Adæ f. n.1. m.701. ut aliquibus viſum; nam Sacræ literæ, tum illius, tum poſterorum tempora omnino ſilent.

Henoch Caini f. Irad Henochi f.

Maviael Iradi f. Lamech Mathuſaelis f.

Ab hoc primo Poligamia videtur inducta, quam in Lamech damnat Hyeron. L.1. c. Jovinian., at in Patriarchis poſt Diluvium excuſat ex Divina diſpenſatione Innoc.III. cap. Gaudemus de Divort.

Jabel, & Jubal Lamechi ff. ex Ada.

Tubalcain Lamechi f. ex Sella.

Digitized by Google

SECUNDA ÆTAS

A fine Diluvii An. M. 1656 ad Ortum Abrahæ An. M. 2039
Conſtat Sæculis ferè Quatuor.

SECUNDÆ ÆTATIS TABULA I.

N. I. *Progenitores Abrahami.*

ARphaxad Semi f. n. 1659. v. 438.
Ab an. 1657 ad 2039 Cainan II. n. 1694. v. 360.
Sale n. 1724. v. 423.
Heber. n. 1754. v. 464.
Phaleg. n. 1788. v. 239.
Reu, ſive Ragau. n. 1818. v. 239.
Sarug. n. 1850. v. 230.
Nachor. n. 1880. v. 148.
Thare. n. 1909. v. 205. gen. Abraham an. M. 2039.

Cainan II. habet S. Lucas cap. 3. cum LXX. Interpr.

Pro hac lectione ſtant plurimi apud Riecciol. l. 6. c. 2. ſed alii plurimi refragantur cum Nat. Alexand. Diſſ. IV. ad 2. Mund. Ætatem.

N. II. *Religionis incrementa, & damna.*

Anno Mundi 1657. ſubſidentibus aquis, & Deo jubente, Noemus cum tribus filiis prodit ex Arca, Deoque gratias agit.

Ab an. 1657 ad 2039 Ninus Templum, & Simulacrum Belo patri conſecrat. Id Baal exiſtimatur. Hinc in vetuſtiſſimis Idolis Beli nomen licet agnoſcere, ut in Beelphegor, Belial, Beelzebub &c.

Ducentis circiter poſt Diluvium annis Idolorum cultus per imagines, hominum venerationi propoſitas, initium habet, creſcitque plaſtice inventa per Thareum Abrahami patrem. Vid. Joſue 14.

Plurimas de origine Idololatriæ opiniones eruditè collectas vide apud Calmet in Diſſert hoc tit.

Humani generis diviſio in Gentes
N. III. *Hebræorum Politica.*

Ab an. 1657 ad 2039 Noe filiis, & nepotibus terras divi dit. *Hinc ex Joſepho &c. ap. Salian.*

Japheto Scythia, & Europa: Chamo Syria, Ægyptus, & Africa: Semo, Aſſyria, India, & reliqua Aſiæ obveniunt.

Sublato per confuſionem linguarum commercio, Babylonicæ Turris ædificatio abjecta eſt, gentes diviſæ ſunt, & terra cœpit ubique frequentari.

E filiis, nepotibuſque Noemi, alii aliarum gentium parentes: Hebræorum à S. Auguſtino, & aliis cenſetur Heber, a quo Heberæi primò, mox Hebræi ſunt appellati.

N. IV. *Res ſupra naturam.*

Ab an. 1657 ad 2039 Iris à Deo ſtatuitur fœderis inter ſe, & homines pignus.

Superbis mortalium conatibus Turrim ædificantium Divinum Numen obſiſtit. Repente una, qua omnes utebantur, lingua in duas, & ſeptuaginta (quot erant hominum familiæ) divinitus diſpertitur. *PP. plur.*

Hebraica, quæ communis omnibus antea fuiſſe creditur, in Hebero manſit, à quo nomen accepit.

Verum non 72, ſed vix 30 eas linguas fuiſſe putat Bochartus: aliam ab Hebraica fuiſſe communem ante Diluvium multis contendit Huetius in Dem. Evang.

Digitized by Google

SECUNDÆ ÆTATIS TABULA II.

Ab an. 1657 ad 2039

N.V. *Monarchæ.*

Nembrotus Chami nepos, idem prophanis Scriptoribus Belus, primus Babylone regnat 1879. per annos 65

Ninus, ſive Aſſur f. ad 1996. 52 Nomen dedit Aſſyriorum Imperio.

Semiramis uxor Nini ad 2038. 42 Nino marito obeunte, eluſo filio, Regnum præſtigiis quibuſdam intervertit, & ad ſe transfert. Sed ab eo poſtea, quem de inceſtu appellaverat, eſt interfecta.

N.VII. *Regna, & Principatus extrà Græciam.*

Antiquiſſimos cum Syncello ex Manethone, & Eratoſthene Ægypti Reges agnoſcimus, ſed poſt Babylonios, quia ſacris literis id magis conſonum.

Menes, qui Juppiter Hammon poſtea eſt appellatus, in tota Ægypto.

Poſt hujus mortem ex filiis duobus, alter Thebis, Memphi alter imperavit.

Athotis, qui Mercurius, Thebis.

Toſorthrus, qui Æſculapius, Memphi.

Poſt hos in plures Dynaſtias diviſa eſt Ægyptus.

Ab an. 1657 ad 2039

N.VI. *Regna, & Reſpublicæ in Græcia.*

Quamvis vetuſtiſſimi Græciæ Reges à Neotericis in dubium revocentur, placet eos nihilominus ex optimorum Scriptorum traditione referre.

Sicyoniorum Regnum in Peloponneſo inchoatur 1890. Ægialeus primus ibi regnat ann. 52. *Ab eo Peloponneſus quondam dicta eſt Ægialia.*

Europs f. 45. *Nomen dedit Europæ.*

Telchis 20. Apis 25. Telxion 52.

Cùm feliciſſimè regnaſſet, poſt ejus mortem publici ludi ejus honori ſunt inſtituti.

N.VIII. *Bella.*

Ninus latius imperandi ſtudio flagrans, armis Imperium primus propagat, pluribus domitis Aſiæ populis. *Euſeb.*

Idem circa annum conditi Orbis 1990. Rege Zoroaſtre debellato, Bactris potitur.

Semiramis Virgo, Media, Perſide, Ægypto, aliiſque provinciis ſubactis, cum Indis felici principio, exitu triſti bellum gerit.

Bella inter Vexorim Ægypti, & Tanaim Scythiæ Regem antiquiora ex Trogo Juſtinus memorat, ſed vel obſcura, vel fabuloſa cenſentur.

Digitized by Google

N.IX. *Diſciplinæ Severiores.*

Ab an. 1657 ad 2039 Noe ſcientias, quas à majoribus acceperat ante Diluvium, in filios, & nepotes propagat.

Chaldæi Cœli, Syderumque ſpectatores cœleſtium motus, & effectus notare incipiunt 1900. annis antè Alexand. Magnum. *Simplicius in Ariſt.2. de Cæl.*

Meſraim Chami f. primus docet Ægyptios.

Babilonii, Aſſyrii, Chaldæi primi Philoſophiam profitentur, teſtibus Ariſtot. Sotione, & Laertio.

Athotis, ſive Theuth primus numeros invenit. *Plato.*

N.X. *Jurisprudentia. Medicina.*

Ab an. 1657 ad 2039 Sæculum ſinè Principibus, & Legibus, ac procul à bellis, aureum à Poetis eſt appellatum.

Zundavaſtavu pervetuſtum Perſicarum legum Codicem, qui ab Euſebio Perſicarum rerum Sacra collectio dicitur, Zoroaſtri à Deo datum, æmulantes Hebræorum gloriam, Perſæ finxere. *Huetius.*

Medicina inventa eſt à Toſorthro Ægypti R., quem Æſculapium dixere. Scripſiſſe fertur Anatomicos libros. *Videatur Marshamus in Canon. Chronol. Sæcul.1.*

N.XI. *Literæ Humaniores.*

Ab an. 1657 ad 2039 An ante Babylonicam linguarum confuſionem literarum uſus repertus fuerit, incertum adhuc eſt. *Vid. Calmet Diſſertat. de Materia & Forma veterum Librorum, ac varia ſcribendi ratione. Tom.1.Diſſ.p.6.ed.Luc.*

Ex duabus, & ſeptuaginta linguis, quæ natæ ſunt in Babylonica confuſione, ſeptem ſupereſſe cenſentur, quæ ideo Matrices appellantur, Hebraica, Arabica, Græca, Slavonica, Germanica, Tartarica, Latina, de qua lis eſt apud Eruditos. *Vid. Salianum in Ann. & Calmet Diſſertatione de Lingua Primitiva, & Linguarum ad Turrim Babelicam confuſione Tom.2. p.345. App.*

Ab an. 1657 ad 2039 Hieroglyphicæ literæ a Mercurio I. apud Ægyptios inventæ, iis occaſionem poſtea dedere Deos pingendi monſtroſis animalium formis. *Euſeb.*

N.XII. *Artes. Nova inventa.*

Noe primus è vitibus vinum expreſſit.

Neceſſitate magiſtra, quæ contra temporum injurias præſidium quærebat, inventa eſt inter primas ars ædificandi.

Pictura inventa 200. circiter poſt diluvium annis. *Salianus ex aliis.*

Thare Abrahami pater plaſtes primus ſimulacra fingit ex creta.

Zoroaſter Magicarum artium inventor habetur; falsò tamen illi tribuitur liber Zind, quo Magicos ritus, & ignis colendi diſciplinam ajunt contineri. *Huetius.*

SECUNDÆ ÆTATIS TABULA IV.

Ab an. 1657 ad 2039

Natales Vrbium, Architecturæ opera.
N.XIII.

Hortante Nembroto Chuſi f. Chami Nepote Turris, & urbs Babylon ædificatur 1854. Aliqui Urbem multa poſt ſæcula conditam malunt.

Memphis à Mene conditur in Ægypto. Ninus ad Tigrin Niniven condit.

Niſibis in Meſopotamia, & aliæ urbes extructæ. Semiramis Babylonem magnificentiùs auget.

Niſibis eadem Cluverio eſt Antiochia Mygdonia.

Pyramides non ad horrea, ut aliqui falsò putant, ſed ad Regum ſepulchra inter Deltam, & Memphim erectæ. Ideoque non Thinitæ, ſed Memphitæ Reges earum auctores habendi ſunt. De Pyramidibus vid. Kirker in Turri Babel, ubi de his eruditiſſime, tum etiam in Oedipo.

Diagramma propagationis hominum ex ſtirpe unius Filii Noe.

Anni à Diluvio.	*Numerus Filiorum*
VIII	8
XXXI	64
LIV	512
LXXVII	4096
C	32768
CXXIII	262144
CXLVI	2097152
CLXIX	16777216
CXCII	134217728
CCXV	1065741824
CCXXXVIII	8525934592
CCLXII	68207476736
CCLXXXV	545659813888

Viri, & Res memorabiles.
N.XIV.

Nemo mortalium poſt ſubmerſionem terrarum natus, ad annos 500. vitæ tempus protraxit.

Cùm poſt eluvionem vis, & hominum vita imminuta eſſet, ad ſubſidium imbecillitatis carnis eſus, & vini uſus invectus. *Sed de cibo Antediluviano vid. Nat. Alex. Diſſ.6. ad 1. M. Ætat.*

Noe, vino liberaliùs hauſto, fit ebrius, quare nudus ludibrio habetur à f. Chamo.

Propagari magnoperè potuiſſe Genus humanum, ut Aſſyriorum Imperio, Ægypti Dynaſtiis, aliiſque Regnis ſufficeret, oſtendit Petavius l. 9. de Doct. Tem. c. 14. Fac enim anno XVII. ſingulos mares poſt Diluvium generare cœpiſſe, & quotannis unum marem genuiſſe, itaut a 17. ad 24. ætatis annum 8. filios genuerint, ſuppeditante una ſtirpe, ſeu linea alteri fœminas; ex: gr: Japhet anno poſt Diluvium 8. habuerit 8. maſculos, qui & ipſi anno 17. ætatis generare cœperint, itaut anno poſt Diluvium 31., ætatis ipſorum 24. ſinguli ſuſceperint 8. filios, utique ſi ad numerum annorum à Diluvio continuè adjicias 23., numerum autem filiorum antecedentem per 8. multiplices, ſola ſtirps Japhet an. 238. poſt Diluvium genuiſſet pluſquam 8525. milliones hominum, quorum dimidium potuit eſſe ſuperſtes, & numerum hominum ſuperare, qui noſtris temporibus vivunt; non enim ferè excedunt mille milliones, ſi Ricciolio credimus in Append. Geogr.

Digitized by Google

TERTIA ÆTAS.

Ab ortu Abrahæ An. M. 2039 ad Exitum Iſraelis ex Ægypto An. M. 2544. Conſtat Sæculis ferè Quinque.

TERTIÆ ÆTATIS TABULA I.

Ab an. 2039 ad 2300

N.I. *Patriarchæ Hebræorum.*

Abraham Thare fil. n. 2039. v. 175.

Iſaac f. n.2139. v.180.

Rebeccam ducit 2179.

Jacob n.2199. v.147.

Ruben, Simeon, Levi, Judas, Dan, Nephtali, Gad, Aſer, Iſachar, Zabulon, Joſeph, Beniamin ex duabus uxoribus Lia, & Rachele patre Labano natis, & ex duabus Ancillis Zelpha, & Bela.

Levi Jacobi f. n.2285. v.137.

Abrahami cum laude meminerunt vetuſtiſſimi Gentium Hiſtorici *Beroſus, Hecathæus, & Nicolaus Damaſcenus* apud Euſebium *l.4. Præparat. Evang. cap.16.*

Ab an. 2300 ad 2544

Caath f. Levi n.2318. v.133.

Amram f. n.2381. v.137.

Aaron f. n.2461. v.122.

Duces Hebræorum.

Moſes Aaron fr. n.2464. v.120.

Joſue f. Nun n.2491. v.110.

Sub his Exitus Iſraelis ex Ægypto an. Mund. 2544. ante Chr. 1510. ante Urbem conditam 757.

Eruditiſſimam Diſſertationem *De Transfretatione Erythræi per Hebræos* contra Incredulos vid. apud Calmet Tom.1.Diſſ.p.57. *Plinius l.30.cap.1. Moſem Magicæ cujuſdam factionis auctorem fuiſſe mentitur, eumdemque inter famoſos Magos celebrat Apulejus Apol.2. inde occaſionem nacti, quod Moyſes prodigiis ſuis conturbaverit Ægyptum.*

Ab an. 2039 ad 2300

N.II. *Religionis incrementa, & damna.*

Abraham ex Ur Chaldæorum evocatur, futurus veræ religionis Parens 2108.

Melchiſedech Rex Salem, & Sacerdos occurrit Abrahamo victori. Is decimas Sacerdoti ſolvit 2118.

Circumciſio à Deo imperatur Abrahamo 2125.

Moab Moabitarum, Amon Amonitarum parens naſcuntur ex inceſtu ebrii Lothi cum filiabus 2139.

Iſaac in monte Moria ſiſtitur immolandus 2163.

Eſau ducit alienigenas, unde corrupta Religio 2238.

Ab an. 2300 ad 2544

Joſeph fruſtra ſolicitatus ab hera nobile caſtitatis exemplum 2316.

Phares, & Zaram Judæ filii ex Thamar Chriſti Progenitores 2338.

Jacob ſanctè moriens filiis bene precatur 2345.

Job, ex Zara f. vel nepote Eſau ſanctimonia clarus ærumnarum per patientiam victor in fine ſæculi 24.

Cæterum maximè varias de Jobo opiniones vide ap. Calmet in Prolegomen. vide etiam aliam peculiarem ipſius Diſſert. de morbo Job Tom.2. Diſſ. p.327. ed. Lucenſis 1729.

Agni paſchalis eſus, Deo jubente 2544.

Digitized by Google

TERTIÆ ÆTATIS TABULA II.

	N.III. *Hebræorum politica.*	N.IV. *Res ſupra naturam.*	
Ab an. 2039 ad 2300	Abraham in Palæſtina cum Sara uxore Nachoris filia, Loth nepote 2114. Loth ob jurgia inter paſtores dividitur ab Abrahamo 2116. Iſmaël, & Agar pelluntur 2144 Eſau Primogeniti jura vendit 2218. Jacob fugit in Meſopotamiam, ibique apud Labanum avunculum oves paſcit 2276. Jacob redit, & conciliatur cum Eſau 2296. Erythram Græcorum, a quo mare Erythreum, ideſt rubrum nomen accepit, teſte Arriano Geſtorum Alexand. L.8., eſſe ipſum Eſau, Viris eruditis jamdiu eſt obſervatum: Vide Fullerum L.4. Miſcellaneorum c.20.	Deus Abrahamo felicem ſobolem, Palæſtinæ poſſeſſionem, Chriſtum pollicetur. Angeli Abrahamo prænunciant incendium Sodomorum 2139. & igne cæleſti pereunt quatuor urbes famoſæ, quinta exempta à calamitate, precibus Abrahæ. Eximitur Loth, & Uxor cum filiabus ab incendio. Uxor Loth, quod contra Angeli educentis præceptum reſpexiſſet, in ſtatuam ſalis eſt verſa, ſtultitiæ documentum. (a) Jacob Dei ſpeciem videt in quiete è ſummis ſcalis Chriſtum ſibi pollicentis 2276.	Ab an. 2039 ad 2300
Ab an. 2300 ad 2544	Dinæ vis illata, & hinc pugna cum Sichimitis 2305. Joſeph per invidiam à fratribus venditur 2306. Joſeph Ægypto præficitur 2319. Jacob cum filiis in Ægypto 2329. *Hebræi primò regebantur per Patriarchas, penes quos erat imperium in gentes.* Amenophis Pharao ſævit in Hebræos 2451. Moyſes è flumine à Thermuti Pharaonis f. in Aulam inductus 2464. Moſes fugit ex aula 2503.	Joſeph ob Divinam conjiciendorum ſomniorum ſolertiam è carcere vocatur ad imperium 2319. Idem imminentem ſeptem annorum fertilitatem, ac totidem ſequentium ſterilitatem ex Regis Ægypti ſomnio præſagit 2319. Jacobi in Ægypto ſoboles, quamvis per labores opprimente Rege, vegetior, & fœcundior. Prodigia à Moyſe patrata, vulgo decem Ægypti plagæ 2543.	Ab an. 2300 ad 2544

(a) Statuam ipſam ſuâ ætate ſuperſtitem fuiſſe refert Joſephus l.1. Antiq. c.22. ſuâ etiam Brochardus Deſcriptionis Terræ Sanctæ cap.7. §.34. etſi eam ſe non vidiſſe ingenue fateatur: ſuâ etiam Saliniacus eam ſibi viſam affirmans Itinerarii Hieroſolymitani Tom.9. cap.6.: eam ad hanc diem ſupereſſe leges in Recentioribus, qui has regiones luſtrarunt. Nonnulla fabuloſa relata ſunt de hac Statua, quæ leges in S. Iræneo L.4. c.51., & in Auctore Poematis, quod inſcribitur *SODOMA* apud Tertullianum.

TERTIÆ ÆTATIS TABULA III.

Ab an. 2039 ad 2300

N.V. *Monarchæ.*

Ninias f. ad 2076. 38

Regni adminiſtratione Præfectis permiſſa, in cœtu mulierum conſeneſcit, qua in re Aſſyriorum reges 32. habuit imitatores, ſolis nominibus notos.

Arius f. ad 2106. 30
Aralius ad 2146. 40
Xerſes, ſeu Balæus ad 2176. 30
Armamithres ad 2214. 38
Belochus ad 2249. 35
Balæus ad 2301. 52

N.VI. *Regna, & Reſpublicæ in Græcia.*

Sicyone regnant Thelxion 52. Ægydrus 29.
Thurimacus 45. Leucippus 53.
Meſſapus 47. Eratus 46.
ArgorumRegnum incipit 2197. (a)
Inachus I. Argis regnat 50. Phoroneus Inachi f. & Meliſſæ 60.

Inachidæ ab Inacho dicti Reges omnes Argivi.

(a) *Incidit itaque Argivorum regnum in Peloponeſo cæptum in ætatem Abrahami, ut ex Caſtore in ſuo Chronico refert Euſebius.*

Ab an. 2300 ad 2544

Atladas, ſeu Sethos ad 2333. 32
Mamythus ad 2363. 30
Aſcharius ad 2391. 28
Sphærus ad 2421. 20
Mamylus ad 2451. 30
Sparthæus ad 2481. 30
Aſcatades ad 2521. 40

Tum hi, tum reliqui Aſſyrii Monarchæ, ac pleraque de vetuſtis Regnis ex Euſebii Chronico deſumpta. Is in Exordio ſub finem; Annum, *inquit*, ad annum comparabimus, ut ſciamus, quid memoriæ dignum, & quibus annis geſtum ſit, ſive apud Hebræos, ſive apud Græcos, ſive Barbaros, cæteraſque gentes, quarum Hiſtoriographi memoriam fecerunt.

Sicyone regnant Plemnæus 48.
Ortopolis 63. Marathon 30. Echyreus 55.
Argis regnant Apis 35. Argus 70. Criaſus 54. Phorbas 35. *Argus ob ſingularem prudentiam centoculus dictus.*
Athenarum Regnum inchoatur 2446. Cecrops Ægyptius Athenis regnat 51. *Ab eo Succeſſores 16. dicti Cecropidæ.* (b)

Chronicon Euſebio-Hyeronimianum vide Tom. VIII. operum S. Hyeronimi Ed. Veron. 1740, quod Veterum Fragmentis, Notiſque omnigena eruditione refertis ornavit Cl. Dominicus Vallarſius, opem ferentibus aliis Viris eruditis, ac præcipuè Marchione Scipione Maffejo.

(b) *Eumdem Moyſis coævum fuiſſe docet ex Caſtore Euſebius in Chronico*: Ab ejus tempòribus Græcorum antiquitates deducit Chronographus Parius a Seldeno editus inter Marmora Arundelliana, utpote poſt quem, & coævum illi Moyſen = quæ apud Græcos Mirabilia narrantur, contigerunt: Deucalionis diluvium, Phaetontis incendium, ortus Erichtonii, Proſerpinæ raptus, Cereris Myſteria, Eleuſiniorum inſtitutio, Triptolemi agricultura, Europæ ab Jove raptus, Apollinis Nativitas, Cadmi ad Thebanos adventus, atque iis juniores Bacchus, Minos, Perſius, Æſculapius, Caſtor, & Pollux, & Hercules, *inquit Euſebius* Præparat. Evangelicæ L. 10. cap. 9.

Digitized by Google

TERTIÆ ÆTATIS TABULA IV.

N.VII. *Regna, & Principatus extra Græciam.*

Ab an. 2039 ad 2300 Pharao Mencheres R. Memphiticus in Ægypto Abrahamo æqualis 2115.

Pharaonis prænomen commune fuit Ægypti Regibus, ut Cæſar, & Auguſtus Rom. Imperatoribus.

Elephantini Reges in eadem Ægypto, ex Africano, *cujus tamen commentitias Dynaſtias cordati rejiciunt.*

Cres, à quo inſula nomen accepit, in Creta regnat, poſt eum Jupiter hujus nominis in Creta primus.

Jovis nomen pluribus Regibus olim commune. Videantur Voſſius de Orig. Idolol. & Huetius in Demonſtrat. Evang.

Slanius, ut patrii Scriptores affirmant, primus regnat in Hibernia 2281.

Ab an. 2300 ad 2544 In Ægypto Pharao Ameſis, ſive Rameſis, ut alii malunt, quo regnante Joſeph ingreſſus eſt in Ægyptum 2306.

In eadem Ægypto Reges Tanitæ, dicti Paſtores, quorum primus Salatis ſeu Saites. *V. Marshamum in Canone Chr.*

Inter alios ibidem Memphitarum Reges memorantur Amenophis II. ſeu Memnon, Orus, Poetis Buſiris in hoſpites ferus, Thermutis Ori filia, Moſis in fluvio expoſiti ſervatrix.

N.VIII. *Bella.*

Abraham armatus ſervis ſuis 318. una cum Mambre, Eſcol, & Aner Fæderatis ſuis expeditionem ſuſcepit in exteros Reges, a quibus prædam omnem eripuit, ac Loth cum reliquis captivis recepit. Bellum autem intulit, vel Dei inſpiratione, vel etiam propria legitima auctoritate; neque enim privatus fuit, qui ſi minus poſſeſſione, at certè jure, ac promiſſione divina Dominus fuit Terræ Chanaan: Quare & Hebronitæ eum *Principem Dei* agnoſcebant *Gen.*23, 6, & fœdus ab Amorrhæis Principibus cum ipſis initum eſt Gen.14 13. Ab an. 2039 ad 2300

Iſmael Abrahami f. Arabiam bellando ſubigit 2261. *Salian.* Ex eo feroces bello gentes progenitas, Iſmaelitas, Agarenos, Arabes, Saracenos, omnes ferme tradunt,

Telchines, & Cariathæ cum Phoroneo bellum gerunt 2264.

Telchines Talaſio, & Caretro ducibus vincuntur à Phoroneo 2771.

Telchines, qui victi, & Peloponneſo pulſi, primò Cretam, deinde Cyprum armis occupaverant, tandem Rhodo potiuntur. Malefici homines fuiſſe traduntur, ſolo aſpectu omnia effaſcinantes. *Heſychius, Suid.* Ab an. 2300 ad 2544

Moſis in Ægypto bella contra Æthiopes, quæ Joſephus memorat, cordatioribus viris fabuloſa videtur. (*a*)

Chaldæi pugnant in Phænices 2507 *Euſeb., & ex eo Petavius in Chron.*

(a) *Fabuloſum quoque videtur Theodoreto q.22 12. in Num. quod in ea Ethiopica expeditione Filiam Regis Ethyopum Moſes ſibi uxorem duxerit; quare mirum eſt quod aliam Fabulam nobis, tamquam Hiſtoriam obtrudat Petrus Comeſtor in Hiſt. Scholaſtica cap.6. ubi de Hiſtoria in Exodum; Moyſen duas Imagines Aſtronomicas duabus gemmis inſculptas, totidem anulis inſeruiſſe, cumque ejus eſſent virtutis, ut altera memoriam afferret, altera oblivionem, hanc Filiæ Regis dediſſe, ut amoris erga Moyſen oblita, ſineret in Ægyptum regredi.*

TERTIÆ ÆTATIS TABULA V.

N.IX. *Diſciplinæ ſeveriores.*

Ab an. 2039 ad 2300

Ur Chaldæorum Abrahami patria, Academia Syderum ſcientia nobilis 2101.

Qui docent Ægyptiis traditam ab Abrahamo Aſtrologiam, improbantur. Ut id perſuadeat lectoribus Artapanus apud Euſeb. l.9. fingit Abrahamum annos 20. manſiſſe in Ægypto.

Heber ſæculo 23. incipiente publicus rerum Divinarum Magiſter. *Abulenſ. & Lyr. in cap.25. Geneſ.*

Ab an. 2300 ad 2544

Qui Druidas in Gallia hoc ævo floruiſſe docent, ſomniari videntur.

Joſeph in Ægypto Mercurialium virorum Mecænas, & veræ ſapientiæ magiſter. *Abulenſis.*

Theman urbs Idumææ, Jobo florente, literarum ſtudiis nobilis. *SS.Interpretes.*

Prometheus, & Atlas Aſtrologiæ cultu celebres.

Moſes omni ſapientia Ægyptiorum eruditus eſt: *Actorum 7.*

Chaldæi Aſtronomi in Orchenos, & Borſipenos diſtincti. *Voſſius.*

N.X. *Juriſprudentia. Medicina.*

Ab an. 2039 ad 2300

Prima lex Abrahamo datur à Deo, Circumciſionem illi, & poſteris imperante 2125.

Phoroneus primus in Græcia leges condit, vagos, ac diſperſos homines in unum cogit, mœnibus ſepit 2247.

Hæc Græci, ſed negat Joſephus in Diſſert. adverſus Apionem, docetque, Græcorum omnes Legiſlatores præ Moſe recentes eſſe.

Artapanus ſæpe ab Euſebio memoratus, in ſuo de Judæis Comment. ſcribit Joſephum Ægyptiorum (a) *agros diviſiſſe, & magnam ſoli partem ſylveſcentem culturæ commodam reddidiſſe.*

Ab an. 2300 ad 2544

Medicinæ repertorem. Apim Ægyptium plurimi agnoſcunt; & cùm ejus imagini ſymbolum Solis ineſſet, Æſculapium ſuum Græci Apollinis Filium dixere: *Huet.*

De Medicis Ægypti Diodorus Sic. l.1.: Annonam ex publico accipiunt; & Medicinam ex lege ſcripta, per multos ab antiquo Medicos illuſtres applicant. (e)

In Joſephi familia fuiſſe Servos Medicos S. literæ teſtantur. *Gen.50.*

(a) A. Gellius l.11. cap.18. *Memini legere me in libro Ariſtonis Jureconſulti, apud veteres Ægyptios furta omnia fuiſſe licita, & impunita.* Diodorus Siculus l.1. *De Furibus lex quædam Ægyptiis eſt perquam ſingularis. Qui furtis operam dare volunt, nomina apud Furum Principem profitentur, & è veſtigio furtum ex pacto ad eum referunt. Qui res ſuas amiſerunt, unumquemque amiſſorum literis conſignatum exhibent, locumque, ac diem, & horam, quibus jacturam fecerunt, adſcribunt. Hoc modo rebus facile repertis, qui fraudatur, taxatione rerum facta, quadrantem horum perſolvit, & tum ſua recuperat. Cum enim fieri non poſſit, ut omnes a furto abſtineant, viam Legiſlator invenit, qua tota res ſublata, præter exiguum redemptionis pretium, ſervaretur.* (e) Idem Diod. *Si leges, quas Sacri Codicis lectio tradit, ſecuti, ægroto ſanitatem reddere nequeant, culpa vacant, & indemnes abeunt; ſin contra præſcriptum agant, capitibus judicium ſubeunt: nam medendi rationem longi temporis uſu obſervatam, & ab optimis artificibus ordinatam, paucos ingenio, & ſolertia ſuperaturos Legiſlator cenſuit.*

Digitized by Google

TERTIÆ ÆTATIS TABULA VI.

N.XI. *Literæ Humaniores.*	N.XII. *Artes. Nova inventa.*

Ab an. 2039 ad 2300 Ab an. 2039 ad 2300

Aſſyriis literarum elementis à puero aſſuetus Abrahamus, ubi ad Chananæos acceſſit, ejus gentis literis uſus eſt.

Nec earum uſum abjecere Abrahami poſteri, quoad in Chaldæa captivi primas Aſſyrias reſumpſere. *Huetius.*

Ægyptii Artium inventa, & hiſtorias deſcribebant in columnis, & ſtelis, eaſque in ſpecubus aſſervabant, quos dixere Syringes. *Huetius.*

Rudis ſtatuarum origo è ſaxis informibus, quas ſtatuas Stelarum Cedrenus appellat l.4. Mox iiſdem ſucceſſere, vel Columnæ, vel Coni.

Oſiris Ægypti R. cujus uxor Iſis, ſeu Ceres Pharia Agriculturam docuit Ægyptios. *Verùm de Oſiride, & Iſide omnia, & incerta, & obſcura, ac veriùs fabuloſa.*

Phegon Phoronei Argor. R. fr. primus apud Græcos annis, & menſibus metitur tempora. Hebræi, & Ægyptii antea norant.

Ab an. 2300 ad 2544 Ab an. 2300 ad 2544

Grammaticam à Prometheo inventam Græcorum ſequuti fabulas, Suidas, & Cedrenus affirmant.

Foy gentis Rex Sinenſes characteres, ut Kircherus ex eorum monumentis tradit, Ægyptiacos Rex Memnon invenit. *Plin.*

Hieroglyphicas tamen literas antea Athotis, ſive Mercurius I. invenerat.

Betylia, (*a*) hoc eſt lapides uncti ab Urano, ſive Cœlo Deo, ut Sanchoniaton tradit, inventa ſunt. Erant hi Statuæ horum temporum.

Aliquid melius in ſimulacris effingendis Ægyptii conati ſunt, ita tamen, ut vix oculi diſtinguerentur, & nec brachia, nec pedes disjungerentur, ut videre eſt in Tabula Iſiaca Bembina, ac tribus vetuſtiſſimis Ægyptii lapidis ſimulacris, quæ ſervat nobiliſſima Caroli Card. Barberini Pinacotheca.

Prometheus ignem e ſilice eliciendi, & alendi rationem invenit. Hinc fabulæ locus de igne per eum è Cœlo raptum.

(*a*) Lapidem à *Jacob* in Bethel erectum, & oleo perfuſum Phænices coluere, ut referunt Hebræi; tum alios etiam lapides ſimili ritu unxerunt, ac ſacrarunt, quos Bætylia, & Betylos appellarunt. Sanchoniaton ap. Euſebium l.1. Præp. Ev. *Deus Uranus*, inquit, (ſive Cælum) *excogitavit Bætylia, cum fabricaſſet lapides animatos*, ſive *unctos*, ut legit Bochartus l.2. de Phæn. Colon. *Aſclepiadem in Libani Montem aſcendiſſe, & vidiſſe multa* Bætylia, *vel* Betylos, *quos vocant, de quibus multa miracula narrat*, ſcribit ex Damaſcio Photius in Biblioth. p.1047. Ad Betylia refertur Simulacrum *Ideæ Matris* ſumma religione Peſſinunte Romam advectum in ædem victoriæ, quod ridet Arnobius l.7. adv. Gentes: *Nihil quidem aliud, niſi lapis quidam non magnus coloris furvi ... oris loco poſitus, indolatus, atque aſper; faciem minus expreſſam præbens.* Idolum *Algabalum*, à quo nomen ſuum Heliogabalus mutuatus eſt, *lapis erat maximus, ob imo rotundus, & ſenſim faſtigiatus propemodum ad coni figuram*: Herodianus l.5. c.3.

TERTIÆ ÆTATIS TABULA VII.

	N.XIII. *Natales Urbium Architecturæ opera.*	N.XIV. *Viri, & res memorabiles.*	
Ab an. 2039 ad 2300	Suphis Memphis in Ægypto R. pyramidem omnium maximam ante natum Aram Abrahami fratrem erexit. *Ex Manethone.* Cres Gnoſſum in Creta condit 2097. Eleuſis, ubi ſacra Eleuſinia, ab Ogyge condita 2272. Septimus a Phoroneo Argiv. R. Pelaſgus, a quo Pelaſgi originem duxiſſe creduntur, qui eam Peloponeſi partem, quæ poſt Arcadia dicta eſt, primi videntur incoluiſſe. *Euſeb. Pauſan. Arcadicon* initio.	Aram Tharæi primogenitus Abrahami fr. primus inter mortales repentina morte periiſſe fertur. *Salian.* Ogyge regnante memorabilis Atticæ totius inundatio 2258. Uſque ad hanc omnis Hiſtoria Varroni dicitur incognita. Quo tempore ſtella Veneris colorem, magnitudinem, curſum mutaſſe viſa eſt, ſi fides eſt Varroni, ut refert S. Auguſtinus *l.25. de Civ. c.8.* Guſtaphus Perſarum Rex acceptam à Zoroaſtre religionem in Perſide propagaſſe fertur.	Ab an. 2039. ad 2300
Ab an. 2300 ad 2544	Sparta a Sparto Phoronei f. condita 2336. Alii malunt à Lacedemone, cujus uxor Sparta. Memnonis ſtatua ad Solis exortum vocalis 2438. à Cambyſe poſtea diffiſa. Pyramides aliquæ in Ægypto à Pharaone Oro erectæ 2480. Athenæ à Cecrope fundatæ 2496. Is ex Ægypto, Saitarum Colonia in Atticam traducta, Athenienſium regnum condidit: *Ex Euſeb.* Cecrope, Moyſis Coævo, regnante, Areopagum Judiciorum locum Athenis conſtitutum, teſtis eſt *Euſebius:* veroſimilius putant *Suidas, & Stephanus*, ita nuncupatum quod ibi de cædibus, quibus Mars præeſt, Judices quæſtionem haberent: Mars Græcè *Aris* dicitur:	Graſſante per Palæſtinam, viciniaſque regiones fame, filii Jacob in Ægyptum proficiſcuntur 2327. Apis poſt mortem in Ægypto divinis conſecratur honoribus. Hunc Ægyptium cum Argivo Api plerique confundunt. Callytha Junonis Sacerdos Argo regnante floret. Phorbas dictus Ophiacus Rhodo à ſerpentibus liberata. *Diod. l.5. Hyginus in Ophiucho.* Theſſalia per eluvionem obruta Deucalione, & Pyrrha in Parnaſſo regnantibus 2540, ſive 330. ante Trojanum excidium. *Clem. Alexand. 1. Stromatum ex vet. Chronologo.*	Ab an. 2300 ad 2544

Quoniam Joſ.15 celebratur *Dabir, quæ prius vocabatur Cariath-Sepher, ideſt Civitas literarum* quaſi generale quoddam Phœnicum Gymnaſium, dicendum vel eam Urbem conſtructam, vel floruiſſe hac Ætate III.

De Phegoi Templo hæc S.Aug.l.18.de Civ.Dei cap.3. Græcia ſub Phoroneo Argolico Rege, Legum, & Judiciorum quibuſdam clarior facta eſt Inſtitutis. Phegous tamen Frater hujus Phoronei Junior, cum eſſet mortuus, ad ejus ſepulchrum Templum eſt conſtitutum, in quo coleretur ut Deus, & ei boves immolarentur. Honore tanto dignus habitus eſt, quia .... docuerat obſervare tempora per menſes, atque annos.

TERTIÆ ÆTATIS TABULA VIII.

Selecta de Libris Apocryphis Patriarcharum Ætatis I, II, & III, quorum cognitio plurimùm ad eruditionem juvat.

CAtholici quidam vulgarunt olim *Cantica duo*, velut ab Adamo edita, unum poſt creationem Evæ, alterum pœnitentiale poſt admiſſum crimen, alternis ab ipſo cum Eva pronunciatum, quæ ex M. S. Bibliothecæ S. Laurentii in Eſcuriali deſcripſit *Nierembergius l.2. de Orig. S. Scrip. c.13.* His pſalmis, qui ſcatent ſententiis utriuſque Teſtamenti juxta Vulgatam editionem, non ſatis fidei conciliant B. Amadei Revelationes, dubiæ & ipſæ fidei.

Eodem loco habendi liber inſcriptus *Generationes Adami*, alter *de Divinitate*, nec non *Revelatio Adami, cum Deus ſoporem in illum immiſit. Alphabeta Adami, & Sethitarum* ex Vaticana Columna Literarum octava memorant *Rocca* in deſcr. Vat. Bibl. & *Scharderus* in Monumentis Italiæ, ſed in ea Bibliotheca ad notitiam, non ad fidem ſervata ſunt. Aut. op. Imp. in Matth. hom.2. *Audivi aliquos referentes de quadam ſcriptura, & ſi non certa, ſed tamen non deſtruente fidem, ſed potius confirmante ... inſcripta nomine* Seth, de *Apparitura* Stella, & *muneribus Chriſto offerendis*. S. Epiphanius *de Sethianis*; *Certos libros clariſſimorum virorum nominibus inſcriptos circumferunt: Ex quibus ſeptem omnino Setho tribuunt.* Plurium libellorum Enoch meminit Orig. hom.27. in Num. *Sed*, inquit, *libelli ipſi non videntur apud Hebræos in auctoritate haberi, & l.5. contra* Celſum *Enochi litterarum ... non magna auctoritas in Eccleſiis*. Ejus Prophetia in Ep. Can. S. Judæ vel tradita, non ſcripta fuit, vel verus Judæ liber periit, aut certè fabulis inſperſus decurſu temporum.

Editus eſt impius liber de Elementis & praxi Artis Necromanticæ ſub falſo titulo *Scripturæ Chami filii Noe*, de qua Pſeudo-Clemens l.4. Recog. ex quo hauſit Caſſianus Collat.8. c.21. Quare Cham idem cum Zoroaſtro putatus eſt, quem multis ſæculis Chamo recentiorem probat *Bochartus l.4. Phaleg. cap.1.* Verba Caſſiani accipe: *Quantum antiquæ traditiones ferunt, Cham Filius Noe, qui ſuperſtitionibus fuit infectus, ſciens nullum ſe poſſe ſuper his memorialem librum in Arcam inferre, in quam erat cum patre juſto, ac ſanctis fratribus ingreſſurus, ſceleſta, ac prophana commenta diverſorum metallorum laminis, quæ inundatione corrumpi non poſſent, & lapidibus inſculpſit. Quæ diluvio peracto perquirens, ſacrilegiorum ſeminarium tranſmiſit in poſteros.*

Librum *Jetzira*, ſeu *Creationis* Abrahamo ſuppoſuere Hebræi veteres; ejus Commentatores editi Mantuæ 1562: cum latinè reddiderat Reuchlinus Vol.1. Script. Cabaliſticorum: De libri fabulis, & ineptiis Morinus l.2. Exerc.IX. c.9. Illum rejiciunt plures ex Rabbinis. Sethiani Apocalypſim Abrahami venditarunt: S. Epiph. in Panario. *De ſcripura Apocrypha Abrami* Origenes hom.35. in Lucam; *Aſſumptio Abrahami* inter Libros Apocryphos rejicitur ab Auctore Synopſis adſcriptæ S. Athanaſio.

Teſtamentum XII. Patriarcharum ab Origene hom.15. in Joſue, & Procopio Gazeo in cap.28. Gen. memoratur.

QUARTA ÆTAS

Ab Exitu Iſraelis An. M. 2544. ad Templum Salomonis inchoatum An. M. 3023.

Conſtat Sæculis ferè Quinque.

QUARTÆ ÆTATIS TABULA I.

N.I. *Dux Hebræorum.*

Ab an. 2544 ad 2600 Moyſes ab Exitu Iſraelis an.2544 præeſt Hebræis annis 40 ad 2584.

Judices Hebræorum.

Joſue a 2584.ad 2600. 17

Annum agens 94. Moſi ſucceſſit, Ducis potius, quam Judicis nomine.

Ab an. 2600 ad 2700 Othoniel a 2600. ad 2640. 40

Aod ad 2720. 80

Qui plures eodem tempore apud Hebræos fuiſſe aliquando Judices docent, vel aliena, vel parum conſona ſacris literis docent.

Falli videntur, qui poſt Aodum inter Judices Samgarum numerant.

Ab an. 2700 ad 2800 Debbora Prophet. ad 2760. 40

Fœmina ſupra viros fortis, Lapiloth uxor ſub palma jus populo dicebat. L. Judicum c.4.

Gedeon ad 2800. 40

Jerobaal cognominatus eſt; ex qua voce Hierombalus dictus eſt ab æquali Hiſtorico Sanchoniatone: Huetius.

Abimelec ad 2803. 3 Ab an. 2800 ad 2900

Thola ad 2826. 23

Jair Galaadites ad 2848. 22

Jephte ad 2854. 6

Abeſan ad 2861. 7

Ajalon ad 2871. 10

Abdon ad 2879. 8

Samſon ad 2899. 20

Heli Judex,& Pontifex ad 2939:40 Ab an. 2900 ad 3023

Samuel ad 2962. 22

Hebræi Regem petunt, & impetrant 2962.

Reges Hebræorum.

Saul f. Chuſi ad an.2979. 18

Primus Regum oleo Sancto unctus.

David f. Iſai ad 3020. (a) 42

Salomon Davidis f. Templum inchoat 3023. (b)

(a) Ex 1.Paralip. c.22, & 29 David reliquit Salomoni in uſum Templi auri Talenta 108000 cum ſolidis 10000, hoc eſt Siclis 20500: Argenti Talenta 1017000: quæ omnia ex Villalpando T.2. p.504 conficiunt ter mille ducentos octoginta duos milliones ſcutorum Rom., & præterea 134022: Ex eodem Villalp. ea auri Talenta æquarent cubum, cujus longitudo, latitudo, & profunditas eſſet palmorum Romanorum 28 $\frac{81}{300}$ Talenta argenti Cubum, cujus etiam quodlibet latus eſſet palmorum Romanorum 72 $\frac{11}{30}$: Sed de Theſauris à Davide relictis vid. Diſſert. Calmet Tom.1. p.198. Præterea reliquit *æs, ferrum, ligna, omnemque pretioſum lapidem, & marmor Parium abundantiſſimè*. 1. Paralip. 29.

(b) In ædificium Templi elegit Rex Salomon Operarios de omni Iſrael 30 millia virorum: numeravit Proſelytos, fecitque ex eis 70 millia, qui humeris onera portarent,& 80 millia, qui lapides in Montibus cæderent, 3 autem millia,& 600 Præpoſitos operum populi. l.3.Reg. c.5, & 2.Paralip. c.2. Summa omnium 193600 idque per annos 8, quibus ædificatum eſt Templum.

QUARTÆ ÆTATIS TABULA II.

N.II. *Religionis incrementa, & damna.*

Ab an. 2544 ad 2600 Phaſe, ſeu Paſcha, ſolemneſque Azimorum feriæ a Moyſe inſtitutæ, partæ libertatis monumentum.

Lex a Deo per Moyſem data ad Sinam montem 2544.

Vitulus aureus adoratur 2544.

Aaron I. Hebræorum Pontifex, & Filii conſecrantur 2545. (*a*)

Eleazar f. Aaroni in Pontificatu ſuccedit 2583.

Primus Annus Sabbaticus 2595.

Ab an. 2600 ad 2700 PontificesPhinees, Abiſue fil.Phin.

Cinæorum migratio amore ſolitudinis. Erant hi eorum quodammodo temporum religioſi.

Michas Idoli author, quod Iſraelitæ nonnulli præſertim ex Tribu Dan uſq; ad Samuelis tempora coluere.

Primus Annus Jubilæus 2637.

Hebræi cum propinquisChananæis, Hethæis,aliiſque connubia jungentes, eorum Deos colunt, Othoniele, & Aodo Judicibus.

Ab an. 2700 ad 2800 Pontifices Bocci, Oza, Zarajas.

Sub extremis Aodi Judicis annis, vel ſtatim ab ipſius obitu Iſraelitæ ad Idolorum cultum declinant.

Mortuis Debbora, & Baracco, rurſus Deorum ſimulacra colunt Hebræi.

Baal a Gedeonis patre adoratur.

Pontifices Nerajoth, & Amarias poſtremus e poſteris Eleazari; eo enim mortuo, ſucceſſit Heli, e nepotibus Ithamaris, quem Aaron ſecundo loco genuerat. Ab an. 2800 ad 2900

Baalim, & Aſtaroth adorantur ab Hebræis.

Ruth uxor Booz, mater Obed, avia Davidis R.

Jephte,victis Ammonitis,voti reus filiam mactat 2849. (*b*)

Pontifices Heli primus e poſteris Ithamaris, Achitob, Achimelech, Abiatar. Ab an. 2900 ad 3023

Saul divinitus electus in Regem contra Divinum præceptum parcit Agag, & rejicitur.

Achimelech Pontif. cum 83. Sacerdotibus juſſu Saulis cæditur 2968.

David poſt adulterium, & Uriæ cædem monitus a Nathano Propheta reſipiſcit 2999.

(*a*) Rationale, de quo Exodi c.28. pannus erat ad pectus Pontificis quadratus, & palmaris habens 12 gemmas cum nominibus 12 Tribuum &c. *Pones*, inquit, *in Rationali judicii DOCTRINAM, & VERITATEM* (hebraicè *URIM*, & *THUMMIM*) nempe in gravibus dubiis a Principe, aut Synedrio interrogatus Deus reſponſa revelabat per ſummum Sacerdotem, itentem Rationali,duabus iis vocibus inſcripto. V. Salian. & Nat. Alex. ad IV. Æt. *Hoc oraculum deſiit annis* 200 *antequam hæc commentaremur* (ait Joſephus l.3. Antiq. c.8: quod opus abſolvit an. Chr.93) *irato Deo propter Legum ſuarum prævaricationem.*

(*b*) Non mactaſſe ex voto Filiam ajunt *Hebræi*, *& Recentiorum plerique* ap. Calmet Diſſ. de Voto Jephte Tom.1. p.172. quam ſententiam tuetur eruditiſſima Diſſertatio, quam hoc anno 1750 prælo paratam habet Cl. P. Petrus Curti Linguæ Sanctæ Profeſſor in Collegio Romano.

QUARTÆ ÆTATIS TABULA III.

N.III. *Hebræorum Politica*.

Ab an. 2544 ad 2600

Exploratores ex Phara ſolitudine in Palæſtinam miſſi 2545.

Iſraelitæ in ſolitudine per annos 40.

Tribunal primarium Synedrium a Moſe Jethri conſilio inſtitutum.

De varietate Politiæ Hebræorum ſub Judicibus, ſub Regibus, in, & poſt Captivitatem. Vid. Calm. T. 1. Diſſ. p. 89.

Felicia Hebræorum bella in Palæſtina, Joſue Duce. Victoribus Iſraelitis Palæſtina dividitur.

Ab an. 2600 ad 2700

Cum *Adonibezec* 70 *Reges, amputatis manuum, ac pedum ſummitatibus ad colligendas ſub menſa ſua ciborum reliquias adegiſſet, ſicut fecit, ita reddidit illi Deus*, eumque captum Othoniel, *cæſis ſummitatibus manuum, ac pedum* mutilat 2601. L. Judicum c. 1. & Populum reſipiſcentem vindicat in libertatem.

Hiſtoria Michæ Levitæ, & clades Tribus Beniamin 2620.

Servitus I. Hebræorum ſub Cuſano ab anno 2623. ad 2631. per ann. 8. Liberantur ab Othoniele.

Servitus II. ſub Eglone Moab. an. 18. ceſſat, occiſo per Aodum tyranno 2669:

Ab an. 2700 ad 2800

Samgar Philiſtæos ſexcentos vomere percuſſit ſub Aodo. (*a*)

Judæorum Servitus ſub Jabino Cananæo a 2721. ad 2740. a qua liberantur, victo per Debboram, & Baraccum Siſara, cujus lacte ſopiti tempora trabali clavo Jahel trajecit.

Madianitis ann. 7. ſerviunt Hebræi, liberantur a Gedeone 2768.

Abimelechus Gedeonis f. cæſis 70. fratribus, tyrannidem occupat 2801. Ab an. 2800 ad 2900

Quarta Hebræorum Servitus ſub Ammonitis per annos 18. ab an. 2832.

Jephte Ammonitas prælio vincit, & populum a ſervitute liberat 2849.

Samſon, Dalila, quam deperibat, prodente, amiſſis cum coma viribus, Philiſtæis hoſtibus traditur, a quibus orbatur luminibus 2898.

Ophni, & Phinees Heli ff. cæduntur in prælio a Philiſtæis, capitur Arca, Heli obit ex caſu 2959. Ab an. 2900 ad 3023

Iſraelitæ Philiſtæos vincunt in Maſpha 2960.

David in monomachia Goliam interficit 2971.

Saul de Amalecitis, & aliis victor, a Philiſtæis victus ſe ipſum confodit 2979.

David feliciter præliatur ab an. 2991. ad 2996.

Abſalon Ammonem fratrem interficit 3002.

Davidem patrem Abſalon regno pellit; ſed mox, dum fugiens crinibus pendet e quercu, a Joabo confoditur 3009.

David movet in Philiſtæos, illoſque quatuor præliis profligat a 3012. ad 3014.

(*a*) Ap. Calmet Tom. 1. Diſſ. *de Suppliciis S. Scripturæ* exponitur *uſus Crucifigendi ap. Judæos, ſupplicium Laquei, Carcer, Vincula detentorum in Carcere, ſupplicium Tympani*, ſeu Bacillorum, uti vult Scholiaſtes Ariſtophanis, *pœna Exterminii, ſupplicium Flagrorum, Gladii, Ignis, Serræ, Præcipitii e Saxo, Lapidationis*: Ad hæc *ſub ſpinis*, ſive ſub *animalium pedibus conterere, in cinerem dejicere, noxios decalvare*. Hæc vide ibi erudité expoſita.

Digitized by Google

QUARTÆ ÆTATIS TABULA IV.

N.IV. *Res ſupra naturam.*

Columna *nubis, atque ignis* Dux populi Hebræi.

Ab an. 2541 ad 2600

Tranſitus populi per mare Rubrum ad Moſaicæ Virgæ contactum diviſum 2544. Item manna e Cœlo, aqua e rupe. (*a*) Chore, Datan, & Abiron Moſi, & Aaroni obtrectantes vaſto terræ hiatu abſorbentur.

Sol ſiſtitur ad imperium Joſue 2584. Hierichuntis muri concinentibus Hebræorum tubis cadunt 2584.

Ab an. 2600 ad 2700

Cum tot præcedenti ſæculo prodigia per Moyſem, & Joſue patrata fuiſſent, eaque adhuc a Nepotibus paſſim celebrarentur, Iſraelitæ novis ad aſſerendam Religionis veritatem non indigebant, quare hinc fortaſſe factum eſt, ut nullum hoc ævo contigiſſe memoretur.

Ab an. 2700 ad 2800

Debbora, accepto divinitus per Angelum mandato, Baraccum ad bellum contra Madianitas vocat 2740.

Gedeon, Angelo hortante, Baalis Idolum, & lucum evertit 2768.

Idem roris, ac velleris miraculo confirmatus per viros 300. tubis, ac lampadibus armatos, Madianitas profligat 2768. *qui mutua ſe cæde truncabant*. L. Judic. c.7.

Ab an. 2800 ad 2900

Angelus uxori Manue Samſonis ortum prænunciat 2861.

Samſon ſitiens ex aſini maxilla, qua hoſtes trucidarat, fuſis ad Deum precibus, fontem elicit.

Idem, receptis cum capillo viribus, domus ejus, unde ludentem ipſum Philiſtæi ſpectabant, concuſſis, confractiſque columnis, ædium ruina, victor hoſtium oppreſſus eſt.

Ab an. 2900 ad 3023

Arca Dei apud hoſtes captiva ingentes hoſtium Diis, corporibus, agris clades infert 2939.

Arca plauſtro impoſita nullo rectore a bobus in fines Hebræorum devehitur 2940.

Bethſamitarum ſupra 50. millia divinitus pereunt, Arca curioſius ſpectata. Ea transfertur in Sion: Oza, illam auſus contingere, illico perit 2990.

Peſtis divinitus immiſſa ob numeratum juſſu Davidis populum, Angelo gladium condente ceſſat 3017.

Salomon poſt oblatum Gabaone Sacrificium a Deo Sapientiam in ſomnis petit, & impetrat 3022.

(*a*) Prodigium hoc calumniati ſunt Ethnici Fabula de Aſino à Judæis culto, ejuſque capite in Hieroſolymitani Templi penetralibus conſecrato, quaſi fontem ſitientibus in Deſerto monſtraſſet: Id narrant *Tacitus Hiſt. l.5. c.3. & 4.*, *Plutarchus Sympoſiacon l.4. q.5. Democritus Hiſtoricus l. de Judæis*, ut refert *Suidas* ex *Apione* Grammatico, qui ſub Tiberio, Cajo, & Claudio vixit. Inde factum, ut eadem calumnia Chriſtianis impingeretur, de qua Tertullianus Apol. c.16 *Nam & quidam ſomniaſtis caput aſininum eſſe Deum noſtrum*. Qua ratione tam latè manaverit hæc Fabula diſquirunt Eruditi ap. Nat. Alex. ad IV. Æt. c.7. ar.1. Bochartus *Hierozoici l.II. c.18.* ſic cenſet; cum Ægyptii vel in Scripturis legerent, vel a Judæis, qui in Ægypto frequentes erant, audirent Sacerdotem in loco Sancto *Pi-Jao*, hoc eſt *os Domini* conſuluiſſe, (iis enim vocibus hebraica Scriptura uti ſolet) vocem Hebræam *Pi-Jao* in *Pieo*, quæ Ægyptiaca lingua *Aſinum* ſonat, commutarunt.

QUARTÆ ÆTATIS TABULA V.

N.V. *Monarchæ*.

Ab an. 2544 ad 2600

Amyntes ad 2566.	45	
Belochus ad 2590.	25	

Hujus filia Atoſſa, ſive Semiramis quæ cum patre annos 12. regnavit, & ſub Columbæ ſpecie culta eſt a Syris: ſed hoc aliqui ad primam Semiramidem referunt.

Balatores, ſive Bellepares ad 2620.	30

Ab an. 2600 ad 2700

Lamprides ad 2651.	30
Soſares ad 2671.	22
Lampares ad 2700.	30

Ab an. 2700 ad 2800

Panyas ad 2745.	45
Soſarmis ad 2764.	19
Mitræus ad 2791.	27
Theotamus ad 2823.	32

Hoc ſæculo, ſeu 1267. ante æram vulgarem, ſive m.2787. Uſſerius cum multis recentioribus locat Ninum Beli Filium, qui Aſſyriorum fundavit Imperium. V.Uſſer.in Chron.

Tenteus ad 2863.	40
Thineus ad 2893.	30
Dercylas ad 2934.	40

Ab an. 2800 ad 2900

Hoc ſæculo, ad annum Mundi, qui nobis eſt 2830., Uſſerius in Chron. Semiramidem Nini uxorem toti Aſiæ imperaſſe ſcribit. Sed Uſſerii rationes non id videntur evincere.

Eupales ad 2971.	38
Laoſtenes ad 3016.	45

Ab an. 2900 ad 3025

Ad Græciam illuſtrandam, de qua erit Tabella VI. proximè ſequens, facit duplex Migratio, *Æolica*, & *Jonica*: Nam *Penthilus Oreſtis* fil. progreſſus eſt in Thraciam annis 60. poſt Trojæ excidium ſub adventum Heraclidarum in Peloponneſum. Inde Lesbum occupavit. Eodem tempore. *Cleva*, & *Malæus ex Agamemnonis* ſtirpe cum copiis in Aſiam trajecerunt, & *Cumam* condiderunt. *Echelatus Penthili* fil.Coloniam duxit in *Cizicenam*, circa Daſchilium; *Grais* uſque ad Granicum fil. progreſſus eſt. *Graidi* Echelati fil. *Penthili* Nepoti Coloniam ducenti, Lacedæmonii auxilio fuerunt, regnante *Agide*. Hic regionem inter *Joniam*, & *Myſos*, quæ *Æolis* vocatur, occupavit. Ita Strabo L.8. Pauſanias L.3. De Migrationis hujus Epocha Herod. in vit. Homeri.

Ad extrema Davidis tempora facta eſt *Jonica Migratio* quatuor ætatibus poſt Æolicam teſte Strabone L.13. Tunc magna vis Græcæ Juventutis in Aſiam ſe effudit Duce *Jone*, & maritimæ regionis nobiliſſimam partem occupavit; quæ inde *Jonica* appellata eſt. Hac in regione XII. conditæ ſunt Civitates. Atque in *Caria* quidem tres erant ſitæ *Miletus*, *Myus*, & *Priene*: Illæ vero in Lydia *Epheſus*, *Colophon*, *Lebedus*, *Teos*. *Clazomenæ*, *Phocea*: reliquæ ſunt *Samus*, & *Chius* in Inſulis. Erythræ in continenti. Hæ omnes *Jonicæ* appellabantur. Herod. L.1. c.142, & 148, Strabo L.4, Ælianus L.9., Pauſanias in Achaicis, Euſeb. in Chron. Clem. Alex. L.1. Stromatum. vide Nat.Alex. ad IV. M.Æt. Labbe in Chron.conſignat *Æolicam* Duce *Penthilo* ad an.2651. *Jonicam* Duce *Tiſameno* fr. ad an.3010.

QUARTÆ ÆTATIS TABULA VI.

N.VI. *Regna, & Reſpublicæ in Græcia.*

Ab an. 2544 ad 2600 Sicyone regnant Corax 30. Epopeus 35. Laomedon 40. *Euſeb.*

Argis regnant Triopas 46. Crotopus 21. Sthenelus 9. Inachidarum ultimus.

Poſt hunc Danaus Ægyptius, pulſo Gelanore, regnat 50. *Ab eo Danaidæ.*

Athenis regnant Cranaus 9. Amphyction 10. Erichtonius 50.

Lacedæmoniorum Regnum incipit 2570.

Lelex I. Lacedæmoniorum Rex indigena.

Ab an. 2600 ad 2700 Sicyone regnant Sicyon, a quo regio dicta eſt Sicyonia 45. Blybus 40.

Argis Lynceus, Danai ex fr. Ægypto nepos 40. Abas 23. Proëtus 17.

Athenis Pandion 40. Erechteus 50.

Erecteo Athenis regnante myſteria (Eleuſinia) Cereris inſtituta ſunt ab Eumolpo, ut teſtatur *Euſebius*, ſive ab ipſo Erectheo, qui & ex Ægypto cum magna frumenti copia invexit, quo tempore Athenienſes Annonæ difficultatem patiebantur. Ægyptium fuiſſe Erectheum docet Diod. Sic. l.1. Alios Eleuſiniorum Myſteriorum auctores celebrant Homerus Hymno in Cererem, Pauſanias L.2. Clem. Alex. in Protreptico Tertull. Apol. 21.

Lacedæmone Myles Eurotas.

Corinthiorum Regnum incipit 2645.

Siſyphus, a quo reges dicti Siſyphidæ Rex I. Ornithion II.

Ab an. 2700 ad 2800 Sicyone regnant Janiſcus 42. Pheſtus 8. Adraſtus 4. Polyphides 3.

Argis Acriſius Danaës pater 32, quo per imprudentiam à Perſeo Danaes filio interempto, regnum Mycenas transfertur 2742.

Mycenarum Rex I. Perſeus 57. Taphius 17.

Athenis Pandion II. 25. Ægeus 48.

Lacedæmone, Lacedæmon, Amyclas Argolus, Cynortas, Oebalus.

Corinthi Thoas.

Ab an. 2800 ad 2900 Sicyone regnant Pelaſgus 20. Zeuxippus 33. Sacerdotes poſt illum 33.

His ab Agamemnone poteſtas omnis erepta.

Mycenis Sthenelus 8. Euryſtheus 43.

Atreus, & Thyeſtes 8. Agamemnon 17. Ægiſtus 7. Oreſtes 7.

Athenis Theſeus 31. Mneſtheus 16. Demophoon 33.

Lacedæmone Tyndarus, Caſtor, & Pollux, Menelaus, Oreſtes.

Corinthi Damophon, Propodas.

Ab an. 2900 ad 3023 Athenis regnant Oxynthus 13. Aphidas 1. Thymoëtes 8. Melanthus 12. Codrus ultimus Regum 17.

Lacedæmone, Oreſtes, Thiſamenus.

Mox Heraclidæ.

Mycenis Oreſtes, Thiſamenus, Penthylus, Cometes Oreſtis ff.

Corinthi Dorydas, Hiantidas Siſyphidarum ultimi. Alethes Ixion.

Heraclidæ Ducibus Temene, Cteſiphonte, & Ariſtodemo Ariſtomachi ff. 2951. redeunt in Peloponneſum. Temenes Argorum, Aletes Corinthi, Euryſthenes, & Proclus Lacedæmonis potiuntur. Ex his duo ſemper Reges apud Lacedæmones.

Digitized by Google

QUARTÆ ÆTATIS TABULA VII.

N.VII. *Regna, & Principatus extra Græciam.*

Ab an 2544 ad 2600.

In Ægypto Reges Paſtores uſque ad finem XII. ſæculi poſt diluvium.

Inter Memphitarum Reges ibidem memoratur Pharao Cenchris, qui fugientes Hebræos inſequens Rubri maris fluctibus hauſtus, cum ſuis interiit.

Troja Rex I. Dardanus Jovis, & Electræ f. Atlantis nepos ab anno 2574. 31. mox Erichtonius 65. (a)

Ab an. 2600 ad 2700

In Ægypto præter Tanitas Paſtores, regnant apud Thebanos Maris, Siphoas, Phouron, ſeu Nilus.

In Creta Jupiter Taurus, a quo rapta eſt Europa. Poſt eum Minos, Rhadamantus, Sarpedon ffr.

Trojæ Rex Tros, à quo dicta Troja 70. *Hujus fr. Callirrhoë pater Ili Ganimedis, & Aſſaraci, à quo genitus Anchiſes Æneæ pater.*

Ab an. 2700 ad 2800

In Ægypto Reges Thebani, & Tanitæ Paſtores.

In Creta Jupiter III. Saturni f. pulſo patre. *Hujus ffr. Neptunus, & Pluto.*

Trojani Reges Ilus, a quo Ilium 54. Laomedon. 36.

Latii, ſeu Aboriginum Rex I. Janus à 2722. 35. Poſt eum Saturnus ex Creta profugus 36. Picus f. 37.

Ab an. 2800 ad 2900

In Ægypto, regnant apud Thebanos Thumnoſi, pulſi Paſtores, qui poſt annos 13. redeuntes iterum pulſi ab Amenophe.

In Creta Minos II. Ariadnæ, Androgei, & Phædræ pater.

Trojani reges Priamus, ſub quo Troja everſa 40.

Latii Reges Faunus 44. Latinus 46.

Æneas Troja profugus ducta Lavinia Latini f. 4. Aſcanius f. 38.

Lydorum R. primus Argon Herculis f. 2835. Poſt eum ignoti Succeſſores ad Candaulem.

Ab an. 2900 ad 3023

In Ægypto apud Thebanos ex Manethone regnat Orus, ſive is, de quo dictum, ſive alius. Mox tota regio in ditionem unius redigitur. Memorantur præcipuè Acencheres tres, Rhameſſes duo.

Latini Reges Silvius Poſthumus 29. *Ab hoc Reges Albæ dicti Silvii.*

Æneas Silvius 31. Latinus II. 51.

Tyriorum Rex I. Abibalus 2984. & poſt eum Hiramus f. Davidis amicus 60.

Sibdagerus primus tria ſimul regna poſſidet, Sveciam, Norvegiam, Gothiam 3940.

Danus primus apud ſolos Danos, iiſque nomen facit.

Nugari videntur qui Albionem Britanniæ nomen hoc ævo à Brito, ſive Bruto Aſcanii filio conſecutam tradunt, docentes eum illic primum regnum auſpicatum, cùm ante habitaretur à Gigantibus.

(a) Hoc ſæculo celebres fuerunt in Africa Coloniæ Phænicum Joſuem fugientium, de quibus Procopius L.2. de Bello Vandal. c.10. *Tunc temporis* (ſub Joſue) *Maritima omnis Regio à Sidone ad Ægypti fines Phœnice dicebatur, ubi* (Jeſum Nave filium) *vinci non poſſe intellexerunt relicta patria .... in Africam conceſſerunt, quare totam uſque ad Columnas Herculeas obtinuerunt, multiſque urbibus conditis frequentarunt. Phœnicum linguâ etiamnum utuntur incolæ. Caſtellum quoque ſtruxerunt in Urbe Numidia, ubi eſt Urbs jam dicta Tigiſis. Ibi ad fontem columnæ e lapide candido viſuntur duæ, quæ inciſam Phœnicum literis, & verbis ſententiam hanc ſervant. NOS II SUMUS, QUI FUGIMUS A FACIE JESU LATRONIS, FILII NAVE.*

Digitized by Google

N.VIII. *Bella*.

Ab an. 2544 ad 2600 Ægyptus Rex, qui & Rameſſes poſt Gannos in exteris expeditionibus inſumptos Peluſium redit, 2572. unde Armais, qui & Danaus, cum Reducem fratrem ſuum Rameſſem, ſive Ægyptum fugeret, in Græciam devenit: *Vſſerius* in Chronico ex Diodoro, & Syncello.

Argivi Gelanore pulſo ſe huic Danao exuli tradunt, qui Ægipti fratris quinquaginta filios per totidem deſponſatas illis filias interfecerat, evadente ſolo Lynceo. Diodor. Sicul. l. 1. Petav. in Chr. ex Euſeb.

Ab an. 2600 ad 2700 Eleuſinii, adſcito Eumolpo Thrace, bellum cum Athenienſibus gerunt 2669.

Tros in Tantalum Mœoniæ Regem, qui Ganimedem rapuerat, arma movet 2678.

Tantali juſſu, qui Phrygius Jupiter eſt appellatus, in navi, cui Aquilæ nomen erat, avectus eſt. Hinc fabula.

Ab an. 2700 ad 2800 Bacchi Jovis, & Semeles filii Indica expeditio 2720. *Aliis nominibus Liber, Dionyſius* ſeu Dionyſios.

Perſei Jovis, & Danaes f. expeditio, in qua Meduſam obtruncat, Andromedam Cephei filiam liberat 2733.

Siculi, qui Latio pulſi per Aborigenes à Morge Itali f. ſedes acceperant in Oenotria, Siculo tandem Duce, Trinacriam armis occupant, quæ ab illis Sicilia eſt appellata 2770.

Amphitruo Alcmenæ maritus armis inclytus cum Telebois bellum geſſit.

Ab an. 2800 ad 2900 Septem Duces ad Thebas 2839.

Epigoni Thebis potiuntur 2843.

Amazones Aſiam armis occupant; mox in Atticam irrumpentes ab Hercule, & Theſeo ſuperantur 2845.

At Amazonum in Atticam irruptionem novennio poſt Herculis Olympia, ejuſque obitum locat Petavius in Chron. ex vet. Chronologo ap. Clementem Alex.

Bellum Trojanum ob Helenam Menelai uxorem à Paride raptam 2861.

Troja capta, & incendio conſumpta 2870.

Bellum Æneæ cum Turno 2872. (a)

Ab an. 2900 ad 3023 Heraclidæ Athenis bello infeſti, ſed victi ſe devovent.

Amazones per Aſiam arma circumferunt 2906.

Imo etiam per Affricam ex Diodoro Sic. l. 3. Bibl. Sed fabuloſam Amazonum narrationem judicat Strabo lib. 11. Geogr.

Heraclidæ, hoc eſt Herculis poſteri, Peloponneſum occupant, Ducibus Temeno, Creſiphonte, & Ariſtodemo 2051.

(a) Natali Alexandro ad IV. M. Æt. longè probabilius videtur Æneam nunquam in Italiam veniſſe, idque ſex rationibus eruditè contendit. Saltem *Deos Penates* Trojæ, ac *Palladium* non advexiſſe ſecum in Italiam evincunt ex Varrone S. Aug. L. 4. de Civ. c. 31, & Plut. in *Numa*: *Priſcis*, inquit, *temporibus apud eos* (Romanos) *nulla fuit imago Dei, neque ficta, neque picta; ſed primis* 170. *annis Templa ædificabant ſine ulla imagine in eis, ut qui putarent res meliores non eſſe repræſentandas per deteriores, neque poſſe Deum aliter quam mente concipi.*

QUARTÆ ÆTATIS TABULA IX.

N.IX. *Diſciplinæ ſeveriores.*

Ab an 2544 ad 2600 Tota doctrinarum gloria erat adhuc apud Chaldæos, Ægyptios, & Indos.

Mercurius II. ſive Hermes Ægyptius Triſmegiſtus, quia Rex, Sacerdos, Philoſophus collegit doctrinæ monumenta, quæ Mercurius I. juſſerat in ſtelis deſcribi, vulgavitque primus.

Suppoſititii tamen libri Pemandræ, & Aſclepii nominibus inſcripti.

Endymion paſtor in Cariæ monte Latmo ob Lunæ curſum diligentius obſervatum, ejus amator a Poetis dictus.

Ab an. 2600 ad 2700 Arithmeticæ inventum Phœnicibus tribui conſuevit, quia mortalium primi mercaturam exercuiſſe hoc ævo cenſentur; ſed ejus inventio, ut monuimus, longè vetuſtior.

Ab an. 2700 ad 2800 Mercurius Ægyptius hujus nominis quintus, ex Cicer. & Lactant.

Antandri in urbe ſub Ida Phrygiæ monte literarum Academiam floruiſſe docet Athenæus.

Orpheus apud Ethnicos omni Diſciplinarum genere celeberrimus. (*a*)

Ab an. 2800 ad 2900 Ænigmatibus hujus ævi ſapientes exercebantur, ut apparet ex Samſonis hiſtoria, & Oedipodis fabula.

Perſeveravit idem ſapientiæ experimentum ad Æſopi fabulatoris tempora, ut è Sabæ Reginæ Salomonem adeuntis hiſtoria, & ejuſdem Æſopi Vita licet agnoſcere.

Ab an. 2900 ad 3023 Najoth, hoc eſt, ut interpretatur Chaldæus: *Domus doctrinæ*, Sedes erat Samuelis, in urbe, ſive agro Ramathæ, in qua Hebræos adoleſcentes ſacris literis informabat. *Abulenſ. Serar.*

Abela Paleſtinæ Accademia. *Cornel. & alii in cap.20. l.2. Reg.*

(*a*) Ad Moſis exemplar expreſſum *Orpheum* doctiſſimus *Huetius* multis contendit in *Demonſtr. Evangel. Prop.4.c.8. §.19.* Hæc inter alia. Ægyptum ſe adiiſſe prædicat *Orpheus* in adſcriptis illi Argonauticis, & hauſiſſe reconditas Ægyptiorum diſciplinas: Ægyptius fuit Moſes, & eruditus omni ſapientia Ægyptiorum: Philoſophus, & Teologus celeberrimus apud veteres audiit *Orpheus*: Philoſophus fuit Moſes, qui veras Mundi origines primus in librum retulit: Theologus qui primus de de Deo ſcripſit, ſacroſque ritus Hebræos docuit. Tabulas ab *Orpheo* deſcriptas commemorat *Euripides in Alceſti*, Moſes Leges divinas in Tabulis exaratas a Deo accepit, & tradidit. Ephemerides, & Dodecaeterides *Orpheo* adſcribuntur a *Tzetze Chiliade* 12. Hiſtor. *399.* eumdemque de bonis, & malis diebus ſcripſiſſe tradunt *Moſcopolus*, & *Proclus* Commentatores Heſiodi, Feſta ſolemnia ſuis temporibus Moſes aſſignavit: In aliis plurimis comparationem proſequitur *Huetius*, & ex eo *Nat. Alex.* ad IV. M. Æt.

Cum quo præterea animadvertendum, quod *Orpheum* fabuloſum eſſe nomen, & revera nunquam fuiſſe ſcripſerit *Ariſtoteles* teſte Cicer. L.1. de Nat. Deor. *Orpheum Poetam docet Ariſtoteles nunquam fuiſſe*. Ita etiam Dionyſius quidam a *Suida* laudatus. *Androtion* apud *Aelianum L.8. c.6. Var. Hiſt.* docuit nunquam literarum notitiam Thracas habuiſſe, imo litterarum uſum in turpiſſimarum rerum cenſu poſuiſſe, unde colligit perperam inter ſapientes *Orpheum Thracium* recenſeri.

QUARTÆ ÆTATIS TABULA X.

N.X. *Juriſprudentia, Medicina.*

Ab an. 2544 ad 2600 In Sina Monte leges à Deo acceptæ, Hebræis per Moyſem datæ.

Eodem prorſus anno 2545. quo Moyſes Synedrium inſtituit, Athenis Areopagum conſtitutum ſcribit *Salianus*.

Moyſem Medicæ artis peritum, ac proinde ob hoc etiam ex eo Æſculapium effictum à Græcis fabularum architectis contendit Huetius *in Demonſtr. Evangel.*

Ab an. 2600 ad 2700 Vetuſtiſſimum Codicem Chaſter, Religionis dogmata complexum per hæc tempora à Deo traditum Bremavio Patriarchæ fabulantur Indi. *Huetius*.

Minos Cretenſibus, Rhadamantus Lyciis jura ſeveriſſima tradunt.

Melampus Argivus Medicus Rege Prœto. Huic templum erectum, & ſacrificia ſtatuta ſcribit Pauſan. l.1. *Libri tamen, qui ſub ejus nomine prodiere, ſuppoſititii cenſentur*.

Ab an. 2700 ad 2800 Mercurius Ægyptiorum Legislator. Cic. 3. de Nat. Deor. Lactant. l.1. c.6. (*a*)

Indi a Baccho domiti, & manſuetiorum legum cultu imbuti ſunt. *Arrian. de Geſtis Alexandri*.

Acriſius Argivorum R. Amphyctiones, graviſſimum Græciæ Concilium inſtituit. Alii tradunt ab Amphyctione Heleni f. conſtitutum. Conſtabat primo ex duodecim, poſtea ex pluribus Græciæ Civitatibus. *Strabo l.9.*

Ab an. 2800 ad 2900 Athenienſibus à Theſeo leges datas Plutarchus docet in Vita ejuſdem.

Chiron medicus Panaceæ inventor, & Achillis præceptor.

Æſculapius Chironis diſcipulus, & Medicorum celeberrimus apud Græcos, qui ab Ægyptio Æſculapio hoc ei nomen fecere. Cic. l.3. de Natur. tres Græcorum Æſculapios agnoſcit.

Machaon, & Podalirius Æſculapii filii, & artis hæredes Trojani belli tempore curandis vulneribus celebres.

Ab an. 2900 ad 3023 Italus Telegoni f. leges Oenotriis tulit. *Hygin. fab.* 127.

Prodicus Æſculapii diſcipulus medicinam inſtituit, quam Jatralepticen vocant. *Plin. l.29. c.1.*

Jatraleptice medicina apud veteres erat, quæ unguentis, & perfrictionibus medebatur corporis morbis. Jatraliptæ, *hi quorum opera Medici in ungendo utebantur*.

(*a*) De Ethica, & Civili Ægyptiorum Diſciplina hæc *Porphyrius* L.4. de Abſtinentia §.10. *Cum condiunt nobiles defunctos, alvum privatim eximunt, & in arca reponunt, dein arcam ad ſolem attollentes eum invocant, uno ex Libitinariis orationem habente, quam Euphantus ex lingua Ægyptiaca tranſtulit: Domine Sol, Diique omnes, me accipite, & Diis Contubernalem tradite. Ego enim Deos, quos mihi parentes commoſtrarunt, piè colui; Et illos, qui corpus meum genuerunt, ſemper honoravi, neque occidi quemquam, neque depoſito fraudavi; neque aliud in expiabile malum admiſi. Si vero peccavi vel edendo vel bibendo quod fas non erat, non per me peccavi, ſed per iſta (oſtendens arcam, in qua erat venter). Atque hac locutus, in fluvium eam conjicit: reliquum autem corpus tamquam purum condit.*

QUARTÆ ÆTATIS TABULA XI.

N.XI. *Literæ Humaniores.*

Ab an. 2544 ad 2600. Moyſes Pentateuchum, & Jobi Hiſtoriam Poeticè digeſtam: Joſue in libro cognomine res à ſe geſtas deſcribit. *SS. Interpr.*

Poeſis exortum agnoſcunt plerique in Moyſis, & Mariæ Cantico poſt tranſitum maris Rubri 2544.

Zoroaſtris enim Poemata ab Hermippo illuſtrata, ſuppoſititia cenſentur.

Cadmus Europam ſororem quærens literas è Phœnicia deportat in Græciam 2596.

Ab an. 2600 ad 2700 Phœmonoe Vates Delphis reddit oracula heroicis verſibus, quorum primus Latinè redditus fuiſſe fertur à Strabone l.9. Geogr.

Et pennas volucres & apes date mella, favoſque.

Olen Lycius hymnos compoſuit, qui cantari ſolebant in Delo. *Her. l.4*

Linus Thebanus Rythmorum, & melodiæ apud Græcos inventor, Orphei magiſter. (*a*)

Ab an. 2700 ad 2800 Sanchoniaton Phœnix Hiſtoricus, poſt Moyſem antiquiſſimus, à quo didicit.

Sunt qui credant confictum a Porphyrio ſcriptorem: Calmet Diſſ. de Orig. Idololat. l.1. p.460.

Pittheus Theſei maternus avus eloquentiæ primus præcepta propoſuit.

Debora vates, & Poetria, ut liquet ex ejus Cantico.

Orpheus Poeta. *Carmina tamen illius nomen præferentia merito tribuuntur aliis Auctoribus.* (*b*)

Muſæus Hymnographus Orphei diſcipulus.

Ab an. 2800 ad 2900 Eloquentiæ tria genera in Menelao, Neſtore, & Ulyſſe apud Homerum plerique agnoſcunt.

Paris Alexander Antandri ſub Ida monte literis excultus Ceſton Veneris ſcribit. *Athenæus.*

Daphne Tireſiæ filia Poetria nobilis, e cujus carminibus profecit Homerus.

Nicoſtrata, quæ carminibus reddens oracula, dicta eſt Carmenta ex Arcadia cum Evandro literas affert in Latium.

A Palamede plures Græci characteres inventi.

Ab an. 2900 ad 3023 Samueli Judicum, & Rhuth Hiſtoriam plerique omnes tribuunt, ac ſimul partem primam libri, qui Samuel inſcribitur. *SS. Interpr.*

Davidi Sacrorum Poetarum principi præcipuam Pſalmorum partem, non omnes adſcribimus. *SS. Interpr.*

Odas, Hymnos, Pſalmos, & alia Cantica ſcripſit metro vario. *Genebr.*

Syagrius Poeta Græcus, teſte Æliano, Bellum Trojanum ante Homerum cecinit.

(*a*) *Linum fabuloſum putat Huetius in Dem. Ev.*

(*b*) Carmina, quæ Orphei nomen ferunt, laudant Ariſtobulus ap. Euſ. L.13. Præp. Ev. S. Juſt. in Paræn. Clem. Al. L.5. Strom. S. Cyr. Alex. L.1. c. Julianum, & Suidas; tamen eruditis conficta videntur, & ex ſegminibus S. Codicum à veteribus Chriſtianis conſuta. Argonautica ſunt cujuſdam Crotoniatæ, qui Piſiſtrati temporibus floruit *ex Suida*: Hymni, & Liber de Lapidibus ſunt *Onomacriti*, *ut Tatianus* Or. c. Gentes, & *Suidas* ſcribunt. *Orphicum Carmen Pitagoræi ferunt cujuſdam fuiſſe Cercopis*, refert ex Ariſt. Cic. 1. de Nat. De.

QUARTÆ ÆTATIS TABULA XII.

N. XII. *Artes. Nova inventa.*

Ab an. 2544 ad 2600 Cùm Dii ſub animalium formis in Hieroglyphicis notarentur, prima apud Ægyptios Deorum ſimulacra fuere animalia, & præcipue Boves.

Hinc & Vitulus aureus Hebræorum, Ægyptios imitantium.

Trochilus currum primus jungit 2507. Alii id tribuunt Erichtonio R.

Panathennici ludi Delphis 2565.

Hercùles Phœnicius, ſeu Tyrius purpuram à cane maxillas cruentato edoctus monſtravit. Huic poſtea humanis victimis ſub Molochi nomine litatum eſt. *Vid. Calmet T. 1. Diſ. p. 81.*

Ab an. 2600 ad 2700 Ida monte conflagrante incolæ Dactyli ferri fundendi rationem diſcunt 2613. Petavius in Chron. ex Thraſillo ap. Clem. Alex. l. 1. Strom.

Acriſius, & Proetus Argivi Clypeum primi adhibent in bello.

Iſthmiorum ludorum inſtitutio per Pelopem Tantali filium Piſæ Regem 2693.

Ab an. 2700 ad 2800 Orpheus Lyriſtes celeberrimus feras, ſylvas, & ſaxa, hoc eſt rudes homines traxiſſe ſcribitur.

Pluto Jovis frater funerum pompam primus adhibet, & inde inferorum Deus à Poetis dicitur.

Neptunus Jovis pariter fr. Nauticæ rei, cui præerat peritiſſimus, Maris Deus appellatur.

Per hæc tempora Chy ab Oinopione edocti vinum nigrum primi exprimunt, & vicinis Urbibus commoſtrant. Athenæus l. 1. c. 20.

Argonautæ clarent, inter quos Jaſon 2793. Eorum ductor Tiphys.

er cules Alcmenæ f. Olympicos ludos reſtituit 2836. Ab an. 2800 ad 2900

Dædali inventa promovendis artibus opportuna, Aſcia, Serra, Perpendiculum, Terebra, Glutinum, Ithyócolla.

Idem primus in ſtatuis apertos oculos, & crura disjuncta, & brachia à corpore diſparata faciens, hominum admirationem obtinuit. *Diodor. l. 4.*

Idem primus navibus aptavit velas, quæ à Poetis in alas converſa ſunt.

Latrunculorum ludus à Palamede inventus.

De hoc Ludo agit eruditiſſime Cl. P. Carolus de Aquino in Lexico Militari V. Latrunculi.

Apaturias(*a*), hoc eſt Deceptionis feſtum ab Athenienſibus inſtitutum, cum Xantus Bœotorum Dux Melanthi aſtu cæſus eſſet. *Polian. Stratag. l. 1.* Ab an. 2900 ad 3023

Regem hunc Athenienſium alii Thimœtem appellant apud Euſebium, traduntque Melanthum ejus fuiſſe Succeſſorem.

(*a*) Sub Sampſonis tempora Athenienſes certabant cum Bæotis de Celoenis in confinio; Convenit ut res duello tranſigeretur inter Xanthum Beotorum Ducem, & Athenienſium Regem Thymetem, in cujus Regnum, eo quod duellum detrectaret ſubſtitutus Melanthus, qui pugnaturus, inique, inquit, Xanthe & contra pactum facis; Adverſus ſolum enim cum altero proceſſiſti. Cumque admiratus ille, quiſnam ſe comitaretur reſpexiſſet, adverſum uno ictu confecit. Ita refert Frontinus L. 2. Stratagematum c. 5. Hinc Feſtum Deceptionis, de quo Poliætus L. 1. Stratagem. Herodotus L. 1. c. 142, & Suidas.

QUARTÆ ÆTATIS TABULA XIII.

Natales Vrbium. Architecturæ
N.XIII. *Opera.*

Ab an. 2544 ad 2600 Corinthus inſtaurata, quæ prius Ephira dicebatur. *Euſeb.*

Dardanis, quæ poſtea Troja dicta eſt, à Dardano conditur 2574. Fabularum Seges.

Delphicum Templum Apollini Sacrum.

Ab an. 2600 ad 2700 Thebæ in Bœotia per Cadmum conditæ 2620. *Seu potius Cadmia, cui poſtea adjectæ Thebæ.*

Corinthus per Siſyphum iterum inſtaurata 2630.

Amphion Thebas mœnibus cingit 2460. *His per conciliatos blanda oratione agreſtes homines extructis, magnam Poetis mentiendi licentiam fecit.*

Ab an. 2700 ad 2800 Nyſa urbs prope Indum fluvium à Baccho condita.

Cyzicus in Helleſponto fundata 2771.

Miletus Coloniarum poſtea multitudine celebris in ora maris Ægei 2779

Tyrus in Phœnicia inſtauratur 2783.

Laomedon Trojæ muros erigit 2794. mox, ob negatam Herculi, & ſociis pactam mercedem, ab illis obtruncatur.

Labyrintum Cretenſem à Dædalo 2800. elaboratum plurimi ſcribunt; (*a*) ſed revera Labyrinthus nil aliud fuit, quam ingentes, ac tortuoſæ ſecturæ, (*b*) quæ ad radices Idæ montis actæ ſunt, cum lapides ad Gnoſſon, aliaſque urbes condendas exciderunt. *Huetius in Dem. Evang.* Ab an. 2800 ad 2900

Scylacium in Brutiis Athenienſium Colonia.

Laurentum ab Ænea conditum 2872. (*c*)

Alba in Latio ab Aſcanio Æneæ f. 3903. Ab an. 2900 ad 3023

Præneſte a Telegono Ulyſſis f. & Tuſculum, nunc dirutum, ab eodem conduntur. *Quod nunc Fraſcatum dicimus ex ejus reliquiis extructum ab eo diſtat, quod in Vallem oppoſitam, & nulla ratione Romam reſpiciebat, ut erudite Fabrettus in Apol.*

Plura in Lesbo conduntur Oppida, & inſula frequentatur. *Herodot.*

(*a*) Nempe *Diodorus Siculus l.1*, *& Plinius l.36 cep.13*, ejuſque exemplar ſumptum ex Ægyptio Labyrintho, quem deſcribit *Herodotus l.2 c.148.*

(*b*) Viſuntur etiamnum eæ Lapidicinæ, ut teſtatur *Bellonius* qui eas perluſtravit *l.1 Obſervationum cap.6.* Minoen tradit *Strabo l.10* ædificaſſe Gnoſſon, ideo Minoes juſſu conditus dicitur Labyrinthus. *Vetus Etbimologus Græcus*, *& Cedrenus in Synopſi p.122* hunc Labyrinthum dicunt fuiſſe antrum; *Euſtathius* Scholiaſtes *Homeri in Odyſſæa* nihil aliud fuiſſe, quam ſpeluncam ſinuoſam. *Philochorus* teſte *Plutarcho in Thæſeo* negare Cretenſes, quæ de Labyrintho narrantur, nec aliud fuiſſe quam publicam cuſtodiam.

(*c*) Qui negant adventum Æneæ in Italiam, memorant *Aſcaniam Vrbem Troadis conditam per Aſcanium Æneæ* Filium, de qua *Stephanus* Geographus poſt *Nicolaum Damaſcenum*: *Pomponius Mela* dicit *Antandrem* vicinam ita nominatam fuiſſe, quod *Aſcanius* ibi regnans captus a Pelaſgis eam dederit in ſolutionem ſuæ captivitatis. Plurima loca Trojanæ regionis *ab Aſcanio* Filio Æneæ nomen habere, ut Lacus *Aſcanius*, & Fluvius ejuſdem nominis, & Regio quædam parva, & Inſula, quæ utraque dicta eſt *Aſcania* refert *Bochartus* Diſſertatione *De Adventu Æneæ in Italiam*.

QUARTÆ ÆTATIS TABULA XIV.

N.XIV. *Viri, & res memorabiles.*

Sub eamdem fere tempeſtatem Phaetonte Rege maximum ad Eridanum exarſit incendium. Hinc fabulæ locus.

Ab an. 2544 ad 2600

Hellen Ducalionis filius, a quo Græci dicti Helleniſtæ. Ex eo nati Æolus, Dorus, & Xutus, ex quibus Græci propagati ſunt.

Oenotrus cum Arcadum Colonia in Italiam.

Ab an. 2600 ad 2700

Europa rapta a Jove Tauro Cretæ Rege; ſive evecta navi, cui Tauri nomen.

Phlegias Templum Apollinis Delphis incendit 2603.

Philomela, Procne, Itys, Tereus Pandionis ff.

Orythia Erechtei filia à Borea rapta 2660. Ex his nati Zetes, & Calais.

Phrixi cum Helle ſorore fuga 2671. *Ab hac Helleſponto nomen.*

Dircæ taurinæ caudæ alligata raptatur, & occiditur, Amphione, & Zethe matris Antiopes injurias ulciſcentibus.

Ab an. 2700 ad 2800

Midas mortalium omnium ditiſſimus, ſed auribus aſininis regnat in Phrygia 2731.

Pelops Tantali filius Hippodamiam ducit, præeſt ludis Olympicis 2731.

Faunus Latinus Rex Faunorum pater habitus, quia illis aras erexit.

Minos II. Cretæ R. inſtructa claſſe maris imperium primus tenuit. *Thucid. l.*1.

Ab an. 2800 ad 2900

Theſeus victo Minotauro, redit Athenas 2823.

Æta, Jaſon, Medea, Tireſias, Oedipus, Sphinx, Laius, Jocaſta, Creon, Electra, Oreſtes, & Pylades nomina fabulis inclyta.

Hercules labores, & vitam exitu infeliciſſimo claudit 2854.

Antenor, & Æneas Trojæ proditores in Italiam navigant 2870.

Ægiſthus reducem Troja Agamemnonem interficit, ille ab Oreſte trucidatur 2878.

Ab an. 2900 ad 3023

Penthilus Oreſtis f. Coloniam e Græcia in Thraciam ducit 2951. Dicta eſt Æolica Migratio.

Tiſamenes Penthili fr. Græcorum Colonia in Aſiam ducta, cives vicit, & expulit. Hæc dicta eſt Jonica Migratio. De his vid. Tab. V. 3010.

Theres Myniarum Coloniam ducit in Inſulam, quæ cum Calliſtus diceretur, ab eo poſtmodum Thera eſt appellata.

Codrus Athenarum R. poſtremus magnæ in Patriam pietatis laudem tulit, morte pro ejuſdem ſalute fortiter quæſita 2983. (a)

(a) Rem narrat *Vellejus Paterculus Lib.*1. *Cum reſpondiſſet Pythius: quorum Dux ab hoſte eſſet occiſus, eos futuros Superiores: Codrus depoſita veſte regia, paſtoralem cultum induit, immixtuſque Caſtris hoſtium, de induſtria rixam ciens, imprudenter interemptus eſt. Athenienſes victoria ſecuta eſt*: Ii Codrum tamquam Deum Sacrificiorum coluere *S. Aug. L.*18. *de Civ. c.*19.

Quidam autem Lacedæmoniorum ab Athenienſibus victoribus impediti in Areopagum ſe recipientes ad aras Dearum Eumenidum, veniam obtinuere ex *Pauſania L.*1. Vix occurrit vetuſtius *Aſylorum* exemplum apud Græcos.

QUINTA ÆTAS

A Templo Salomonis inchoato An. M. 3023. ad Solutam Captivitatem, ſeu ad Monarchiam Cyri An. 3516.

Conſtat Sæculis ferè Quinque.

QUINTÆ ÆTATIS TABULA I.

N.I. *Reges Hebræorum.*

Ab an. 3023 ad 3100

Salomon regnat ad 3059. 40
Roboam Salomonis f. ad 3060 1
Ab anno 3060. Tribus Juda, & Beniamin Roboamo, reliquæ ab eo deficientes Jeroboamo parent; & hinc Hebræorum Regnum in duo dividitur.

REGES JUDA.	REGES ISRAEL.
Roboam ad 3076. 16	Jeroboam ad 3081. 21
Abias ad 3079. 3	Nabad ad 3082. 1
Aſa ad 3121. 41	Baaſa ad 3105. 23

Ab an. 3100 ad 3200

Joſaphat ad 3145. 25	Ela ad 3106. 1
An. 3143. fil. adſciſcit.	Zambri d. 7
	Amri ad 3117. 11
	Achab ad 3138. 22
Joram ad 3150. 6	Ochozias ad 3139. 1
Ochozias ad 3151. 1	Joram ad 3151. 12
Athalia ad 3157. 6 *Jorami uxor.*	Jehu ad 3179. 28
Joas ad 3196. 40	Joachaz ad 3195. 16

Ab an. 3200 ad 3300

Amaſias ad 3225. 29	Joas ad 3211. 16
Ozias ad 3277. 52 (a)	Jeroboam II. ad 3251. 41
	Inter regnum 11. annorum.
Joatan ad 3293. 16	
Achaz ad 3308. 14	Zacharias 3262. m. 6

REGES JUDA.	REGES ISRAEL.
Conſpectum Hiſtoriæ Orientalis ad illuſtrandos Prophetas habes T. 1. Diſſ. Calmet p. 523.	Sellum m. 1
	Manahem ad 3274. 10
	Phacejas ad 3277. 2
	Phacee ad 3297. 20

Ab an. 3300 ad 3400

Ezechias ad 3338. 29	Oſeas ad 3314. 18
Manaſſes ad 3392. 55 *In Regno impius captivus reſipiſcit.*	*Romæ conditæ anno 14. Iſraeliticum regnum à Jeroboamo inſtitutum per rebellionem, & impietatem poſt ann. 255. everſum eſt.*
Amon ad 3394. 2 *Manaſſis parentis furores exceſſit.*	

Ab an. 3400 ad 3516

Joſias ad 3425. 31	*Hebræi apud Chaldæos captivi, toto ſervitutis tempore, Principes, & Judices ſuæ gentis habuere, à quibus regebantur.*
Joachaz 3425. m. 3	
Joakim ad 3426. 11	
Jechonias m. 3 *Deinde Babylone vixit ad ann. 3475.*	
Sedecias ad 3446. 11	Hi videntur fuiſſe Jechonias olim Rex.
Reg. Hebræor. hiſtoriam illuſtrat Diſſ. De Re militari veterum Hebræor. Tom. 1. Diſ. Calmet p. 301.	Salathiel ejus f.
	CaptivitasBabylonica primo anno Monarchiæ Cyri ſolvitur, Mundi autem 3516.

(a) Anno 1. Oziæ, M. 3225. Oſee Propheta, deinde Joel, Jonas, Amos, Iſaias, Abdias, Micheas, Nahum, Sophonias, Habacuc, Jeremias, Ezechiel, Baruch, Daniel; poſt Captivitatem Aggæus anno 2. Darii Hiſtaſpis M. 3533., ſub quo Zaccharias, & Malachias. Quare omnes Prophetæ ſpatio annorum 308; fere omnes Ætate V, ſolis tribus ſub initium Æt. VI.

QUINTÆ ÆTATIS TABULA II.

N.II. *Religionis incrementa, & damna.*

Ab an. 3023 ad 3100

Pontifices iterum è poſteris Eleazari, quorum primus Sadoc, mox Achimas, Azarias.

Nathan Davidis f. a quo Chriſti Genealogia ducitur.

Salomon Templi fundamenta ponit 3023. abſolvit 3030.

Feſtum primæ Dedicationis Templi. Diſſertationem in Poeſim univerſam, & Hebræorum potiſſimum à Dn. Abbate Fleury conſcriptam habes Tom. 1. Diſſertationum Cl. Calmet pag. 396, cui duas ipſe ſubjicit, alteram in Muſicam Veterum, ac potiſſimum Hebræorum, alteram in Muſica Inſtrumenta Hebræorum.

Salomon amat alienigenas, Diis templa, & aras erigit 3054.

Jeroboam aureos vitulos adorandos proponit 3061. (*a*)

Ab an. 3100 ad 3200

Pontif. Joanan, Azarias, Amarias, Joiadas.

Achab ducta Jezabele templum erigit Baali 3117. Jezabel furit in Prophetas.

Joſaphatus Religionem reſtituit 3122.

Elias, Eliſeus, Jonas vaticinio & ſanctimonia clari. Poſtremus mittitur ad Ninivitas 3168.

Eliæ Diſcipuli in Monte Carmelo.

Rechabitæ, qui & Cinei, Religioſorum typus, à Jonadab f. Rechab inſtituti. *S. Hieronym.*

Ab an. 3200 ad 3300

Pontif. Sedecias, Azarias, Joatham, Achitob.

Ozias R. cæteroqui pius, & religioſus excelſa, hoc eſt falſorum Deorum templa non aufert.

Amos, Oſeas, Joël, Iſaias vaticinantur, Ozia regnante.

Micheas futuram ſub Aſſiriis Captivitatem prænunciat.

Ab an. 3300 ad 3400

Pontifices Achitob, Meraioth, Sadoc, Salomon.

Achaz ab avita religione abhorrens, clauſo Templo, Baali, & Diis aliis, aras paſſim excitat, liberos luſtrat igne.

Ezechias pietate inclytus, à paternis urbem ſuperſtitionibus expiat. Templum ornat.

Sanctimonia clari florent Tobiæ duo in Aſſyria captivi, Eſaias, Juditha.

Novi Samariæ coloni ethnicorum ritibus Sacra Hebræorum inficiunt.

Ab an. 3400 ad 351[illegible]

Pontif. Helcias, Azarias, Sarajas, Joſedecus (*b*).

Joſias R. res Religionis inſtaurat.

Jeremias Proph. in Ægypto futuras populi calamitates prænuncians lapidibus obruitur.

Daniel, Ezechiel, Tres pueri captivi apud Chaldæos, Mardochæus, & Eſter apud Medos pariter captivi, florent.

Sinagogæ inſtitutæ tempore Captivitatis Babylonicæ.

Feſtum Purim inſtitutum Hebræis ab Amanis inſidiis per Eſtherem liberatis.

(*a*) *De Statu Religionis in Ditionibus Juda, & Iſrael poſt factam utrinque ſeceſſionem lege Diſſert. ſub hoc Titulo ap. Cl. Calmet Tom. 1. pag. 619. Ed. Luc.*

(*b*) De ordine, & ſucceſſione Summorum Sacerdotum apud Hebræos eruditam Diſſertationem habes Tom. 1. Diſſ. Calmet pag. 285.

QUINTÆ ÆTATIS TABULA III.

N.III. *Hebræorum Politica*.

Ab an. 3023 ad 3100 Salomon Adoniam fratrem, & Joabum necari juſſit: Sadoc, exauctorato Abiathare Summus Pontifex ab an. M. 3022. (*a*)

Salomon Patris exemplum ſecutus pro foribus jus dicebat. *V. Calmet T.1. Diſſ. de Politia, & Sanhedrio Hebræorum p.91. V. etiam Diſſ. de Præfectis Aulæ, & Militiæ Regum Hebræorum pag.*230.

Ab an. 3100 ad 3200 Zambri Elæ temulento vitam eripit, mox & ipſe ſeptem poſt dies ab Amri obſeſſus, ſe cum univerſa domo comburit 3106.

Iſraëlitæ, Achabo regnante, de Benadabo Syro bis triumphant 3134. 3135. Meſa Moabitarum Rex obſeſſus, filium ſpectantibus Hebræis mactat 3140. Joram fratres interficit 3145.

Jehu Achabi ſtirpem funditùs delet 3151.

Hazaël Syriæ R. Iſraëlitarum regionem ferro, flammiſque vaſtat 3154.

Ab an. 3200 ad 3300 Joas R. Samariæ ex vaticinatione Eliſei morientis Benadabum Syriæ R. tribus atterit cladibus 3204.

Ozias contra circumpoſitas gentes feliciter pugnat.

Manahen R. Iſraëlis, Phuli Syrorum Regis vectigalis.

Teglat-Phalazar victor Iſraëlitas in ſervitutem abducit 3295.

Achaz captivus apud Syros 3294.

Ab an. 3300 ad 3400 Samaria per Salmanaſarem Aſſyriorum R. capta, & everſa, Tribus decem cum Oſea R. in Aſſyrios abductæ 3314. (*b*)

Manaſſes Aſſyriis armis oppreſſus, Babylonem catenis vinctus abſtrahitur 3344. mox regno reſtituitur.

Holofernes Aſſyriorum Dux in Betuliæ obſidione à Vidua Juditha obtruncatur 3346.

Ab an. 3400 ad 3516 Joſias R. Juda cum Nechaone Ægypti R. confligit, peritque ex vulnere 3425.

Joachaz Nechaoni ſervit in Ægypto. Joakim, & Jechonias à Chaldæis cum omni nobilitate in ſervitutem abducuntur 3428.

Sedecias filiis, & oculis orbatus cum populo captivus Babylone 3446

Incipit ſervitus 70.ann. quam paſſi ſunt Hebræi apud Chaldæos.

(*a*) *Cum Adonias poſtulaſſet ſibi in uxorem Abiſag Sunamitidem, quæ Davidis conjux fuerat, ex hac autem petitione intellexerit Salomon ab Adonia affectari Regnum, in more videtur fuiſſe apud Hebræos, ut Regum Viduæ, non niſi Regi in Matrimonium darentur. V. Nat. Alex. Diſſ.26. in IV. Æt.*

(*b*) Poſt Iſraelitici Regni excidium Rex Aſſyr. novos Colonos de Babylone &c. in Civitatibus Samariæ pro Iſraele collocavit 1. *Eſd*.4. Ii, cum Deum Iſraelis non colerent, a Leonibus interfecti ſunt. Quare R. Aſſyr. unum ex Iſraelitis Sacerdotibus ad illos remiſit, qui ritum colendi Deum docuit, ſed à Colonis inquinatum patriis ſuperſtitionibus. 4. *Reg*.17. Hinc perpetua diſſidia inter Judæos, & Samaritanos.

Licet S. Hyeronimus in Oſee 1.6. ſcribat: *Decem Tribus uſque hodie Perſarum Regibus ſerviunt, & nunquam eſt eorum ſoluta Captivitas*, quod plurimi Interpretes volunt, contrarium eruditè tuetur Calmet T.1. Diſſ. p.590. Forte ex ſingulis Tribubus plures rediere, plurimis remanentibus; quos in immenſum auctos Joſephus ipſe ſpectavit *Antiq. L.*10.*c*.15.

N.IV. *Res ſupra naturam.*

Ab an. 3023 ad 3100

Ad David uſque rari fuerunt in Iſraele Prophetæ, nec ſuper ſingulares rerum eventus, niſi Summus Sacerdos per *Urim*, & *Thummim* conſulebatur, nec David ipſe per aliquod temporis ſpatium Divinam voluntatem exploravit: exinde conſuli Prophetæ cæpti ſunt. Nullæ majoris momenti res inconſultis Prophetis ſuſceptæ. *V.Interp.in LL.Reg.*

Ab an. 3100 ad 3200

Elias prodigiis clarus à 3126. ad 3139. quo raptus eſt igneo curru.

Joram R. Juda literas accipit ab Elia tranſlato 3247. (*a*)

Eliſeus duplici Eliæ ſpiritu auctus fluvium pallio ſciſſum ſicco veſtigio tranſit. Viduæ oleum impetrat à Deo. Sunamitidis filium ad vitam revocat, aliiſque miraculis fulget.

In piſcis devorantis utero illæſus Jonas triduum agit 3168. (*b*)

Ab an. 3200 ad 3300

Mortuus in ſepulchrum Eliſei conjectus redit ad vitam 3205.

Ozias Rex, Sacerdotibus fruſtra reclamantibus, thus incendit in Templo, ſed nequaquam impunè; Lepra enim divinitùs affectus, à Sacerdotibus ejicitur 3214.

Viſio mirabilis Iſaiæ Prophetæ, de qua ipſe cap. 6. 3277.

Ab an. 3300 ad 3400

Ezechiam de vita producenda ex Divino Oraculo, quod Iſaias pronunciaverat, certum factura umbra decem in horologio lineas retrocedit 3322.

Sennacheribo Hieroſolymam obſidente una nocte cæduntur ab Angelo 85 Aſſyriorum millia 3322.

Senior Tobias Raphaëlis Archangeli beneficio cum filio reduce lumen recipit 3336.

Ab an. 3400 ad 3516

Daniel puer Suſannam liberat 3438.

Tres pueri, Statuam Nabucdonoſor non adorantes, coniciuntur in fornacem, ſed flammæ intactos verentur 3456.

Daniel in Leonum foſſam dejectus, à Deo conſervatur, & paſcitur per Habacucum.

Nabucodonoſor ferarum more degit in Sylvis.

Balthaſſarem epulantem exarati cœleſti manu characteres terrent 3498.

(*a*) Ante annos novem raptus in Cœlum fuerat Elias, cum illius literæ ad Joram allatæ ſunt. An ante raptum illas ſcripſerit, & Eliſæo forte reliquerit, ſuo tempore mittendas, an vero ex loco quietis, in quem poſt raptum receptus eſt, per Angelum miſſæ ſint, & à quo redditæ Joram Regi, incertum. Exemplar literarum extat L.2.Paralip.21. *Allatæ ſunt autem ei literæ ab Elia Propheta, in quibus ſcriptum erat: Hæc dicit Dominus Deus David patris tui &c.*

(*b*) Num Balæna fuerit, num Canis Carcaria, ſeu Lamia, diſputant Eruditi. Joannes Cabri Accademicus Florentinus Balænam ad Italiæ littora an. 1624. jactatam, deſcribit, adeo vaſto gulæ hiatu, ut vel equo aſſidentem virum commodè tranſmitteret. Quod Rondeletius, Aldovrandus, Scaliger contendant uno ſemipede latam eſſe Balænarum gulam, evincit ſub hoc genere plures veluti ſpecies contineri. Saltem de *Canibus Carcariis* teſtatur idem Rondeletius & Furetier Maſſiliæ, & Niceæ apprehenſa hujuſmodi Monſtra, in quorum ſtomacho non integri tantum homines, ſed quidam etiam armatus inventus eſt. V.Calmet Tom.1.Diſſertationum p.633, & 634 Ed.Luc.

QUINTÆ ÆTATIS TABULA V.

N.V. *Monarchæ.*

Ab an. 3023 ad 3100

Pyritiades ad 3046. 30

Ophracteus ad 3066. 20

Ophratenes, ſive Ephacheres ad 3116. 50

Ab an. 3100 ad 3200

Acracarnes ad 2157. 41

Sardanapalus, ſeu Tonos Connoleros, quem profligavit Arbaces Medus, & Beleſus ad 3178. (a) 20

Hinc diviſa Aſſyrior. Monarchia.

Arbaces victor Regnum Medorum, & Perſarum, aliaque tenuit. 28

Beleſus, qui dictus eſt Phul-Bel-Ochus Aſſyriorum regnum, vicinaſque regiones obtinuit per annos. 48

Ab an. 3200 ad 3300

Poſt Arbacem apud Medos regnaſſe feruntur Madances an. 50. Soſarmus 30. Articas 50. Arbianes 22. *Sed omnia uſque ad Deiocem incerta.*

Poſt Beleſum apud Aſſyrios duorum, vel trium Regum nomina ſilentur, mox memorantur Phul 43. Teglat-Phalazar 31. ad 3309.

Sed hi fortaſſe Præfecti, vel Duces, non Reges, ut aliquibus viſum eſt.

Sub initium ſequentis ſæculi apud eoſdem Aſſyrios novum Babylonis regnum inchoatur.

Ab an. 3300 ad 3400

Baladan Babylonis Præfectus dictus Nabonaſſar deficiens ſe Regem appellat, & Æræ ab eo nuncupatæ dat initium 3306.

Huic ſuccedit Merodacus in ſacris literis Nabucodonoſor 1. à 3345.

Benmerodacus f. ad 3407.

Apud Aſſyrios interim regnant Salmanaſar ad 3317. 8. Sennacherib ad 3323. 6. Aſſaradon ad 3333. quo factus eſt vectigalis Babyloniis.

Dejoces qui & Arphaxad Medis imperat à 3345. ad 3398. 53

Ab an. 3400 ad 3516

Phraortes Medor. ad 3419. 21

Ciaxares ſenior, ſive Aſtybares ad 3460, 20

Aſtyages Cyri avus ad 3495. 35

Darius Medus, idem Ciaxares Jun. & Aſſuerus, Cyri avunculus, Eſtheris maritus ad 3515. 19

Babylone interim regnant Nabopolaſſar, ſeu Nabucodonoſor Senior à 3407. ad 3428. 21. Nabucodonoſor Magnus ad 3472. 44

Evilmerodacus ad 3497. 25

Balthaſſar, Labinitus dictus Herod. L. 1. ad 3514, quo capta Babylone occiſus eſt a Cyro auſpiciis Avunculi Darii militante, ejuſque poſt annum Succeſſore.

Quæ de Dario Medo, Eſthere, & Cyro dicta ſunt, in aurea Diſſertat. demonſtrat Petrus Poſſinus, vir planè doctiſſimus.

(a) *Anchiali* Monumentum fuit Sardanapali, in quo lapidea erat imago hominis conferentis dextræ manus digitos ac ſi crepitum digitis editurus eſſet, cum hac inſcriptione literis Aſſyriis: *Sardanapalus Anchialem, & Tarſum una die ædificavit. Tu autem hoſpes ede, bibe, lude: Cætera enim ne hujus ſunt digna*, ideſt ne hujus quidem digitorum crepitationis. Hoc Epitaphium ſibi ipſe compoſuit teſte Diodoro Sic. L. 2. Illud refert Athenæus L. 12. Strabo L. 14. Arianus L. 2. de Geſtis Alex. Verſibus expreſſum refert idem Strabo L. 14. *Quid aliud*, inquit Ariſtoteles ap. Cic. L. 5. Tuſc. q. q., *in bovis, non in Regis Sepulchro inſcriberes?*

QUINTÆ ÆTATIS TABULA VI.

N.VI. *Regna, & Reſpublicæ in Græcia.*

Ab an. 3023 ad 3100 Athenis, extincto Codro, Archontes perpetui, quorum I. Medon 20. Acaſton 36. Archippus 19. Therſippus 41.

Lacedæmone ex Euryſtenis poſteris, qui mox dicti ſunt Agidæ, Agis I. Echeſtratus, Labotas, Doryſſus.

Ex Proclidis Sous, Euripon, Pritanis.

Corinthi Agelas, Prymius Heraclidarum poſtremus, poſt quem Bacchis, à quo Bacchiadæ.

Ab an. 3100 ad 3200 Athenis Archontes Phorbas 31. Megacles 30. Diognetus 28. PherecIus 19.

Lacedæmone regnant ex Agid. Ageſilaus I. Archelaus.

Ex Proclid. Eunomus, Polydectes, Charilaus Lycurgi ex fr. nepos.

Corinthi ex Bacchiadis Agelaſtus, Eudemus, Ariſtodemas.

Ab an. 3200 ad 3300 Athenis Archont. Ariphron 20. Theſpieus 27. Agameſtor 20. Æſchylus 23. Alcmeon 2.

Lacedæmone ex Agid. Teleclus, Alcamenes, Polydorus.

Ex Proclid. Nicander, Theopompus.

Corinthi Pritanes Magiſtratus annuus inſtitnitur 3276.

Macedonum Regnum incipit 3240.

Caranus R.I. 30. Cœnus II.28.

Athenis Archontes Decennales, quorum I. Charops Æſchyli f. mox poſt Erixiam VII. Archontes annui, quorum I. Creon 3368. Ab an. 3300 ad 3400

Lacedæmone regnant ex Agid. Eurycrates I. Anaxander. (a)

Ex Proclid. Zeuxidamus, Anaxidamus.

Corinthi Cypſelus Tyrannus 3396.

Macedonum Reges uſque ad Philippum Amyntæ 22. non numeramus, quia nullius fere nominis.

Piſiſtratus fruſtra obſtante Solone, potitur Athenis 3494. bis pulſus redit. Ab an. 3400 ad 3516

Lacedæmone regnant ex Agid., Eurycrates II. Leon, Anaxandrides.

Ex Proclid. Archimus I. Agaſicles.

Corinthi Periander Tyran. à 3427. ad 3467. *Poſt hunc de Corintho ſilet Hiſtoria.*

(a) Euſebius an. 4. Olymp. XIV., ideſt M.3323. conſignat bellum Thyreaticum, ſive de Thyreatum finibus inter Lacedæmonios, & Argivos. Inter utramque Gentem conventum, ut utrinque diſcedente exercitu, trecenti dimicarent, victoribus regio adjudicaretur. Ex ſexcentis pugnantibus tres dumtaxat ſuperſtites fuere *Alcinor*, & *Chronius* Argivi, qui præcipiti curſu quaſi victoriam nunciaturi Argos contenderunt. Ex Lacedæmoniis unus Othryades, qui ſpoliatis Argivis eorum arma ad ſuorum caſtra deferens ex eorum ſcutis Trophæum erexit, & ſanguine è ſuis vulneribus manante id inſcripſit. *Jovi. Tropheali. Lacedæmones. De Argivis.* Duobus Argivis ſuperſtitibus litem integrantibus Amphictyones victoriam Lacedæmoniis adjudicarunt. De his *Pauſanias in Laconicis, & Argolicis, Plutarchus in Parallelis, Herodotus L.1. Stobæus de fortitudine.*

Digitized by Google

QUINTÆ ÆTATIS TABULA VII.

N.VII. *Regna & Principatus extra Græciam.*

Ab an. 3023 ad 3100 In tota Ægypto Amenophis IV.& poſtea Seſoſtris, ſeu Sethoſis, & Seſonchis, in SS. literis Seſac, qui victor late per Aſiam dominatus eſt.

Latini Reges Alba Silvius 39. Capetus 26. Capys. 28.

Tyriorum Reges Baleazarus Hirami f. & poſt hunc uſque ad Pygmalionem Reges 7. nullius nominis.

Hiſpanis imperant Celtæ, & Rhodii.

Ab an. 3100 ad 3200 In Ægypto Rhamſes, mox Amenophis V. quibuſdam Memnon, & Rameſſes.

Latini Reges Galpetus 13. Tyberinus 9.

Ab hoc Tyberi nomen factum.

Aremulus Agrippa 41. Alladius, ſive Aremulus Silvius 19.

Tyriorum R. XII. Pygmalion 47. Sichæo patruele per fraudem interempto, infamis.

Carthago Urbs, & Regnum 3166.

Ejus Regina Dido Tyria. Sed poſteà in Rempublicam converſum eſt.

Ab an. 3200 ad 3300 Ægyptiorum in Aſia Imperium deficit.

Ægyptus in plures Regulos dividitur. Celebrantur ex his Necepſus, Nechos, Bocchoris, qui Necho fugiente, cæſus eſt à Sabacone Æthiope, qui annos 50. regnavit.

Latini Reges Aventinus 37. *Nomen dedit Aventino colli, ubi ſepultus*,

Procas 23. Amulius 18. Numitor 3.

Hiſpanis imperant Phœnices, quorum opes maritimæ ingentes.

In Ægypto Sous, ad quem miſſi ab Oſea Iſraelis R. Legati; Tauracus, mox Dodecarchia, (*a*) qua brevi ſublata, regnat Pſammiticus. Ab an. 3300 ad 3400

Lydorum Reges Mermnadæ, quorum I. Gyges, occiſo Candaule 3340. r. 36.

Poſt hunc uſque ad Cræſum Ardys, Sadyates, Alyates.

Romanorum R. 1. Romulus 3301. r. 37.

Interregnum an. 1. Numa Pompilius 43. Tullus Hoſtilius 32.

Æyptiorum Reges Nechao II, ſive Nechos, Pſamis, Apries. Ab an. 3400 ad 3516

Romanorum Reges Ancus Martius 24. *Feciales inſtituit, Patres* 100. *minorum gentium legit.* Tarquinius Priſcus 38. *Capitolium fundat.* Servius Tullius 30. *Populum in* 30. *Tribus dividit.*

Carthaginenſium opes, Regulis finitimis domitis, terra, marique creſcunt.

Argantejus regnat in Hiſpania.

Ambigatus Biturigum in Gallia Rex Celtis imperat.

(*a*) Alii poſt Nechaonem ſtatuunt Dodecarchiam; quæ fuit duodecim virorum principatus communi conſilio Regnum adminiſtrantium. Quiſque ſuum *Nomum*, ſive ſuam Præfecturam moderabatur. Habito Memphi Senatu, mutuæ Concordiæ leges conſcriptæ. Commune monumentum reliquerunt Labyrinthum, paulo ſupra ſtagnum Moerios, Urbem verſus, quæ dicitur Crocodilorum, quem ſe aſpexiſſe fama majorem teſtatur Herodotus l.2. c.147. Ibi ſepultos eos fuiſſe ſcribit Diodor.Sic. l.1. p.56.

Digitized by Google

QUINTÆ ÆTATIS TABULA VIII.

N.VIII. *Bella*.

Ab an. 3023 ad 3100

Seſac in Sacris literis, apud prophanos Auctores Seſoſtris, Sethos, & Seſonchis, ac Seſonchoſis Ægypti R. Hieroſolyma potitus, Templi theſauros aſportat 3064.

Idem Colchos, & Getas Armis domuiſſe, regioneſque omnes à ſe ſubactas trophæis inſigniviſſe ſcribitur. *Calviſius perperam duos opinatur eſſe* Seſacum, & Seſoſtrim. *Videatur Marshamus in Canon. Chron. ſæcul.* 14.

Ab an. 3100 ad 3200

Bella aliquot levia Archelai, & Charilai Lacædemoniorum Regum in Peloponneſo.

Tyberinus, dum victus ab hoſtibus fugit, Tyberi mergitur, eique nomen facit.

Sabaco Æthiopum R. profligatis pluribus Ægypti Regulis, ea potitur, vel in fine hujus, vel initio ſequentis ſæculi. Cumque in ea regnaſſet annos 50. ſomno monitus ultrò abiit. *Herodot. l.* 2.

Ab an. 3200 ad 3300

Aſſyrii, Duce Theglat-Phalazar, Rhaſi Rege obtruncato, Damaſco potiuntur, Syriam populantur, incolas captivos abducunt 3296.

Theopompo Lacedæmoniis imperante, hi de finibus Thyreatum cum Argivis dimicarunt. *Pauſan. l.* 3. *Euſeb. De his ſupra fuſius*.

Ab an. 3300 ad 3400

Romuli cum Sabinis, Camorinis, & Fidenatibus bella.

Sennacherib Æthiopes, & Ægyptios bello profligat 3323.

Bellum vicennale inter Meſſeniacos, & Lacedæmonios finitur 3330.

Ardys Lydorum R. Gygis f. Mileſiis bellum intulit 3361. *Herod. l.*1.

Bellum Albanis à Tullo Hoſtilio illatum. Horatii Curiatios vincunt 3387.

Fidenates 3389. Sabini à Romanis victi 3392.

Ab an. 3400 ad 3516

Ancus Martius Latinos, Fidenates, Sabinos, Vejos vincit, Tarquinius Sabinos, qui tandem domiti 3452.

Scythæ armis Aſiam adepti tenent à 3419. ad 3449.

Sadyates avus, Alyates Cræſi pater, Lydorum RR. Mileſios bello vexant.

Nabucodonoſor M. Syros, & Ægyptios armis domat, Hieroſolyma potitur 3428.

Idem Arabes, Elamitas, Medos vincit; Ninivem occupat 3452. (*a*)

(*a*) Hoc ſæculo Nechao II. bellicoſus Princeps an.8. Regni Phœniciæ, & Syriæ bellum intulit ad Euphratem uſque progreſſus. Miſſis ad Joſiam Regem Juda nuntiis ait: *Quid mihi & tibi eſt Rex Juda? Non adverſum te hodie venio, ſed contra aliam pugno domum, ad quam me Deus feſtinato ire præcepit &c.* 2.*Paralip.*35. Foſſam, ſive alveum, qui Nilum cum Mari Rubro jungeret, primus aggreſſus eſt, longitudinis quatuor dierum navigationis, latitudinis, ut per eam duæ poſſunt ſimul agi triremes. In ea fodienda centum viginti millia Ægyptiorum perierunt. In medio opere Nechao deſtitit metu oraculi. *Eum id opus barbaro homini præmunire*: Darium Perſam foſſam deinde hanc ſecundo loco depreſſiſſe refert Herodotus. Vide Natal. Alex. ad V.M. Æt.cap.4. art.1.

QUINTÆ ÆTATIS TABULA IX.

N.IX. *Diſciplinæ Severiores.*

Ab an. 3023 ad 3100 Salomon Philoſophorum ſapientiſſimus Proverbiorum, Eccleſiaſtis, & aliorum, qui periere, librorum ſcriptor, in Accademia, quam Hieroſolymis munificentiſſimè fundaverat, bonas artes profitetur. *Ita Pineda de Reb. Salomon.*

Damnatus liber Clavicula falsò illi tribuitur.

Græci in Ægyptum peregrinantes doctrinarum ſtudia ad ſuos reportant, quas tamen fabulis corrumpunt.

Inter eos numeratur Homerus.

Ab an. 3100 ad 3200 Omnis poſthac Theogonia, & Philoſophia Græcorum ab Homeri, & Heſiodi fontibus fluxit, qui ab Hebræis, & Ægyptiis accepta, fabulis, & commentis Poeticis involuta poſteris tradidere, eoſque ſequentium ſæculorum Scriptores imitati, omnia pluſquam cimmeriis tenebris obduxerunt.

Videatur Huetius in Demonſtrat. Evang. tom.1. Propoſ.2. cap.2. & Pineda de Reb. Salomon.

Ab an. 3200 ad 3300 Abaris Philoſophus an Magus? e Scythia, de cujus prodigioſa ſagitta mira veteres prodidere, Athenas legatus à ſuis Græciam luſtrat.

Aſtronomos hoc ævo floruiſſe docet conſignata literis Eclypſis Solis 24. Junii 3263.

Ab an. 3300 ad 3400 Sibylla Erythræa Sapientiæ fama nobilis. Herophila Sibylla Samia.

In Numa Pompilio Romanorum R. Philoſophiæ rudimenta quædam apparent.

Qui Pythagoricum fuiſſe docent manifeſti erroris arguuntur, quia duobus ferme ante Pythagoram ſæculis floruit. Ejus libri anno V. C. 573. reperti, à Prætore lecti, damnatique, & in publico foro combuſti.

Holda Prophetiſſa Sapientia nobilis. Hieroſolymis Scholas moderatur. *Geneb.*

Ab an. 3400 ad 3516 Septem Sapientes in Græcia florent, Thales, Solon, Myſon, Cleobulus, Chilon, Bias, Pittacus. Adde Epimenidem Cretens. (*a*)

Anacharſis Scytha Athenas venit 3462.

Æſopus moralem Philoſophiam per fabulas tradit.

Thales Mileſius ab Ægyptiis doctus Jonicæ Philoſophiæ genus inſtituit. (*b*)

Maſſilia condita, & apertis Alpibus, Philoſophia ad Gallos, & Britannos acceſſit, Druidis illam tradentibus.

(*a*) De his Plato in Protagora: *Hi omnes*, inquit, *laconicæ breviloquentiæ ſtudioſi fuerunt, & ex communi conſenſu verba brevia memorabilia ab unoquoque dicta, Sapientiæ primitias, Apollini Delphico dedicarunt, quæ Templo inſcripta ab omnibus celebrantur: Noſce te ipſum ... Nequid nimis ... Modus optimus ... Sponde, noxa præſto eſt ... Omnes homines mali ... Vel: Plurimi hominum mali ... Omnia vincit diligens meditatio ... Noſce occaſionem.* Cui unaquæque ſententia tribuenda ſit, non conſentiunt Auctores, teſte Clemente Alexand. L.1. Strom. p.300.

(*b*) Hunc primum prædixiſſe Eclypſes indicat Plutarchus L.1. de Plac. Phil. c.3. & 7. *Solem docuit deficere, quando Luna ad lineam infra eum fertur, idque in ſpeculis cerni, ſubjici Soli diſcum Lunæ.*

Digitized by Google

N.X. *Jurisprudentia. Medicina.*

Ab an. 3023 ad 3100 Celeberrimum Salomonis judicium inter fœminas de filio contendentes.

Salomone Rege, medicos floruiſſe docet ejuſdem documentum de honore Medicis habendo apud Eccleſiaſticum *cap.* 38.

Quin & ipſum Salomonem Medica ſcripſiſſe teſtantur Joſephus, & alii; ac inter ea cenſendi libri de Plantarum virtutibus, quas poſteris naturæ ſcrutator egregius aperuit.

Ab an. 3100 ad 3200 Lycurgus Charilai nepotis tutor integerrimus, & Spartanorum Legiſlator 3170. Ad temperandum ſolutum Regum imperium Synedrion 28. Seniorum addidit. *Plutarch.*

In Medicorum arte pluſquam in ope Divina ſpei poſuiſſe Aſæ Regi meritò vitio datur. *Paralip.* 2.

Atque hinc eos hoc ævo magno in honore fuiſſe conjicimus.

Ab an. 3200 Ephori Spartæ inſtituti à Theopompo Rege 3294.

Tales erant Ephori apud Lacedæmonios, quales apud Romanos Tribuni plebis, ut enim à Conſulibus ad Tribunos, ita à Regibus ad Ephoros cuique provocare licebat. ad 3300

Medicos magnopere ab Hebræis cultos, Iſaia vaticinante, conjectare licet *ex cap.3. Prophet.* (*a*)

Ab an. 3300 ad 3400 Zaleucus Legiſlator ſeveriſſimus paulò poſt Locros conditos, iis leges dedit.

Draco ſub initium ſeculi ſequentis Athenienſibus, non tam atramento, quam ſanguine jura ſcribit.

Ab an. 3400 ad 3516 Solon abrogatis Draconis legibus, commodiores Athenienſibus tulit 3460. De Herophilo Medico, qui Phalaridem Tyrannum ſanitati reſtituit, teſtibus Cicerone, Plinio, & Plutarcho mirum eſt, quod prodit Mart. Capella l.3. *Hierophilus ægrorum venas rhytmorum collatione penſabat.*

Herophilus, & Eraſiſtratus nocentes homines à Regibus ex carcere acceptos vivos incidebant. *Celſ. l.1. cap.1.*

(*a*) Legendus Cl. Calmet Tom.1. p.485. Diſſer. *de Re Medica veterum Hebræorum.* Docet in univerſa Patriarcharum Hiſtoria ne verbum quidem de Medicis, & Medicina, quamvis ibi frequens de Morbis mentio: Ipſum Joſeph uſum Medicis in condiendo cadavere parentis legi, num ægrotanti voluerit Medicos adeſſe, non legi. Poſt Patriarchas mentionem frequentem fieri de Medicis, ſed iis, quos hodie Chirurgos vocamus. Cæterum apud Hebræos, cum de Morbis ſermo occurrit, uti de Febribus, Malaciis, Peſte, Dolore capitis, ſeu viſcerum nunquam de Pharmacis aliquid legi, frequenter autem, cum de vulneribus, confractione, ſive ſtupore oſſium agatur. De his frequenter in Prophetis, nulla autem alia pro illis Medicamina, niſi *Reſina*, & *Faſciæ*. In morbis intima depaſcentibus *nullus*, inquit, *erat Medicinæ uſus*, ſed quærebant a Deo, ſive a Prophetis auxilium; quamvis non deeſſent, qui ad Superſtitiones, Magos, Idololatras Veneficos incitarentur: Animadvertit Lepram, morbi genus frequentiſſimum, ac pernicioſiſſimum apud Hebræos, peculiaribus caruiſſe Medicis, ac Remediis, ſed ab omnibus leproſos ſeparatos, ac deſertos. Univerſim Hebræos ſenſiſſe, quod morbi eſſent flagella Dei Vindicis per malos Angelos.

Digitized by Google

QUINTÆ ÆTATIS TABULA XI.

N.XI. *Literæ Humaniores.*

Ab an. 3023 ad 3100 Natan, & Gad partem primi, totum omnino ſecundum Samuelis librum ſcripſere. *Huet.*

Dares Phrygius Bellum Trojanum deſcripſit ante Homerum. *Ptolem. Hephæſtio apud Photium in Biblioth.*

Proverbiorum, Eccleſiaſtis,& Cantici libri nobiliſſima ſunt Salomonis Poëmata. *Videatur Huetius.*

Homerus, & Heſiodus fere æquales, ut habent plures, & Marmor Arundelianum, à quo tamen locantur in ſequenti ſæculo. (*a*)

Ab an. 3100 ad 3200 Jonas Propheta rerum ſuarum ſcriptor.

Aſclepiades Cyprius Hiſtor. Pygmalione regnante. *Quo tempore, quod mirum videtur, ſcribit ibi uſum carnium non fuiſſe. Videatur S. Hieron. l.2. adverſ. Jovinian., & Voſſ. de Hiſtor. Græcis l.4.* (*b*)

Lycurgus primus ex Jonia Homeri Poëmata miſit in Peloponneſum. *Plutarc. in Vita.*

Ab an. 3200 ad 3300 Amos, Oſeas, Joël ſua vaticinia ſcriptis conſignant, & quia Prophetarum more vaticiniis non pauca admiſcent hiſtorica, Hiſtoricis recenſentur.

Omnis Græcorum hiſtoria, quæ Olympiades præceſſit, Varroni viſa eſt fabuloſa.

Ab an. 3300 ad 3400 Tobias pater, & fil. librum cognominem ſcribunt, ea parte dempta, in qua agitur de filii morte. *SS. Interpr.*

Liber, qui nomen Iſaiæ præfixum gerit, eidem jure tribuitur. *Huetius.*

Eumelus, ſive Thymelus Corinthius Bugoniæ, & Europæ auctor, Archilochus Jambi repertor, Tyrtæus, Alcmanius Lacedæmonius Poetæ, Megaloſtrata Poetria.

Jeremias, Baruch, Daniel, Ezechiel ſua vaticinia ſcribunt.

Ab an. 3400 ad 3516 Liber Judith Scriptoris incerti Babylonicæ captivitatis tempore, ut putat Huetius.

Solon, Cicerone teſte, primus eloquentis nomen meruit.

Alcmanius Meſſenius, Leſchus auctor parvæ Iliadis, Terpander, Steſichorus, Sappho, Alcæus, Suſarion Comediæ veteris inventor: Poetæ.

Piſiſtratus Homeri libros antea confuſos, ſic diſpoſuiſſe dicitur, ut nunc habemus. Cic.3. de Orat. Hoc eſt in Iliadem, & Odyſſæam, ut interpretatur Ælianus.

(*a*) Nempe ſub Diogneto Athenarum Rege annis poſt Trojanam cladem 302. Cæterum de Homeri, & Heſiodi temporibus non convenit inter veteres, quorum diſcrepantes ſententias Tatianus, & Clemens Alexandrinus L.1. Stromatum commemorant. Eutymenes dicit Homerum floruiſſe cum Heſiodo natum fuiſſe Chio, ſub Acaſto, circa annum 200. poſt captam Trojam. Ejuſdem ſententiæ fuit Archamachus.

(*b*) Alius omnino uſus apud Hebræos, de quorum *Re Cibaria* vide eruditam Diſſertationem ap.Calmet Tom.1.Diſſ. p.489, nam, *inter hæc*, inquit, *quæ ad Hebræorum mores ſpectant, res eorum cibaria tanto eſt præ cæteris Eruditorum occupatione dignior, quanto frequentius in Scriptura recurrit*, majorique eſt indagine *tum verborum ambiguitate, cum ex diſformitate morum ſcrutanda.*

Digitized by Google

QUINTÆ ÆTATIS TABULA XII.

XII. *Artes*. *Nova Inventa*.

Ab an. 3023 ad 3100

Navigatio Salomonicæ Claſſis (*a*) in Ophir, Nauticæ rei gloria floruiſſe Hebræos ea tempeſtate doceret, niſi Tyriorum præcipuè ope id factum ex SS. Liter. noſceremus.

Æneam Tubam Piſæus Tyrrhenus invenit. *Plinius*.

Seſoſtris itinera ſua in Tabulis proponens Geographicarum Tabularum rudimenta dedit. *Euſtat. in Epiſt. prævia ad Dionyſ. Perieg. Herodot. l.2.*

Ab an 3100 ad 3200

Pictores, qui monocromata uno uſi colore pinxere, videntur ex Plinio hoc ſæculo ſtatuendi. *l.35. c.9.*

Hygiemon, Dinis, Charmidas.

Rhodii maritima potentia florebant.

Nummorum uſus Lacedæmone à Lycurgo vetitus. (*b*)

Othryades Lacedæmonius Argivis, qui ceciderunt in prælio ſpoliatis, de eorum clypeis trophæum erexit, & ſuo ſanguine inſcripſit. *Plutarch. in Parall.*

Ab an. 3200 ad 3300

Emaurus pingendo marem, fœminamque primus diſcrevit, & figuras omnes auſus eſt imitari. Cimon Cleoneus Emauri inventa excoluit, varias vultuum formas, & Catagrapha invenit.

Iphitus Olympicos ludos inſtaurat, & hinc incipit numeratio per Olympiadas 3278.

Malas Chius omnium apud Græcos primus ſtatuas format è marmore. *Plin.*

Phiden Argivus ponderum, & menſurarum apud Græcos inventor.

Chorebus Athenienſis figlinas invenit.

Ab an. 3300 ad 3400

Bularchi Pictoris tabulam Candaules auro rependit,

Micciades Malatis f. & Anthermus ejuſdem nepos Statuarii.

Horologia Solaria apud Hebræos, ut liquet ex miraculo Solis retrocedentis. Annus correctus à Numa, duobus menſibus additis 3342.

Nummus Romæ primò ſub Numa cuſus; hinc illi nomen.

Glaucus Chius primus ferrum glutinavit. Plaſtice in Italia primo apparuit ſub Demarato Tarquinii priſci patre. Carnia in honorem Apollinis inſtituta 3318.

Ab an. 3400 ad 3516

Bupalus, & Athenis Malatis pronepotes, & poſt hos Dipænus, & Scyllis Cretenſes marmore ſcalpendo apud Græcos inclaruere. *Plin.*

Pancratium additum ludis Olympicis 3406.

Gambrivius Tuiſcorum Rege VII. cerviſiam primus decoquere docuit anno 3414. ſi rectè tradit, & numerat Achilles Gaſſarus *in Epit. Chron.*

Simulacrum Jovis Capitol. fictum à Turiano Plaſte, Tarquin. Priſco Rege.

Agon Nemæus per Argivos 3478.

Sappho Poetria primò plectrum excogitavit. *Genebrard.*

(*a*) Singularis eſt opinio D. Huetii in *Diſſ. de Navigationibus Salomonis*, qui cenſens duo maria Mediterraneum, & Erithræum, ducto quodam Canali, ea ætate juncta fuiſſe in uſum Navigiorum, hac via Claſſem Salomonis in Ophir deducit. Cæterum *nullius ferme in toto Orbe regionis ſitus obſcurior, quique eruditos exercuerit magis, quam Ophireticæ*, inquit Calmet *Diſſertatione in Regionem Ophir*, quam vide Tom. 1. Diſſ. p.12.

(*b*) *De vetuſtate Monetæ ſignatæ* eſt præclara Diſſer. Calmet T.1. Diſſ. p.22.

Digitized by Google

Natales Urbium : Architectura N.XIII. *Opera .*

Ab an. 3023 ad 3100 Smyrna , & Cumæ 3003. Epheſus 3007. Samos 3064. conditæ . *Alii alias Epochas ſtatuunt .*

Templum Salomonis omnium celeberrimum 3013. cœptum 3030. abſolutum .

Ejuſdem Regia 3031. Thronus 3042.

Labaris , ut Euſebius , ſeu Lachares , ut Syncellus , R. Ægyptius in Labyrintho ſepulchrum ſibi paravit . Plin. id opus tribuit Peteſenco R. ſive Tithoë .

Templum Dianæ Epheſinæ plurimorum Regum opus Architectis Theodoro, & Cheniphrone . (*a*)

Ab an. 3100 ad 3200 Bononia ab Etruſcis condita duobus ante Romam ſæculis . *Volater.*

Samaria Regia Regum Iſraël 3112.

Hiericho reparatur ab Hiele 3122.

Carthago cœpta 3147. abſoluta 3166. à Didone Tyria . Alii tamen malunt Urbem longe ante à Zoro, & Carchedone conditam, ſolamque Arcem Byrſam à Didone ædificatam affirmant .

Lemnius Labyrinthus hoc fortaſſe ſæculo ad imitationem Ægyptii .

Ab an. 3200 ad 3300 Vienna in Gallia fundata 3218.

Capua in Campania condita 3253.

Obeliſcus omnium maximus, quem ante Lateranenſem Ædem miramur juſſu Rameſſis R. Ægyptii à 20. hominum millibus elaboratus . *Plin.*

Ozias Urbes plures ædificavit . *2.Paral.*

Roma à Romulo condita 22.April. 3301. Dies dictus Palilia . Ab an. 3300 ad 3400

Naucratis in Ægypto à Mileſiis 3305.

Syracuſæ in Sicilia ab Archia Herculis nepote 3313.

Catanam in Sicilia Caloydii 3314.

Sybarim , & Crotonem in Italia Miſcellus 3345. condunt .

Cyzicus in Helleſponto , Locri in Italia 3371. Abdera , Lampſacus . Clazomene 3798. ædificatæ , *ut multis placet .*

Selinus in Sicilia à Megarenſibus 3406. Dyrachium 3430. Oſtia ab Anco Martio extructa 3432. Ab an. 3400 ad 3516

Perinthus in Thracia , Camerina in Sicilia 3450. Maſſilia à Phocenſibus 3454.

Labyrinthus Ægyptius 3457.

Hortos Penſiles Babylone Nabucodonoſor Magnus inſtruit , Urbem amplificat , munit , exornat .

Cyrus in Ecbatanis 3504. domum habuiſſe ſcribitur lapidibus pretioſis verſicoloribus , atque auro vinctis extructam . *Athen. l.12.c.3.*

(*a*) Quatuor ad latera exteriora alis , geminis utrinque , diſtinguebatur , nempe duplici Columnarum ordine circumambiente , octo ad geminas frontes ante, & retro replicabantur. Porrigebatur totum opus ad 425 pedes , in latitudine vero excurrebat ad 220 . CXXVII. Reges ſinguli ſingulas columnas donaverant 60 pedibus altas , iuter quas 36 Anaglyphico opere inſculptæ . Quæ fabri lignarii opere conſtabant , omnia è cedro erant , ſumptus univerſa Aſia conferente , annorum 220 ſpatio tandem totum opus abſolutum eſt. Hæc ex Vitruvio L.3. c.10. *De Templis Veterum* Vide Diſſer.Calmet T.1. pag.204 , ubi innumera reperies eruditè congeſta .

QUINTÆ ÆTATIS TABULA XIV.

N.XIV. *Viri, & Res memorabiles.*

Ab an. 3023 ad 3100 Neocles, & Androcles Codri ff. Græcorum Coloniam in Aſiam ducunt 3010.

Fames ingens in Palæſtina ceſſat, duobus Saulis filiis in crucem actis.

Seſoſtris Ægypti R. navigabilem alveum à Nilo in mare Rubrum fruſtra ducere conatur.

Id alii tribuunt Nechaoni ſub finem hujus Ætatis: vide quæ diximus num.IV.

Ab an. 3100 ad 3200 Siccitas, & fames ingens tempore Eliæ Palæſtinam per annos tres cum dimidio vexant ab anno 3123.

Meſa Moabitarum R. filium coram hoſtibus mactat 3140.

Eliſa, ſeu Dido Pygmalionem fratrem Sichæi viri ſui interfectorem exoſa, Tyro cum gaza ſolvit in Africam 3147.

Eadem laude pudicitiæ illuſtris, ne Regi Maurorum Jarbæ cogatur nubere, tribus fere poſt Æneæ fugam ſæculis ſibi mortem infert.

Ab an. 3200 ad 3300 Coræbus Coquus primus in ludis Olympicis coronatur 3278,

Amulius fr. Numitorem natu majorem regno pellit, ejus filiam Rhæam Sylviam, ex qua deinde Romulus, & Remus, Veſtalem facit.

Romulus, & Remus expoſiti ſervantur, & educantur a Regio Paſtore Fauſto 3284.

Iidem avum Numitorem regno reſtituunt 3300.

Sabinæ à Romanis 3304. Ab an. 3300 ad 3400

Lacedæmoniorum puellæ à Meſſeniis raptæ 3311.

Ariſtodemus filiam mactat ex oraculo 3316.

Hippomanes filia voratur ab equo, cum quo clauſa fuerat à patre 3331.

Romulus ob ingenii ferociam à ſuis diſcerpitur 3339.

Tullus Hoſtilius igne cœleſti cum Domo perit 3414. Ab an. 3400 ad 3516

Arionis ſive hiſtoria, ſive fabula 3340.

Ciaxares Ninivem delet 3448.

Peſtis Athenis furit, ſed fugatur ara Deo ignoto erecta 3457. *Euſebius*. (*a*)

Cylonium piaculum Athenis 3455.

Phalaris Agrigenti in Sicilia Tyrannorum immaniſſimus.

Perillus bovis æneі faber ſub Phalari illo primus exuritur 3482.

(*a*) S. Hieronymus in ep. ad Titum c.1. ſuſpicatur totam hanc inſcriptionem fuiſſe: *Diis Aſiæ & Europæ, & Affricæ, Diis ignotis, & Peregrinis*, ſive ut reddunt Œcumenius, & Theophilactus *Deo ignoto, & Peregrino*: Pauſanias in Attic. & Philoſtratus L.6. c.2. autores ſunt coli Athenis aras inſcriptas. *Diis ignotis*. Incertis Numinibus Aræ Romæ pariter dedicabantur. *Invenio planè ignotis Deis Aras proſtitutas, ſed Attica Idololatria eſt, item incertis Deis, ſed Romana ſuperſtitio eſt*, ait Tertullianus contra Marcionem cap.9. Idem refert Gellius L.2. c.28. Strabo L.3. p.156 Celtas incogniti nominis Deum coluiſſe refert. Macrobius Saturnalium L.3.c.9. ait quod cum precabantur Numina obſeſſæ Urbis hæc erat formula: *Si Deus, ſi Dea eſt, cui Populus, Civitaſque Carthaginenſis eſt in tutela &c.* Vide plura apud Calmet Tom.2. Diſſ. p.156

SEXTA ÆTAS

A Monarchia Perſarum, ſeu Cyri An. M. 3516. Ad Chriſtum Natum An. M. 4053. Conſtat Sæculis ferè Quinque.

SEXTÆ ÆTATIS TABULA I.

N.I. *Hebræorum Duces iterum.*

Ab an. 3516 ad 3600

CVm Cyrus Hieroſolymam redeundi, & inſtaurandi Templi Judæis poteſtatem feciſſet 3516. ſacræ expeditionis Dux fuit Zorobabel Salathielis f. ad 3567. 51

Joacimus D. & P. ad 3589. 22

Eliaſib D. & P. ad 3595. 6

Poſted tantùm P. veniente Eſdra.

Eſdras D. à 3595. ad 3600. 5

Quoniam an. M. 3516. Urbis conditæ 216, Olimp. LX. an. 2. in tertium vergente, Regni ſui Perſici an. 22. Cyrus toti pene Aſiæ imperare cæpit, ideo cum Labbè *conſignamus initium Perſicæ Monarchiæ eo an. 3516, quo reditus edictum Judæis conceſſit.*

Ab an. 3600 ad 3700

Nehemias D. ad 3629. 28

Jojadas D. & P. ad 3649. 20

Jonathas D. & P. ad 3689. 40

Jaddus D. & P. ad 3730. 41

Ab an. 3700 ad 3800

Onias 1. D. & P. ad 3753. 24

Simon 1. D. & P. ad 3765. 12

Eleazar D. & P. ad 3797. 32

Manaſſes D. & P. ad 3807. 9

Quamvis poſt Hieroſolymam ab Alexandro captam, Judæorum ſummum Imperium penès alienigenas fuerit; præcipuæ tamen ſub illis partes in adminiſtranda Republica fuere penès Pontifices, quos idcirco Duces jure appellamus.

Ab an. 3800 ad 3900

Onias II. D. & P. ad 3821. 14

Simon II. D. & P. ad 3846. 25

Onias III. D. & P. ad 3882. 36

Anno 3879. Jaſon Oniæ fr. Pſeudo-Pontif. & poſt eum Menelaus, Lyſimachus, Alcimus omnia ſubvertunt.

Machabæi dicti Aſſidei, hoc eſt ſancti, mox corrupta voce, Aſſamonæi.

Mathatias pater Judæ D. & P. 3888. 1

Judas f. D. & P. ad 3894. 6

Jonathas D. & P. ad 3912. 19

Simon D. & P. ad 3919. 8

Joannes Hyrcanus R. & P. ad 3975. 26 Ab an. 3900 ad 4000

Reges iterum.

Ariſtobolus R. & P. 3950. 1

Alexander Jannæus R. & P. ad 3950. 31

Hyrcanus R. & P. ad 3988. 13

Ariſtobulus II. R. & P. ad 3991. 3

Pulſo fr. mox dejectus à Pompejo.

Hyrcanus iterum ad 4024. 49

Cùm per annos plures una cum Antipatro Herodis I. patre, & eodem Herode Tetrarcha Regnum adminiſtraſſet, hujus tandem juſſu interemptus eſt.

Antipater Herodis I. pater Judææ Procurator à Cæſare conſtituitur 4007. Ab an. 4000 ad 4053

Herodes I. Aſcalonita Judææ Tetrarcha 4012. mox R. dictus an. 4014. regnare incipit 4017. ad 4054. 37

Herode regnanae, natum eſſe Chriſtum humani generis Reparatotem, ſacro id Evangeliſta tradente, fatentur omnes; verùm de Nativitatis anno variæ Chronologorum ſententiæ, nos cum Labbeo, aliiſque eam amplectimur, quæ illam Herodiani regni 37. ſtatuit.

SEXTÆ ÆTATIS TABULA II.

N. II. *Religionis incrementa, & damna.*

Ab an. 3516 ad 3600

Pontif. Joſue, ſeu Jeſus, & Joacim, Eliaſib.

Cyrus Templi Sacra vaſa reſtituit 3516.

Templum Hieroſolym. primò inſtauratur 3517.

Reſa, & Abiud. Zorobabelis ff. ex quorum 1. V. Deipara, à 2. S. Joſeph originem ducit.

Aggæus, Zaccharias, Malachias Prophetæ florent.

Danielis Hebdomadæ incipiunt 3600.

Ab an. 3600 ad 3700

Pontif. Jojadas, Jonathas, Jeddoa, ſeu Jaddus.

Cùm Hieroſolymam veniſſet Nehemias renovata eſt diù intermiſſa Scenopegiæ ſolemnitas 3601.

Eſdras ſacros libros, qui interciderant, immutatis Hebræis literis, in lucem profert.

Nehemias redux e Perſide, Divinum cultum, Templi honorem, Levitarum miniſteria, legitima conjugia, ex Divina lege componit 3629.

Ab an. 3700 ad 3800

Pontifices iidem, qui Duces.

Alexander M. in Templo Hieroſol. Deo vero victimas immolat 3722.

Sanaballetes à Dario ad Alexandrum deficiens, hoc permittente, Templum erigit Samariæ in monte Garizim, cui præerat. Hinc quoque inter Judæos, & Samaritanos æterna diſcordiarum ſeges.

Græcis 1. & mox Romanis imperantibus, Pontificatus factus eſt Principum arbitrio paucorum annorum, imò & annuus.

Pontifices iidem, qui Duces.

Ab an. 3800 ad 3900

Ptolemæus Philop. minis, & pœnis Judæos ad Ægyptiacos ritus compellit 3839.

Jaſon, Menelaus, Lyſimachus Ethnicos ritus inducunt. Antiochus Epiphan. Templum prophanat. Templum ponit Jovi Hoſpitali in monte Garizim 3885.

Eleazarus, Salomona mater, & ſeptem filii Machabæi pro religione fortiter obeunt 3887.

Mathatias Judæum Diis thus adolentem interficit 3888. Fit Dux, & Pontif.

Tertia dedicatio Altaris per Judam Machabæum inſtaurati 3889.

Ab an. 3900 ad 4000

Pontifices iidem, qui Duces, & Reges.

Judæi, & Samaritæ pro Templo litigant ante Ptolem. Philomet. Victoria Judæis cedit 3906.

Phariſæorum ſecta oritur A.C. 140.

Sadducæi Hæretici apud Hebræos.

Eſſæi, ſive Eſſeni Samaritanorum ſecta, cujus origo incerta, plura cum Pythagoræis, & Stoicis habens communia. *Joſeph. l. 10. Antiq. c. 13.* Ex his multi poſtea Chriſtianis acceſſere.

Joannes Hyrcanus Samaritanum Templum deſtruit 3925.

Ab an. 4000 ad 4053

Pontif. iidem, qui Reges.

Sinagogæ paulò ante Chriſtum natum 480. numerabantur.

Joſeph Deiparæ Mariæ Sponſus.

Templum ab Herode inſtauratum, ejuſque quarta Dedicatio inſtituta 4030.

MARIA V. Deipara filia Joachim, & Annæ naſc. 4039.

JESUS CHRISTUS DEI FILIUS naſcitur 4053. 25. Decemb.

Sanctimonia florent Simeon Senex, & Anna Propheteſſa.

Digitized by Google

SEXTÆ ÆTATIS TABULA III.

.III. *Hebræorum Politica*.

Ab an. 3516 ad 3600 Judæi, quamvis poſt impletos annos ſervitutis ſeptuaginta, libertatis qualicumque imagine donati fuerint à Cyro anno 3516. fere nunquam tamen poſthac ſui omnino juris fuere; diù Perſis, mox Græcis, & Romanis paruerunt. (*a*)

Artaxerſes Longimanus Deo inſpirante, Eſdram Sacerdotem, & Scribam in Judæam mittit 3594.

Ab an. 3600 ad 3700 Neemias ex Perſide, ubi Regis Pincerna ejuſdem gratia florebat, impetrata ad id facultate, in Judæam veniens, fruſtra obſiſtentibus inimicis Hieroſolymæ muros intra dies 52. reſtituit 3600. vel 3601.

Idem, novis inductis tabulis, inopiæ ſuorum conſuluit 3601.

Idem, qui anno 3621. Regem in Perſide adierat, Hieroſolymam redit ex Perſide 3620.

Ab an. 3700 ad 3800 Judæi ab anno 3722. Græcis parent.

Andromaeus Judæis præpoſitus ab Alexandro ab illis occiditur 3722.

Ptolemæus Lagi f. amicitiæ ſimulatione Judæam occupat, captivos quamplurimos abducit ex montano præcipuè tractu 3733. circiter.

Antigono Rege victo, Aſiæ regna Seleuco Nicatori cedunt, ac proinde Hebræi vectigales Syriæ Regibus fiunt ab anno 3753. Card. *Noris in Epoch. Syromaced.*

Ab an. 3800 ad 3900 Onias II. Ptolemæo Evergeti ſolvit 20 argenti talenta, quæ Syrio Regi pendebat 3811.

Recepta per Antiochum Magnum Judæa, Græcis in Syria regnantibus iterum ſubditur, ſed brevi tempore 3836.

Ptolemæus Philopator, victo Antiocho Magno, Celeſyria, Phœnicia, Judæa potitur; quare Ægyptiis Regibus Judæi iterum parent 3837.

Antiochus Magnus potitur Syria, & iterum Judæis imperat 3857.

Ab an. 3900 ad 4000 Jonathas Demetrii Nicatoris ope nixus Judæam recipit, Hieroſolymam inſtaurat 3902.

Ejuſdem cum Romanis, & Spartiatis fœdus 3911.

Simon ad Demetrii partes tranſiens plenam Judæis obtinet libertatem, cujus annos numerare incipiunt 3912.

Jannæus epulans coram ſe 800. Judæos è nobilioribus jubet crucibus affigi.

Judæi à M. Pompejo domiti Romanis inpoſterùm parent 4991.

Hyrcanus ob varias fortunæ vices dictus Fortunæ pila.

Ab an. 4000 ad 4053 Antigonus Ariſtobuli f. Judææ regnum petens reficitur à Cæſare 4007. ſed Parthorum ope Hieroſolyma potitur 4014.

Hyrcanus captivus abducitur.

Herodes Hieroſolymam expugnat 4017.

Eodemque anno capite plectitur Antigonus Aſſamonæorum poſtremus.

Herodes regnum adulatione partum, per ſcelera, & cædes confirmat.

Bellum anceps contra Arabes gerit 4023.

(*a*) Hæc de Judæis, ſive de Regno Judæ, ac Beniamin. Sed de varia fortuna Iſraelitarum, ſive reliquarum decem Tribuum ex vetuſtis, & recentibus monumentis eruditiſſimè diſputat Calmet T. I. Diſſ. p. 236.

Digitized by Google

SEXTÆ ÆTATIS TABULA IV.

N.IV. *Res ſupra naturam.*

Ab an. 3516 ad 3600

Daniel objectus Leonibus à Dario Medo ſervatur intactus 3515.

Cyro à Daniele Iſaiæ Vaticinium oſtenditur, quo plurimos ante annos prædixerat ille futurum, ut Cyrus Babylone potitus, Judæis Hieroſolymam redeundi poteſtatem faceret: ille voti reus Judæos dimittit, & Sacra vaſa Templo reſtituit 3516.

Ab an. 3600 ad 3700

Sacerdotes ex Babylonica ſervitute reduces ignem ſacrum quærentes, quem ipſorum majores in ſicci putei caverna occultaverant, pro eo aquam craſſam inveniunt, quæ ſuper victimas, Nehemiæ juſſu aſperſa, Sole è nubibus refulgente in ignem convertitur, quo ſacrificium ritè perficitur 3609.

Ab an. 3700 ad 3800

Jaddus Alexandri M. Hieroſolymam properantis iram metuens, divinitùs edocetur, illi cum Sacerdotibus ſolemniori cultu ornatis, & populo candidato obviam procedere. Alexander venerabundus Pontificem adiit, & Divinum in tiara nomen adoravit 3722.

Admirandus ſeptuaginta Interpretum conſenſus in Græca Sacrorum librorum Verſione, quam Ptolemæus Philadelphus imperaverat, divinitùs contigiſſe videtur. (*a*)

Ab an. 3800 ad 3900

Ptolemæus Philopator, dum in adyta Templi tentat irrumpere, divinitùs coercetur 3837.

Judæi ab eodem Ptolemæo elephantis obterendi exponuntur in hippodromo, ſed Angelorum ope ſervantur 3838.

Heliodorus Hieroſolymitanum Templum expilaturus ab equite cœleſti terretur 3870.

Ab an. 3900 ad 4000

Perpetuum, & omnibus notum Probaticæ Piſcinæ miraculum, quo aqua per Angelum mota, primus è languentibus in eam deſcendens valetudinem recipiebat, uſque ad Chriſti Reparatoris tempora perduraſſe conſtat è Sacris Paginis.

Joannem Hyrcanum Divino inſtinctu futura quandoque prævidiſſe narrat Joſephus.

Ab an. 4000 ad 4053

Pluribus prodigiis fuiſſe prænunciatum Deiparæ Virg. ortum docet communis Orthodoxorum conſenſus.

Angelus Joannis Baptiſtæ nativitatem Zachariæ thus in Templo offerenti prænunciat 4052.

Arch. Gabriel Mariæ V. Jeſum ex ea intacta naſciturum annunciat 25. Martii 4053.

Judæi Dæmones à corporibus obſeſſis pellebant. *Liquet ex 12. c. Matthæi.*

Idque per exorciſmos è libris Salomonis deſumptos factum opinatur Genebrardus.

(*a*) Uſſerius Syntagmate de LXX Interpretibus putat priorem Verſionem ſub Philadelpho nonniſi 5 Moſaicos libros fuiſſe interpretatam, quibus cætera deinde Sacra Scripta IV anno Ptolemæi Phyſconis, ſeu Philometoris an. ante Ch. 139 translata, ſub eodem LXX nomine, acceſſerint. Summo plauſu à Judæis excepta Verſio iſta in Bibliotheca inſtructiſſima Alexandrina repoſita fuit, ubi Origenis etiam ætate viſebatur. Vide plurima apud Cl. Calmet Diſſ. de Verſione LXX Interpretum T. 2. p. 381.

N.V. *Monarchæ*

MONARCHIA PERSARUM.

Ab an. 3516 ad 3600 Cyrus, qui moriente Aſtyage materno avo Regnum Perſarum adminiſtrandum ſuſceperat: jura Uxoris, quæ Darii Medi unica erat hæres, eo abdicante, Imperio Medorum, Perſarum, & Babyloniorum potitur, ſedemque locat in Perſide 3516. r. an. 9
Cambyſes f. a 3524. ad 3532. 7
Smerdis Magus. m. 7
Darius Hyſtaſpis f. ad 3566. 36
Xerſes I. ad 3589. 20
ArtaxerſesLongimanus ad 3629. 40

Ab an. 3600 ad 3700 Xerſes II. m. 2
Sogdianus m. 7
Darius Nothus, ſive Ochus ad 3649. 19
Artaxerſes Mnemnon ad 3689. 40
Hujus fr. Cyrus Minor, poſt eum, ſed Rege patre natus; unde lis, & bellum infeliciter geſtum ope Græcorum.
Artaxerſes Ochus ad 3714. 26

Ab an. 3700 ad 3800 Arſes, ſeu Arſamus ad 3718 4
Darius Arſami f. 3724. 6

MONARCHIA GRÆCORUM.

Alexander Magnus victo Dario Græcorum Monarchiam inchoat ad 3730. 6
Alexandro mortuo, poſt varias bellorum vices, Græcorum Imperium in tria præcipuè regna dividitur, Macedoniæ, Ægypti, Syriæ; ab hoc cum Machabæorum libris numeramus annos Regni Græcorum.
Seleucus Nicator recuperata Babylone, à 3742. ad 3773. 32
Antiochus Soter ad 3792. 19
Antiochus Deus ad 3807. 15
Seleucus II.Callinicus ad 3827. 20 Ab an. 3800 ad 3900
Seleucus Ceraunus ad 3830. 3
Antiochus III.Magn. ad 3867. 37
Seleuchus Philopator ad 3879. 12
Antiochus IV. Epiphanes ad 3890. 11
Antiochus V. Eupator ad 3892. 2
Demetrius Soter ad 3903. 14

Alexander Bala ad 3907. 55
Demetrius Nicator ad 3909. 3
Antiochus Balæ f. ad 3911. 2
Tryphon Tyrannus ad 3914. 3
Antiochus Sidetes ad 5925. 11 Ab an. 3900 ad 4000
Demetrius Nicator iterum ad 3929. 4
Antiochus Grypus ad 3958. 29
Antiochus Cyzicenus ſimul ad 2959. 18
Seleuchus VI., Antiochus X., & Euſebes, Philippus, Demetrius Enceres, Tigranes, Antiochus Aſiaticus, Reguli potiùs, quam Reges in Syria, quæ à Pompejo redacta eſt in Provinciam 3991.

Pompejus M. Conſul. ſine Collega 4002. Ab an. 4000 ad 4053
C. Jul. Cæſar V. Dict. & Coſ. occiditur 4010.
C. Octavius, M.Antonius, M.Lepidus Triumviri 4011.

MONARCHIA ROMANORUM.

C. Octavius Cæſar Auguſtus poſt Actiacam victoriam ſolus imperat 4024.
Omnes poſthac Imperatores Cæſares, & Auguſti appellati.
Præfectus Urbis ſtabilis ab Auguſto inſtituitur, primuſque dicitur C. Clinius Mecænas, & poſt eum Meſſala Corvinus.

SEXTÆ ÆTATIS TABULA VI.

N.IV. *Regna, & Reſpublicæ in Græcia.*

Ab an. 3516 ad 3600 Piſiſtratus bis pulſus iterum potitur Athenis. Hippius, & Hipparchus Piſiſtrato patri ſuccedunt 3527. pelluntur 3541. Redeunt annui Archontes. Lacedæmone regn. ex Agid. Cleomenes I. Leonidas I. Pliſtarchus, Pliſtonax, Pauſanias. Ex Procl'd. Ariſton, Demaratus. Leotychides.

Ab an. 3600 ad 3700 Athenis jubente Alcibiade præſunt Quadringenti à 3642. ad 3650. Nam tum captæ à Lyſandro Lacedæmone ſubjectæ fuere Triginta Tyrannis, quibus pulſis Democratia iterum inducta eſt 3653. Lacedæmone regn. ex Agid. Ageſipolis I. Cleombrotus I. Ageſipolis II. Cleomenes II. Ex Proclidis Archidamus II. ſive Archelaus, Agis II. Ageſilaus II. Archidamus III.

Ab an. 3700 ad 3800 Athenæ Caſſandro Macedoni ſe dedunt, à quo Rector Phalereus inſtituitur 3736. Mox liberantur per Demetrium Poliorcetem 3747. ſed in gratæ ab eodem expugnantur 3753. & iterum liberæ 3764. Lacedæmone regn. ex Agid. Arius, Acrotatus. Ex Proclid. Eudamidas I. Archidamus IV. Eudamidas II. Agis III. Proclidarum extremus. Macedon. R. Philippus Amyntæ f. regnat à 3694. ad 3718.

Alexander Magn. f. ad 3730.

Poſt Alexandrum in Macedonia regnant Arideus fr. 1. Caſſander 19. Philippus II. 1. Antipater, & Alexander II. 3. Demetrius Poliorcetes 6. Pyrrhus m. 7. Lyſimachus 6. Meleager. Antipater Soſtenes 2. Antigonus Gonatas 36.

In Ægypto regn. Ptolem. Lagi f. ad 3778. 40

Ptolem. Philadelphus ad 3807. 39

Ab an. 3800 ad 3900 Lacedæmone Proclidis extinctis regnant ex Agid. Areus, Leonidas II. Cleombrotus II. Cleomenes III. Mox Agidis etiam deficientibus brevi regnant Ageſipolis, & Lycurgus, atque poſt hos Tyranni Machanidas, & Nabis, quo cæſo priùs paret Achæorum Reipublicæ ſuperiore ſæculo exortæ, denique Romanis.

Quintius Roman. jus dicit in Græcia, omneſque ejus Civitates liberas eſſe jubet 3858.

Macedonum RR. Demetrius II. 10

Antigonus Tutor 12. Philippus III. 12

Perſeus 11. quo victo Macedonicum Regnum Romanis cedit 3887.

Ægyptii Reges Ptolemæus Evergetes ad 3823. 26

Ptolemæus Philopator ad 3850. 27

Ptolemæus Epiphanes ad 3873. 23

Ptolemæus Philometor ad 3907. 35

Ab an. 3900 ad 4000 Athenæ, quæ ab anno 3764. libertatem qualemcumque uſurpaverant, anno 3969. à Sylla expugnatæ Romanis parent, & abolentur Archontes.

In Ægypto regn. Ptolem. Phyſcon ad 3937. 29

Ptolemæus Lathurus ad 3954. 17

Ptolemæus Alexander ad 3964. 10

Ptolem. Lathurus iterum ad 3973. 8

Ptolem. Alexander II. D. 19

Ptolem. Alexander III. ad 3989. 17

Ptolem. Auletes ad 4003. 13

Ab an. 4000 ad 4053 Ptolemæus Dionyſius cum Sorore Cleopatra ad 4007. 5

Cleopatra ſola ad 4024. 17

Poſt Actiacam pugnam, in qua victa cum Antonio ab Auguſto fuerat, cùm M. Antonius ſibi manus intuliſſet, & ipſa ultro periit, deficitque omnino Græcorum Imperium.

Digitized by Google

SEXTÆ ÆTATIS TABULA VII.

N.VII. *Regna, & Principatus extra Græciam.*

Ab an. 3516 ad 3600 In Ægypto Amaſis, Pſammenitus ex Herod. & Diodor. Mox Cambyſes regnum ad Perſas transfert 3529.

Lydorum Regum ultimus Cræſus à Cyro captus 3510. Romanorum R. ultimus Tarquinius Superbus 25. Pellitur ob vim à filio Lucretiæ illatam 3545.

Conſules creantur L. Jun. Brut. & Tarquinius Collatinus, eoque abdicante, Valer. Publicola.

Dictator I. T. Lartius Flavus 3556.

Carthaginenſes Hiſpaniæ Domini 3556.

Cappadociæ R. 1. Pharnaces Cyri Sororius. Sicilia ſub Tyran. Syracuſanis 3569. Libera 3588.

Ab an. 3600 ad 3700 In Ægypto poſt Perſas indigenæ Nephræus, & Tachon.

Romæ Decemviri 3603. & poſt annos tres iterum Conſules.

Ibidem Tribuni Militum Conſulari poteſtate aliquoties creati, & 1. 3610. Cenſores primo inſtituti 3611. Romæ Servorum conjuratio detecta 3635.

Sicilia iterum ſub Tyrannis 3648. Dionyſio ſcilicet Seniore, & Juniore.

Anarchia Romæ 3678. per annos 5.

Conſules Romæ confirmati 3688.

Ab an. 3700 ad 3800 In Ægypto, fugiente in Æthiopiam ultimo Regum Nectenabo, Perſæ iterum uſque ad Alexandrum Magnum dominantur.

Carthaginenſes terreſtribus, maritimiſque opibus præpollentes terrarum imperium affectare incipiunt.

Romani poſt Tarentinos, Picentes, & Salentinos domitos totius Italiæ Domini. Sicilia iterum libera 3728. Romanorum beneficio.

Ferguſius ex Hibernia vocatus initium dat Scotorum Regno.

Ponti, Bithyniæ, Armeniæ Reges poſt Alexandrum Magnum exorti.

Ab an. 3800 ad 3900 Pergami Princeps 1. Phileterus Spado, cui ſuccedit fr. Eumenes 3789.

Romani Siciliam 1. mox Sardiniam, & Hiſpaniam, Carthaginenſibus victis, in provinciam redigunt, eamque dividunt in citeriorem, & ulteriorem.

Pergami R. I. Attalus I. Eumenis f. 3812. Mox Eumenes II. & Attalus II. Eumenis fr.

Parthorum Rex I. Arſaces, à quo Arſacidarum familia, & Reges poſteri Arſaces 3808. Huic ſuccedunt Arſaces II. Priapacius, & Phraates I.

Ab an. 3900 ad 4000 Romani, everſa Carthagine, Africæ Domini, victis Achæis, deleta Corintho, Græciam in provinciam redigunt 3908.

Pergami Rex Attalus III. Populum Rom. regni, & opum ſuarum hæredem ſcribit 3921. Gallia Narbonenſis fit Romanorum provincia 3933.

Africani Junioris, & Marii in Africa, Syllæ, & Pompeii in Aſia, Cæſaris in Europa victoriis Rom. propagatur Imperium. Sylla Dictator ab an. 3972. ad 3975. Ciceronis Coſ. prudentia, & vigilantia Reſpublica à nefariis Catilinæ conſiliis liberata 3991.

Parthis imperant Mithridates I. Phraates II. Artabanus I. Mithridates Magnus, Orodes Craſſi victor.

Ab an. 4000 ad 4058 Romani in Europa, in Africa, in Aſia rerum late potiti Reges omnes finitimos, vel ſocios habent, vel vectigales, ac tandem Ægypti, quod unum ſupererat è Græcorum Imperio regnum, Domini 4024.

Parthis imperant Phraates III. Tyridates, & Phraates IV. Scotorum Hiſtorici Metellanum decimum ſeptimum Regum ſuorum numerant.

N. VIII. *Bella*.

Ab an. 3516 ad 3600

Quæ de Cyro à Tomiri Scytharum Regina victo, & cæſo traduntur ab Herodoto apud eruditos vix fidem inveniunt.

Porſena Romam obſidet 3547.

Poſthumius Tubertus victis Sabinis primus ovat Romæ 3551.

Marathonia pugna Duce Miltiade 3564. Leonidas cum 300. Laconibus ad Thermopylas 3574. Temiſtocles Perſarum ad Salaminam victor 3574.

Bellum ſociale contra Athenienſes à 3596. ad 3598.

Ab an. 3600 ad 3700

Athenienſes à Bœothis cæſi 3605.

Corinthii à Corcyreis victi 3619.

Athenienſium ad Potideam victoria 3622. Bellum Peloponneſiacum inchoatur 3623. per annos 27. inter Athenienſes, & Lacedæmonios.

Conon Athenienſis Perſas vincit ad Gnidum navali prælio 3660.

Vei à Camillo expugnati 3658. Galli ab eodem, poſt Romam incenſam cæſi 3665.

Bellum Sacrum Græcorum contra Phocenſes ſacrilegos a 3699. ad 3708.

Ab an. 3700 ad 3800

Philippi Macedonis in Græcia bella. Bellum Samniticum a 3711. per an. 71. ad 3782. Triumphorum 24. materies.

Alexander M. per Europam, Aſiam, & Africam victor arma circumfert ab anno 3620. ad 3730.

Romanorum cum Pyrrho Epirotarum R. bellum 3774.

Gonatæ bella cum Spartanis, & Athenienſibus 3785.

Bellum Punicum I. Siculis contra Carthaginenſes Romanorum opem implorantibus 3790.

Romani primò rem nauticam attingunt, & Duillio Duce nobilem de Pœnis victoria referunt 3794.

Ab an. 3800 ad 3900

Pœni Romanos grandi clade profligant propè Drepanum 3805.

Pugna Roman. & Cartag. ad Ægates 3812.

Bellum Punicum 3825. Punicum II. 3836. Pugna ad Thraſimenum 3837 Cannenſis 3838. Aſdrubal à C. Nerone ad Metaurum cæſus 3847. Annibal à Scipione Afric. victus in Africa 3852.

Bellum Romanorum cum Macedonibus 3854. Bellum Rom. cum Antiocho Magno 3863.

Bellum Rom. cum Perſeo 3883.

Ab an. 3900 ad 4000

Viriathus Luſitanus fortiter & feliciter contra Romanos bellum gerit à 3904. ad 3915.

Bellum Punic. III. 3905. In eo Carthago everſa 3908.

Bellum Jugurthinum ad 3905. Marii de Cimbris victoria, & bellum Servile in Sicilia 3953. Italicum, ſeu Marſicum 3963. Mithridaticum 3966. Bella Civilia Cinnæ, Marii, Syllæ, Sertorii ab anno 3967. ad 3981.

Bellum Servile Spartaco incentore 3981. C. Julius Cæſar ab an. 3995. ad 3405. in Gallia, Germania, & Illyrico rem Rom. feliciter gerit.

Ab an. 4000 ad 4053

M. Craſſus cæſus à Parthis 4001.

Bellum Civile inter Cæſar. & Pompejum 4005. Pugna Pharſalica 4006.

Finis belli civilis 4009.

Caſſius, & Brutus ab Octavio & M. Antonio victi 4012. Bellum Peruſinum 4014.

Ventidius Baſſus de Parthis triumphat 4021.

Actiaca pugna 4023.

Parthi ſponte ſigna de Craſſo rapta, & captivos reſtituunt 4034.

Digitized by Google

N.IX. *Diſciplinæ ſeveriores.*

Ab an. 3516 ad 3600 Anaximander Zodiaci repertor, Xenophanes Eleaticæ ſectæ parens, Pythagoras Samius Italicæ Philoſophiæ conditor, Cleoſtratus duodecim in Zodiaco ſigna notavit, Heraclitus, Democritus, Philolaus Crotoniata, qui Terram circa Solem circumvolvi primus docuit, Diagoras, Harpalus Cyclum Luni ſolarem inſtituit.

Parmenides Eleates Dialecticæ inventor, quique primus Terram rotundam in omnium orbium centro ſtatuit.

Anaxagoras Clazomenius ex Aſia ſcholam tranſtulit Athenas, ubi Socratem, Euripidem, & Periclem docuit.

Ab an. 3600 ad 3700 Socrates moralem Philoſophiam devocavit è Cœlo. *Cic.* Meliſſus Phyſicus, Empedocles Agrigentinus, Meton Ennea decateridem publicat 3621 Leucippus Atomorum inventor, Democritus Abderita.

Plato veteris Academiæ inſtitutor. Euclides Megarenſis auctor ſectæ Contentioſæ, Anthiſtenes Cynicæ, Architas Tarentinus, Ariſtippus, à quo ſecta Cyrenaica; Eudoxus Gnidius, Lyſis Pythagoric. cujus aurea carmina ſub Pythagoræ nomine circumferuntur.

Ab an. 3700 ad 3800 Phœdo Elienſis Eliacæ ſectæ conditor. Speuſippus Platonis nepos, ejuſque in Academia Succeſſor. Ariſtoteles Peripateticorum princeps Xenocrates Speuſippi Succeſſor, Philippus Metonenſis, Callipus Cyzicenus auctor Periodi, Anaxarchus Abderita, Diogenes Cynicus, Crates Thebanus.

Theophraſtus Philoſophiam Ariſtotelis exornat. Epicurus voluptatis patronus, Zeno Cithyeus Stoicorum parens, Strato Theophraſti ſucceſſor.

Ariſtotelis libri Attali II. metu libros undique colligentis conduntur à Neleo Sceptio, & diù latent.

Jeſus Sirachi f. Eccleſiaſticum ex Ethicis Salomonis libris concinnat. *Huetius ex illis.* Beroſus Chaldæus Aſtron: Apollonius Pergæus, Ariſtarchus Samius, Archimedes Syracuſanus Mathematici nobiliſſimi. Ab an. 3800 ad 3900

Cleanthes Stoici Zenonis, Lyco, ſeu Glyco Stratonis Peripat. auditor, Athenodorus Solenſis, Iſterius, Hermippus Smyrnenſis, Lacydes novæ Academiæ auctor, Chryſippus Cleanthis diſcipul. Eratoſthenes, Agatarchides Gnidius, Panætius.

Arceſilas auctor Academ. II. Pyrrho Sceptius, à quo Sceptici, ſeu Pyrrhonii, quibus omnia incerta. Tarſus in Cilicia nobile literarum emporium; *Strabo l.* 14. Hipparchus, & Geminus Aſtron. Ariſtobulus Philoſ. Hebræus, Carneades Cyren. à quo Academ. III. Creſibius Pneumaticus, Hiero Mechan. Philo, & Charmides. Academ. IV. Antiochus Philonis auditor Academ. V. conditores. Diogenes Stoicus, Philo laudatus, & Dionyſius Magneſius Ciceronis magiſtri. Ab an. 3900 ad 4000

Critolaus Peripatet. Zeno Epicureus, quem Cicero laudat.

M. Tull. Cicero, & M. Terentius Varro Romanorum ante ſe omnium doctiſſimi. C. Nigidius Figulus, Anaxilaus Laryſſæus Pythagorici, & Magicæ artis ſuſpecti. Ab an. 4000 ad 4053

Andronicus Rhodius, Jaſon Stoicus, Theodorus Tripolites Philoſophi.

Soſigenes Aſtronomus, cujus præcipuè opera Cæſar Kalendarium inſtauravit. M. Vitruvius Pollio Architect. princeps, Dionyſius Geographus.

Digitized by Google

SEXTÆ ÆTATIS TABULA X.

N.X. *Jurisprudentia: Medicina.*

Ab an. 3516 ad 3600

P. Papyrius colligit Jus Roman. quod ab eo Papyrianum eſt appellatum. Zamolkis Pythagoræ auditor leges dat Getis. Confuſius Legislator Sinarum 3562.

Democedes, Acron Agrigentinus Medicinæ Empyricæ parens.

Herodicus Hippocratis Magiſter. Democriti diſcipulus Metrodorus Chius magiſter Hippocratis medici a Suida laudatur.

Ab an. 3600 ad 3700

Charondas Thurinis, Archita Tarentinis, Parmenides Eleatibus, Eudoxus Gnidiis jura deſcribunt.

Romani Decemviri leges à Græciæ civitatibus acceptas in duodecim Tabulis deſcriptas proponunt; eas exul Hermodorus Epheſius interpretatur.

Cteſias Gnidius, Philiſtio Siculus. Crito Coſmeticæ inventor, Menecrates Syracuſanus, Eudoxius Gnidius. Hippocrates Medicorum omnium princeps.

Ab an. 3700 ad 3800

Appius Claudius Cœcus Juris conſultiſſimus.

Tib. Coruncanus primus Jus Civile Romæ profeſſus eſt.

Theſſalus, & Drago filii, Polybus Gener, Dexippus Cous Hippocratis diſcipulus, Nicias Pyrrhi R. Philippus Acarnan. Alexandri M. Medici.

Eraſiſtratus, qui & Cleombrotus, ut recte Harduinus in Plin. l. 29. c.1.

Ab an. 3800 ad 3900

Sextus Ælius Pætus ab Ennio laudatus à quo Jus Ælianum.

Cato Cenſorius, M. Cato ejuſdem f. & Scipio Naſica Juris peritiſſimi. (a)

Eratoſthenes Cyren. Hiſtoricus, Philoſophus, Medicus: Arateus Cappadox hoc ævô Medicæ artis gloria, Voſſio judice floruit.

Archagatus primus è Græcia Romæ Medicinam profitetur 3935. *Plin.*

Ab an. 3900 ad 4000

M. Manilius Q. Mut. Scævola Pub. f. Q. Mut. Scævola Q. Auguris f. M. Junius Brutus, C. Martius Figulus, Gn. Aufidius, C. Antiſtius Labeo Senior Juris Oracula.

Nicander Colophonius, Aſclepiades Pruſeus, qui neglecta Hippocratis medendi ratione, novam condidit, Mithridates R. Ponti, cujus Medicos libros Pompejus Latinè verti mandavit.

Ab an. 4000 ad 4053

Appius Augur. Q. Ælius Tubero, Servius Sulpitius Semonia, L. Atteius Capito, C. Antiſtius Labeo Junior Juriſperitorum principes.

Themiſon Laodicenus Aſclepiadis magiſtri ſectam mutavit, & aliam inter Medicos excitavit.

Craterus, Apollonius Craſſi libertus, Philotheus Amphiſſenus, Dioſcorides Herophileus, Artorius Auguſti Medicus, quem Voſſius cum Antonio confundit.

(a) Hoc ſæculo, ſeu An. V.C. 559. Lex Oppia de Cultu Matronarum moderando, nequidquam obſiſtente Catone abrogata eſt. Hanc tulerat C. Oppius Trib. Pleb. in ipſo ardore Punici Belli: *Nequa mulier plus Semiuncia auri haberet. Neu veſtimento verſicolori uteretur: Neu juncto vehiculo in Urbe, Oppidove, aut propius inde mille paſſus niſi Sacrorum publicorum cauſa veheretur.* Matronarum precibus, & metu muliebris ſeditionis an. 20 poſtquam lata fuerat, abrogata eſt ex Liv. L. 34.

SEXTÆ ÆTATIS TABULA XI.

N.XI. *Literæ Humaniores.*

Ab an. 3516 ad 3600

Ab Eſdra ſcripti III. & IV. Regum libri, & qui ejus nomen præfert, ſi priora ſex capita demantur. *Huetius.*

Pherecydes Sirus primus apud Græcos libera numeris oratione ſcribere aggreſſus.

Hellanicus Mytilen. & Xenomedes Chius hiſtoriam ornant. Voſſ. l.1.c.2.

Jones à Perſis victoribus fictarum hiſtoriarum artem, vulgò *Romanzi* diſcunt, & ab his tranſit ad Græcos. *Huetius.* Oratio funebris habita Romæ in laudem Bruti Conſ. à P. Valer. Publicola Collega. Theognis, Hipponax, Anacreon, Theſpis Tragediæ parens, Simonides, qui memorandi artem invenit, Onomacritus, Pindarus, *Poetæ.*

Ab an. 3600 ad 3700

Herodotus, Thucydides, Cratippus, Xenophon Hiſtor.

Empedocles dicendi præcepta primus dedit, ſed illa Chorax, & Tyſias poſtea vulgarunt. Pericles, Gorgias Leontinus, Protagoras, Lyſias, Andocides, Theocritus Chius. Orat.

Comediæ Athenis vetitæ 3814.

Ariſtophanes, Sophocles, & Euripides Poetæ. Cleobulina, & Teleſilla Poetriæ. Dionyſius Grammat. Platonis præceptor.

Lamprus, & Ileus Grammatica ſcripſiſſe videntur ex *Ariſtot.*

Ab an. 3700 ad 3800

Hecateus Abderita, Abydenus Palephatus, Parius auctor Marmoris Arundeliani, ſive Oxonienſis.

Megaſthenes, non Methaſtenes Indic. Hiſtor. Iſocrates, Theodectes, Naucrates, Theopompus, Iſæus, Demoſthenes, Demetrius Phalereus Rhet. Orat. Menander novæ Comœdiæ princeps. Quamvis Laertio teſte, Plato primus Grammaticæ vim inſpexerit, certior hujus artis inventor Ariſtoteles agnoſci ſolet.

Ab an. 3800 ad 3900

Manethos, Philochorus, Beroſus, Eratoſthenes, Caſſius Hemina Hiſt.

Cethegus Coſ. M. Porcius Cato. Tiber. Sempronius Gracchus, Diophanes Mytilen. Orator.

Poetarum Pleias, in qua Theocritus, Aratus, Lycophron, Callimachus, Apollonius, Homerus Junior.

Prima fabula data Romæ à Liv. Andronico. Nævius, Ennius, Plautus, Terentius. A bello Punico II. diligentiùs culta eſt lingua Latina. Crates Mallotes primus Romæ Grammaticus.

Ab an. 3900 ad 4000

Q. Fabius Maxim. Servilianus, L. Calpurnius Piſo, Polybius, Alexander Polyhiſtor, L. Siſenna, L. Claudius Quadrigarius. Hiſt.

Æmil. Lepidus, Servius Galba, L. Craſſus, M. Antonius, Q. Hortenſius, Orat. L. Plotius Gallus, qui primus Romæ Latinam Rhetoricam profeſſus eſt, Hierocles, Apollonius Molo, per quos Cicero profecit. Nicander, Turpilius, Pacuvius, L. Attius Senior, & Junior, Lucilius, Q. Atta Togatarum Scriptor, Lucretius, Catullus Poetæ. Ariſtarchus Grammatic:

Ab an. 4000 ad 4053

Salluſtius, Cornelius Nepos, L. Aruntius, Cheremon, Diodorus Siculus, Cæſar. Hiſtor. M. Tullius Cicero. C. Scribonius Curio, M. Antonius Triumvir, Timagenes, Orat. Elpidius Sextus, Clodius Siculus, Porcius Latro. Rhet. M. Terentius Varro, Archias, Æmilius Macer, P. Virgilius Maro, Horatius, Domitius Marſus, Tibullus, Propertius, Albinovanus, Aulus Sabinus, & alii: Poetæ.

Tyrannio Varro, Attejus, L. Varius Plotius Tucca, Grammat. & Philoſ.,

N.XII. *Artes. Nova Inventa.*

Sappho Poetria primò plectrum
Ab an. excogitavit. *Genebrard.*
3516 Anaximander Mileſius horologia
ad ſolaria primus apud Græcos inducit.
3600 Tabulas Geographicas perficit, quarum dederat rudimenta Seſoſtris.
Pythagoras lyræ chordam addit, & notato fabrorum ſonitu Muſicam perficit.
Athenienſes Tyrannicidis Hermodio, & Ariſtogitoni ſtatuas ponunt. 3544. Saturnalia inſtituta. 3557.
Theſpis Poeta perſonas invenit.

Panænus Phidiæ fr. quem in Picturæ certamine Corinthi Timagoras vicit.
Ab an. Polygnotus Thaſius plurimum Pi-
3600 cturæ contulit, ſiquidem inſtituit os
ad adaperire, dentes oſtendere, vultum ab
3700 antiquo rigore variare; ſed ſupra hos, alioſque hujus ævi Pictores Zeuxis, Parrhaſius, ac Timantes inclaruere.
Statuis ſive ex ære, ſive ex marmore elaborandis gloriam ſummam adepti ſunt Phidias, Scopas, Myron, Pytaghoras. Phidias artem Toteuticen non invenit, ut Plinius tradit, ſed perfecit. Arſemon Clazomenius obſidionales Machinas invenit 3612.
Callias Athenienſis uſum minii monſtravit 3649.

Ab an. Pamphilus Apellis Magiſter, Apel-
3700 les Pictorum princeps, Protogenes
ad ejus æmulus Artis apicem attigere.
3800 Ariſtides Apellis æqualis primus animum pinxit. *Plin.* Æra Seleucidarum A.V. 442. A. C. 312. *Videatur Noris in Epoch. Syro Maced.*
Simulacris effingendis, vel ex ære, vel ex marmore ſuper omnes hujus ævi excelluere Lyſippus, Pyrgoteles, Praxiteles. Coloſſus Rhodius artifice Charete Lydio.

Romæ nummus argenteus primo cuſus 3785. Tonſores primùm è Sicilia P. Ticinius Romam adduxit.

Ageſander, Polydorus, & Athenodorus Rhodii, quorum eſt Laocon Ab an.
in Vaticano ſervatus, opus omnibus, 3800
& Picturæ, & Statuariæ artis præpo- ad
nendum ex Plinio. Metrodorus Phi- 3900
loſophus, & Pictor. Cteſibius Tonſor Pneumatica, & hydraulica organa invenit, regnante Evergete. *Athen. l. 4.*
Floralia 3814. Ludi Apollinares 3842. Archimedes Syracuſan. ſpeculis naves incendit 3840. Romani primò uſi auro ſignato 3847.
Ludorum Megalenſium origo 3850
Horologium ex aqua Romæ primò factum 3895.

Lala Virgo Cyzicena Pictrix, dum Ab an.
Varro junior eſſet, Romæ & peni- 3900
cillo pinxit, & ceſtro in ebore. ad
4000 Poſis ex eodem Varrone plaſtes nobilis, a quo facta poma, & uvæ, ut non poſſet quis diſcernere à veris.
Arceſilaus plaſtes Luculli familiaris.
Incenſa à Mummio Corintho 3908.
Æs Corinthium fluxit, cui luxuria poſtea pretium fecit, vel ante aurum *Plin.*

Æra Hiſpanica A.V. 716. A.C. 38 Ab an.
Æra Antiochena A.V. 723. A.C. 31. 4000
Æra Laodicena A.V. 724. A.C. 30. ad
Æ a Alexandrina, ſive Ægyptiaca 4053
eodem anno.
Ludi Quinquennales 4026. Sæculares 4037.
Timomachus Byzantius ſub Cæſare, Ludio ſub Auguſto celebrantur inter Pictores.
Inter Statuarios memoratur à Varrone Praſiteles. Aliorum opera celebrantur, tempora ſilentur.

SEXTÆ ÆTATIS TABULA XIII.

Natales Urbium : Architectura N. XIII. *Opera.*

Ab an 3516. ad 3600

Labyrintus Porſenæ Cluſii Regis. *Plin.*

Obeliſcus, quem videmus in area D. Mariæ de Populo, Pſemmis R. juſſu è rupe Syenite exciſus.

Puteoli à Samiis conditi 3535.

Capitolium è ſaxo quadrato, cloacæ, & ſtratæ ſilice viæ jam majeſtatem aliquam Romæ ſpirabant.

Sena in Etruria, & Senogallia in Umbria à Gallis Senonibus Brenno Duce conditæ.

Ab an. 3600 ad 3700

Mneſicles Architectus Arcem Athenienſem delineat 3614.

Ancona à Syracuſanis, Dionyſii tyrannidem fugientibus conditur.

Alexia in Dalmatia à Dyoniſio 3670

Fanum Fortunæ conditum poſt Brennum à Camillo victum.

Ab an. 3700 ad 3800

Artemiſia marito Mauſolo Cariæ Regi ſepulchrum nobiliſſimum poſuit 3701. Alexandria in Ægypto ab Alexandro M. condita 3723. mox aliæ plures per Aſiam urbes.

Seleucus Nicator novem à ſe conditas Urbes de ſuo nomine Seleucias appellat. *Appian. in Syriacis.*

Appia via ſtrata, & Aquæductus per Appium Claudium 3743.

Antiochia ad Orontem, quàm inchoaverat Antigonus, abſolvitur à Seleuco 3753. Pharus turris celeberrima in conſpectu Alexandriæ à Ptolemæo Philadelpho per Soſtratum Architect. erecta 3770.

Aſtacus à Nicomede R. Bithyniæ inſtaurata nomen ab eo ducit 3792.

Ab an. 3800 ad 3900

Via Flaminia per Etruſcos Aretium ducens à Flaminio Cenſore munita 3835. Circus Flaminius Romæ à Flaminio Cenſore extructus 3835.

Murus per 600. paſſuum millia à Sinis ad arcendos Tartaros extructus ducentis circiter ante natum Chriſtum annis. Savo, vulgò *Savona* a Magone Cartagin. ædificatur poſt diruta à Romanis Vada Sabatia, quorum illa ruinis crevit. *Hiſt. Mſſ.*

Genuam à Magone Pæno dirutam Lucretius Spurius exædificat 3851. *Liv.* Cornel. Scipio Naſica Romæ inter primos ſplendidè cœpit ædificare.

Ab an. 3900 ad 4000

C. Gracchi Trib. Plebis lege Carthago reſtituitur 3931. Primus omnium Metellus Macedonicus ædem ex marmore Romæ molitus, vel magnificentiæ, vel luxuriæ princeps fuit. *Vell. Paterc.* M. Æmilius Scaurus viam Flaminiam Cenſor ſtravit.

M. Aurelii Scauri Theatra e ligno ampliſſima, cardinum ſingulorum verſatili libramento ſuſpenſa.

Pompejus Theatrum dedicat 3999.

Ab an. 4000 ad 4053

Lugdunum in Gallia conditum per C. Munatium Plancum Procos. 4011.

Ignis, quo Cæſar claſſem, ne Ægyptii ea potirentur, incendit, cum parte Urbis Alexandriæ, Bibliothecam magnam evertit: *Plut. in Cæſ. Dio L. 42.* novam ibidem conſtruxit Cleopatra, quæ prioris Filia appellata eſt. *S. Epiph. de Menſ. & Pond.*

M. Vipſanius Agrippa bellica gloria, & ædificandi laude celebris Pantheon Romæ condit 4027.

Is Unico Ædilitatis anno lacus 700. fecit, Salientes 105. Caſtella aquarum 130. & alia plura cultu magnifica. *Plin. l. 26. c. 6.*

Herodes I. Hieroſolymis Theatrum, Amphiteatrum, & nobiliſſimam Regiam extruit 4030.

N.XIV. *Viri, & Res memorabiles.*

Ab an. 3516 ad 3600

Policrates Samiorum Tyrannus, & Milo Crotonita.

Zopyri amici ſtratagemmate Babylonem Darius occupat. 3534.

Horatii Coclitis, Cleliæ virginis, Mutii Scævolæ, Coriolani virtus apud Romanos claret.

Ariſtides 3571. Themiſtocles 3583. Oſtraciſmo pulſi. Spurius Caſſius præceps datur rupe Tarpeja 3569

Fabii 300. ad Cremeram cæſi 3577.

Ad Ægos Potamos ſaxum de Cœlo cadit 3587.

L. Quintius Cincinnatus Dictator ab aratro 3596.

Cimon apud Athen. claret.

Ab an. 3600 ad 3700

Spurius Melius à C. Servilio cæditur 3615. Solydamus Theſſalus mirandi roboris 3646. Socrates damnatur 3655. Albani lacus excreſcentis prodigium 3657. Epaminondas in Bœotia floret 3680.

Dionyſius Syracuſarum Tyrannus cujus fil. poſt annos 38. pulſus Ludimagiſter Corinthi fuit.

Curtius armatus in voraginem ſe projicit 3692. T. Manlii Torquati cum Gallo ad Anienem Monomachia 3693

Templum Dianæ Epheſinæ conflagrat 3698.

Ab an. 3700 ad 3800

M. Valerius ope Corvi Gallum in Monomachia vincit; inde Corvinus appellatus 3705. Manlius filium injuſſu pugnantem ſecuri percutit 3715.

Decius pater 3714. Fil. 3759. ſe pro Republ. devovent. Romæ veneficia Matronarum detecta 3723. Porus Indorum R. ab Alexandro victus 3727. Phocion de Athenis optimè meritus damnatur 3736. Agathocles Siciliæ Tyrannus obit 3765.

Ab an. 3800 ad 3900

Mater Idea Romam invecta 3849. M. Attilius Regulus necatur a Pœnis 3803.

Q. Fabius Maxim. cunctando rem Romanam reſtituit. Romæ Templum Jani clauſum 3819. M. Porcius Cato Cenſorius, optimus Orator, optimus Imperator, optimus Senator, & integritatis exemplar.

Scipio Afric. Senior Romæ indignè traductus Linternum ſecedit, ubi exul moritur 3967.

Bacchanalium peſtis Romæ extincta 3968.

Ab an. 3900 ad 4000

Maſſiniſſa Romanorum amiciſſimus quatuor ſuperſtites filios relinquit, inter quos Jugurtha 3906.

Scipio, & Lœlius mirum amicitiæ exemplum. Numantia everſa Scipionis Africani Junioris virtute 3921.

Gracchorum Tib. & Cai, Druſi, & Saturnini Romæ ſeditiones poſt Attali hæreditatem. C. Marius III. Coſ. victus à Sylla latet in palude 3966. Mithridates Aſia potitus omnes tota provincia Romanos una die necat 3966.

Ab an. 4000 ad 4053

Pompejus M. Ptolemæi R. juſſu in Ægypto necatur 4006. Cato Uticenſis ſibi manus infert 4008.

M. Tullius Cic. proſcriptus occiditur à Popilio Centurione, quem defenderat 4011.

Peruſia capta, multi Senatores, & Equites ad aram Cæſari Sacram mactati 4014.

Thebæ in Ægypto, Tralles in Lydia terræmotu everſæ 4026.

Mecœnas literatorum præſidium, & decus.

Julia Auguſti f. adultera relegatur 4048.

Digitized by Google

AD ÆRAM COMMUNEM, ALIASQUE ÆRAS

TABELLA I. ISAGOGICA DE TEMPORIBUS.

b an. 3800 ad 3900

DE his abùndè Scaliger,Calviſius, Petavius , Labbe , Riccioluis, ex cujus methodo in Epitomen redacta profecit in ſuis Inſtitutionibus Cl.Beveregius . Pauca delibabimus .

Temporis partes ſunt Scrupulum , ſeu Minutum , Hora , Dies , Hebdomas , Menſis , Annus , Sæculum .

Menſis Naturalis vel Lunaris , vel Solaris . Lunaris , vel periodicus, vel Synodicus . Periodicus eſt Spatium , quo Luna ab uno Zodiaci puncto ad idem redit diebus 27. h.fere 7. Synodicus quo à Synodo , ſeu conjunctione cum Sole ad eumdem redit dieb. 29. h.12. 44.′ &c.

Ab an. 3900 ad 4000

Menſis Solaris eſt ſpatium , quo Sol quodvis Zodiaci ſignum percurrit. Medium tempus erit dierum fere 30. h. 10. 29.′ 5.″:

Menſis Civilis eſt quem unaquæque Civitas ſervat: ſolares enim, aut lunares , quia abundant horis , ac minutis uſui Civili non accommodantur .

Annus Cæleſtis,vel Solaris,vel Lunaris . Solaris vel Tropicus , vel Sidereus : Tropicus, quo Sol ab uno punctorum Æquinoctialium , vel Solſtitialium ad idem redit dieb. 365. hor. 5. min.49. fere . Sidereus quo ab una ad eandem Fixam redit dieb. 365. hor. 6. 9. ′ 11. ″ , 22.‴ &c.

Ab an. 4000 ad 4053

Annus Lunaris eſt numerus 12. menſium Lunarium diebus 354 hor. 8. 48′ : Differentia Lunaris a Tropico Solari eſt fere XI dierum , qui addi debent Lunari , ut Tropicum exæquet . Hinc Epactæ .

Anni Civiles quibus Civitates pro arbitrio utuntur ſunt vel Solares, vel Lunares: Utrique vagi , vel fixi , qui vel in eadem anni Tempeſtate manent , vel per omnes vagantur .

Anni Civiles Chronologis familiares ſunt Romanus , tum Julianus tum Gregorianus , Ægyptiacus , Perſicus , Syriacus , Græcus , Judaicus, Maomethanus,s.Muhammedanus:

Romanus a Numa menſibus 12, ſeu diebus 355 , ideoque Lunaris ſtatutus fuit : qui ut ad Solarem revocaretur , decretum eſt ut inter Terminalia , ac Regifugium , ſive inter 23 & 24 Febr. poſt 2 annos intercalarentur dies 22 , poſt 2 alios , 23 dies , opera Pontificum ; quorum tamen negligentia menſes hyberni in Autumnum, autumnales in æſtatem incidebant .

Hinc Julius Cæſar Solarem fixum d. 365 hor. 6. inſtituit , & ut menſes in priſtinas ſedes revocaret, dies 23 inter Terminalia , & Regifugium intercalavit , & alios 63 inter Novembrem, & Decembrem inſeruit , unde is annus fuit dierum 445 , & dictus eſt Confuſionis .

At quia ſex illæ horæ abundantes quater collectæ horas 24 , ideſt ſolidum diem ſingulis quadriennijs faciunt, quartum quemque annum d.366 eſſe decrevit , ac Biſſextilem .

Annus Gregorianus differt a Juliano, quod poſt annum 1600 ex ſingulis annis centeſimis, qui in Forma Juliana Biſſextiles eſſent , quartus ſolus Biſſextilis ſit.

Annus Ægyptiacus Solaris vagus , qui & Nabonaſſareus ex dieb.360 , cum 5 Epagomenis, neglectis ſex horis: quare quolibet Triennio diem anticipat . Init 26 Febr.Ægyptiacus fixus idem cum Juliano . Init 29 Aug.

Annus Perſicus Izdegerdicus eſt idem cum Nabonaſſareo. Init.16 Jun. Annus Syriacus a Kal. Octob. Idem cum Juliano . *Plura vid. ap. A.A.cit.*

Digitized by Google

TABELLA II. : DE CHARACTERIBUS CHRONOLOGICIS.

CHaracteres naturales ſunt 1. Syzygiæ Novilun. & Plenil. 2 Eclipſes, 3 Æquinoctia, & Solſtitia.

Characteres inſtituti in orbem redeuntes ſunt Cycli & 1 Cyclus Solis annorum 28. 2 Cyclus Lunæ an.19. 3 Cyclus Indictionis an.15., ſive ſit Indictio Græca a Kal.Septemb. ſive Romana a Kal.Jàn. ſive Cæſarea ab 8 Kal. Octob. ſive Antiochena a menſe Maii. 4 Cyclus Epactarum, 5 *Periodi* & in primis Metonis annorum 19 cum ſeptem intercalationibus. 6 Periodus Calippica ex 4 Metonicis, ſive annis 76. 7 Periodus Cyrilliana an.95, ſive ex 5 cyclis Lunaribus. 8 Dionyſiana, ſeu aliquibus Victoriana an.532 e cyclo Solari in Lun., qua peracta iterum iidem Cycli concurrunt. 9 Juliana annorum 7980 ex Cyclo Solis 28 in Lunæ 19, & producto 532 in Indictionem 15 multiplicato conſurgens. In hac ſerie quilibet annus ſuis cyclis diſtinguitur, quos omnes nullus annus habet in ea Periodo.

Characteres fixi certis annis dicuntur Æræ Latinis, Epochæ, ſeu Termini Græcis. Præcipuè Æræ ſunt Judaicæ, Ethnicæ, Chriſtianæ, Maomethana. Aliquas deſignabimus ex Petavio, Ricciolio &c.

Anni ante Chr. nat.

- 1804 Diluvium Ogygis
- 1514 Diluvium Deucalionis in Theſſalia, & 1. Apoſtaſia Iſraelitarum.
- 1261 Argonautarum expeditio
- 1184 Trojæ excidium
- 900 Carthago condita
- 776 Olympiadum ab Iphito an.1.
- 753 Urbs Roma conditur jux. Varr.
- 747 Nabonaſſari Æra
- 559 Cyri Monarchia
- 508 Primi Conſules Romæ ejectis Reg.& Monarch. Alex. M. capta Babyl.& extincto Dario. Calippicæ Periodi an.1.
- 453 Danielis Hebom. init.
- 324 Alexandri mors, Epocha Philippi Aridæi, & Ptolemæorum
- 312 Æra Seleucidarum LL. Machab.
- 285 Translat. per 70 Interpr. & Dionyſii Aſtrolog. Æra
- 47 Annus Confuſionis
- 46 Julianus annus 1.
- 43 Aug. initium a Triumviratu ex d. 27. *Nov.* Monarch. Rom.
- 38 Æra Auguſti Hiſpanica
- 31 Actiaca pugna
- 30 Anni Auguſtani Ægyptiorum a morte Antonii, & Cleopatræ ſeu Anni Actiaci.
- 27 Octavianus Romæ dictus Auguſtus 17 Kal. Febr. Hinc Anni Auguſtani Romani a Kal. Jan.

Primus Annus Æræ Vulgaris Chriſtianæ Periodi Jul.4714 Cyclo Solis 10 Lun.2. Ind.4 à Kal.Jan. quibus hæc Æra ſupponit fuiſſe Chr. Circumciſionem: Natalem vero 25 Decemb. proximè anteceden. Per. Jul.4713.

Anni Poſt Chr. nat.

- 284 Æra Diocletiani, ſive Martyrum a d.17. Septemb.
- 312 Indictionum uſus
- 622 Hegira Arabum, ſeu Fuga Mahometis a d.16. Jul.
- 632 Æra Jezdegirdica Perſica a d. 16 Jun.

. Græcorum Æra Civilis ſupra Vulgar. Chriſtianam addit annos a Mundo condito ad Chr.5508. quare annum 1750 vocant annum a M.Creat.7258 Ita Conſtantinopolitani, Moſchovitæ, Albani, Georgiani, Græcique recent. fere omnes, ipſique Imperatores Græci in Novellis, & Edict. *Teſte Beveregio*

SEPTIMA ÆTAS

A Chriſto Nato An. M. 4053. Decemb. 25,
Sive ab Æra Communi Circumciſionis Dominicæ
1. Jan. 4054. Ad Finem Sæculorum:
Numerat jam Sæcula fere Decem, & Octo.

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA I.

JESUS Dei filius octava poſt Nativitatem die circumciditur, mox adoratur a Magis Arabiæ Regulis, offertur die quadrageſima in Templo, inde Angeli monitu transfertur in Ægyptum; unde redux poſt Herodis Aſcalonitæ mortem, duodennis cum legiſperitis agit in Templo. Latet poſtmodum in fabrili Joſephi officina uſque ad annum ætatis trigeſimum, a quo poſt Judeam miraculis, & doctrina per triennium illuſtratam, anno trigeſimo tertio inchoato, in Crucem a Judæis actus, ſuo ſanguine ſcelera hominum luit, mortiſque victor, cælum, unde venerat, repetit, Petrum, ejuſque Succeſſores ſuæ poteſtatis Vicarios relinquens in terris.

CHRISTI VICARII ROMANI PONTIFICES. Sæc. Chr. I. II. III. IV.

		An.	Mens
Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100	S. PETRUS Gallilæus à Chriſti in Cœlum aſcenſu ejuſdem in terris Vicarius 36. Anno Antiochiæ Sedem locat, 43. Romæ, cumque eam ibi annos 24. mens. 5 dies 12. tenuiſſet, è cruce evolavit ad Superos 29. Junii. 67	24	5
	S. Linus Volaterran. M. ad 78	11	3
	S. Cletus Roman. M. ad 91	12	7
(a)	S. Clemens Roman. M. ad 100.	9	6
Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200	S. Anacletus Athen. M. ad 110.	9	3
	S. Evariſtus Græcus M. ad 119.	9	3
	S. Alexander Rom. M. ad 130.	10	6
	S. Sixtus Rom. M. ad 140	9	10
	S. Theleſph: Thurien. ad 152.	12	9
	S. Hyginus Athen. M. ad 156.	4	9
	S. Pius Aquilejenſ. M. ad 165.	9	6
	S. Anicetus Syrus M. ad 173.	8	9
	S. Soter Fundanus M. ad 177.	4	0
	S. Eleuther: Nicop. M. ad 192.	15	1
	S. Victor. African. M. ad 201.	9	2
Sæcul. III.	S. Zephirinus Rom. ad 219.	18	1
	S. Calliſtus Rom. M. ad 224.	5	1

	An.	Mens	
S. Urbanus Rom. M. ad 231.	6	7	Ab an. Chr. 200 ad 300
S. Pontianus Rom. ad 235.	4	5	
S. Anterus Græcus M. ad 236.	D.	43	
S. Fabianus Rom. M. ad 250.	15	0	
S. Cornelius Rom. M. ad 253.	2	5	
S. Lucius Rom. M. ad 255.	1	4	
S. Stephanus Rom. M. ad 257.	2	4	
S. Sixtus II. Græc. M. ad 258.	1	0	
S. Dionyſius Græc. M. ad 270.	12	3	
S. Felix Rom. M. ad 275.	4	5	
S. Eutychianus Etruſ. ad 283.	8	6	
S. Cajus Dalmata M ad 296.	12	4	
S. Marcellin: Rom. M. ad 304.	8	0	
S. Marcellus Rom. ad 309.	4	2	Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400
S. Euſebius Græcus ad 311.	2	8	
S. Melchiades Afer. ad 313.	2	12	
S. Silveſter Rom. ad 335.	21	1	
S. Marcus Roman. 336.	0	9	
S. Julius Rom. ad 352.	15	6	
Liberius Rom. ad 367.	15	4	
S. Felix II. Rom. M. ad 358.	3	0	
S. Damaſus Hiſpanus ad 384.	17	3	
Siricius Rom. ad 398.	13	1	
S. Anaſtaſius Rom. ad 402.	4	1	

CHRISTI VICARII ROMANI PONTIFICES.

SÆCULUM CHR. V. VI. VII. VIII. IX.

		An.	mens
Sæcul.	S. Innocent. Albanus ad 417.	15	0
V.	S. Zoſimus Græcus ad 418.	1	11
Ab an.	S. Bonifacius Rom. ad 423.	4	8
Chr.	S. Cœleſtinus Rom. ad 432.	8	11
400	S. Sixtus III. Rom. ad 440.	8	00
ad 500	S. Leo Rom. (*Tuſcus eſt* Baron. Bolland. Pagi) ad 461.	21	2
	S. Hilarus Sardus ad 467.	5	3
	S. Simplicius Tiburtin. ad 483.	15	11
	S. Felix III. Rom. ad 492.	9	0
	S. Gelaſius Afer. ad 496.	4	7
	S. Anaſtaſius II. Rom. ad 498.	2	0
	S. Symmachus Sard. ad 514.	15	7
Sæcul.	S. Hormiſdas Venafr. ad 523.	9	1
VI.	S. Joannes Etruſc. ad 526.	2	9
Ab an.	S. Felix IV. Beneven. ad 529.	3	2
Chr.	Bonifacius II. Roman. ad 532.	2	1
500	S. Joannes II. Roman. ad 535.	2	4
ad 600	S. Agapetus Roman. ad 536.	1	0
	S. Silverius Rom. M. ad 537.	1	5
	Vigilius Rom. ad 555.	17	6
	Pelagius Roman. ad 560.	4	11
	Joannes III. Rom. ad 574.	13	0
	Benedictus Rom. ad. 579.	4	2
	Pelagius II. Rom. ad 590.	10	2
	S. Gregor. Mag. Rom. ad 604.	13	6
Sæcul.	Sabinianus Tuſcus ad 606.	1	5
VII.	Bonifacius III. Rom. 607.	0	9
Ab an.	S. Bonifac. IV. Marſus ad 615.	6	8
Chr. 600	S. Deusdedit Rom. ad 619.	3	1
ad 700	Bonifac. V. Neapol. ad 626.	5	10
	Honorius I. Campanus ad 638.	12	0
	Severinus Roman. 604.	0	2
	Joannes IV. Dalmata ad 642.	1	10
	Theodorus I. Græcus ad 649.	6	6
	S. Martinus Tudertinus M. ad 654.	6	2
	S. Eugenius Roman. ad 657.	2	9
	S. Vitalianus Signin. ad 671.	14	5
	Adeodatus Roman. ad 677	5	2
	Donus Roman. ad 679.	1	5
	S. Agatho Siculus ad 681.	2	6

	An.	Mens	
S. Leo II. Siculus ad 684.	1	7	
S. Benedictus II. Rom. ad 686.	0	10	
Joannes V. Antiochen ad 687.	1	0	
Conon Thrax ad 688.	1	0	
S. Sergius Antiochen. ad 702.	13	9	
Joannes VI. Græcus ad 704.	2	2	Sæcul.
Joannes VII Calaber. ad. 707.	2	8	VIII.
Siſinnius Syrus ad 708.	D.	20	Ab an. Chr.
Conſtantinus Syrus ad 715.	7	1	700
S. Gregorius II. Rom. ad 741.	15	9	ad 800
S. Grego. III. Syrus ad 741.	10	9	
S. Zacharias Calaber. ad 752.	10	3	
Stephanus II. Rom. 5. Dier. Pontif. non numeratur.			
Stephanus III. dictus II. Rom. ad 757.	3	1	
S. Paulus Rom. ad 767.	10	1	
Stephanus III. Siculus ad 772.	3	6	
Hadrianus Rom. ad 795.	23	10	
Leo III. Rom. ad 816.	20	6	
Stephanus IV. Rom. ad 817.	0	7	Sæcul.
S. Paſchalis Rom. ad 824.	7	4	IX.
Eugenius II. Rom. ad 827.	3	3	Ab an.
Valentinus Rom. 827.	D.	40	Chr.
Gregorius IV. Rom. ad 844.	16	0	800
Sergius II. Rom. ad 847.	3	0	ad 900
S. Leo IV. Rom. ad 855.	8	3	
Benedictus III. Rom. ad 858.	2	6	
S. Nicolaus Rom. ad 867.	9	8	
Hadrianus II. Rom. ad 872.	5	0	
Joannes VIII. Rom. ad 882.	10	0	
Marinus, ſeu Martinus II. Galeſinus ad 884.	1	2	
Hadrianus III. Rom. ad 885.	1	4	
Stephanus V. Rom. ad 891.	6	0	
Formoſus Portuenſis ad 896.	4	7	
Bonifacius VI. Rom. 896.	D.	15	
Stephanus VI. Rom. ad 897.	1	3	
Romanus Faliſcus ad 898.	0	5	
Theodorus II. Rom. 898.	D.	20	
Joannes IX Tiburtinus ad 900.	2	0	

CHRISTI VICARII ROMANI PONTIFICES.

SÆCULUM CHR. X. XI. XII. XIII.

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad1000

	An.	Mens
Benedictus IV. Rom. ad *904*.	4	7
Leo V. Ardeatinus *904*.	D.	40
Chriſtophorus Rom. ad *905*.	0	6
Sergius III. Rom. ad *912*.	7	4
Anaſtaſius III. Rom. ad *914*.	2	3
Lando Eretanus ad *915*.	0	5
Joannes X. Rom. ad *928*.	13	2
Leo VI. Rom. ad *929*.	0	7
Stephanus VII. Rom. ad *931*.	1	2
Joannes XI. Rom. ad *936*.	4	11
Leo VII. Rom. ad *939*.	3	6
Stephanus VIII. Germ. ad *943*.	3	5
Marinus II. ſeu III. Rom. ad *946*.	3	6
Agapetus II. Rom. ad *956*.	9	7
Joannes XII. Rom. *963*.	7	8
Leo VIII. Rom. ad *964*. *(b)*	1	4
Benedictus V. Rom. ad *965*.	0	11
Joannes XIII. Rom. ad *972*.	6	11
Benedictus VI. Rom. ad *974*.	1	6
Donus II. Rom. ad *975*.	1	6
Benedictus VII. Rom. ad *984*.	8	7
Joannes XIV. Papienſis ad *985*.	0	8
Bonifacius VII. Rom. *985*.	0	11
Joannes XV. Rom. ad *996*.	10	9
Gregorius V. Saxo ad *999*.	2	9

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad1100

	An.	Mens
Silveſter II. Aquitan. ad 1003.	4	1
Joannes XVII. Rom. 1003.	0	5
Joannes XVIII. Rom. ad 1009.	5	4
Sergius IV. Rom. ad 1012.	2	9
BenedictusVIII. Rom. ad 1024.	12	0
Ioannes XIX. ſeu XX. Rom. ad 1033.	9	4
Benedictus IX. Rom. ad 1045.	11	5
Gregorius VI. Rom. ad 1046.	1	8
Clemens II. Rom. ad 1047.	0	10
Damaſus II. German. 1048.	D.	23
S. Leo IX. Gallus ad 1054.	5	2
Victor II. German. ad 1057.	2	4
Stephanus IX. Lothatingus ad 1059.	0	8
Nicolaus II. Sabaudus ad 1061.	2	5
Alexander II. Mediol. ad 1073.	11	7
S. Grego. VII. Soanen. ad 1085.	11	11
Victor III. Beneven. ad 1088.	1	4
Urbanus II. Gallus ad 1099.	11	5

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad1200

	An.	Mens
Paſchalis II. Italus ad 1118.	18	5
Gelaſius II. Piſanus ad 1119.	1	0
Calliſtus II. Burgundus ad 1124.	5	10
Honorius II. Bonon. ad 1130.	5	2
Innocentius II. Rom. ad 1143.	13	7
Cæleſtinus II. Tuſcus ad 1144.	0	5
Lucius II. Bonon. ad 1145.	0	11
Eugenius III. Piſanus ad 1153.	8	5
Anaſtaſius IV. Rom. ad 1154.	1	4
Hadrianus IV. Anglus ad 1159.	4	9
Alexan. III. Senens. ad 1181.	21	10
Lucius III. Lucenſis ad 1185.	4	3
Urbanus III. Mediol. ad 1187.	1	11
Gregorius VIII. Benev. 1187.	0	2
Clemens III. Rom. ad 1191.	3	4
Cæleſtinus III. Rom. ad 1198.	6	9
Innocentius III. Rom. ad 1216.	18	6

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad1300

	An.	Mens
Honorius III. Rom. ad 1227.	10	8
Gregorius IX. Capua. ad 1241.	14	5
Cæleſtinus IV. Mediol. 1241.	D.	17
Innocen. IV. Genvenſis 1254.	11	5
Alexander IV. Anagninus 1261.	6	5
Vrbanus IV. Trecenſis ad 1264.	4	3
Clemens IV. Gallus ad 1268.	3	10
B. Gregorius X. Placentinus ad 1279.	4	3
Innocentius V. Gallus 1276.	0	5
Hadrianus V. Genvenſis 1276.	0	7
Joannes XXI. Luſita. ad 1277.	0	8
Nicolaus III. Rom. ad 1280.	2	9
Martinus IV. Gallus ad 1285.	4	1
Honorius IV. Rom. ad 1287.	2	0
Nicolaus IV. Aſculan. ad 1292.	4	1
S. Cæleſtinus V. Campan. 1294.	0	5
Bonifacius VIII. Anagninus ad 1303.	8	10

Digitized by Google

CHRISTI VICARII ROMANI PONTIFICES.

SÆCULUM CHR.XIV. XV. XVI. XVII. XVIII.

Sæculum	Pontifex	An.	Mens.
Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad1400	B.Benedict.XI.Tarviſi.ad1304.	0	9
	Clemens V. Vaſco ad 1314.	8	11
	Joannes XXII. Caturcenſis ad 1334.	18	4
	Benedictus XII.Toloſ.ad 1342.	7	4
	ClemensVI.Lemovic.ad 1352.	10	7
	Innocentius VI. Lemov. 1362.	9	3
	Vrbanus V. Lemovic. ad 1370.	8	2
	Gregorius XI.Lemov. ad1378.	7	3
	Urbanus VI. Neapol.ad 1389.	11	6
	Bonifacius IX. Neap.ad 1404.	14	11
Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad1500	Innocen. VII. Sulmo. ad 1406.	2	1
	Gregorius XII. Vene. ad 1415.	8	7
	Alexander V. Candienſis, ſive Cretenſis ad 1410.	0	10
	Ioannes XXIII.Neap.ad 1415.	5	1
	Martinus V. Roman. ad 1431.	13	3
	EugeniusIV.Venetus ad 1447.	15	11
	NicolausV.Sarzanenſ.ad 1455.	8	1
	Calliſtus III. Hiſpanus ad 1458.	3	4
	Pius II. Senenſis ad 1464.	6	0
	Paulus II. Venetus ad 1471.	6	11
	Sixtus IV. Savonen. ad 1484.	13	0
	InnocentiusVIII.Gen.ad 1492.	7	11
	Alexander VI.Hiſpan.ad 1503.	11	0
Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad1600	Pius III. Senenſis 1503.	D.	27
	Julius II. Savonenſis ad 1513.	9	9
	Leo X. Florentinus ad 1522.	8	9
	Hadrianus VI. Belga ad 1523.	1	7
	ClemensVII.Floren.ad 1534.	10	10
	Paulus III. Rom. ad 1549.	15	1
	JuliusIII.àMonteSabin.ad1555.	2	2
	Marcel.II.à Mon.Polit.1555.	D.	22
	Paulus IV. Neapolit.ad 1559.	4	3
	Pius IV. Mediolan. ad 1565.	5	11
	S. Pius V. à Boſco ad 1572.	6	5
	Grego.XIII.Bonon.ad 1585.	13	11
	SixtusV. àMonteAlto ad 1590.	5	4
	Vrbanus VII. Genvens. 1590.	D.	13
	Gregor.XIV. Mediol.ad 1591.	0	11
	Innocentius IX. Bonon. 1591.	0	2
	ClemensVIII.Florent.ad1605.	13	1
Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad1700	Leo XI. Florentin. 1605.	D.	26
	Paulus V. Roman. ad 1621.	15	8
	GregoriusXV.Bonon.ad 1623.	2	5
	UrbanusVIII.Florent.ad1644.	21	0
	InnocentiusX. Rom. ad 1655.	10	3
	Alexand.VII.Senenſ.ad 1667.	12	2
	Clemens IX. Piſtor. ad 1669.	2	6
	Clemens X. Rom. ad 1676.	6	2
	Innocentius XI. Novocom. ad 1689.	12	11
	Alexan. VIII. Vene. ad 1691.	1	4
	InnocentiusXII.Neap.ad 1700.	9	2
Sæcul. XVIII. Ab an. Chr. 1700 ad1750	Clemens XI.Urbin. ad 1721.	20	3
	InnocentiusXIII.Rom.ad 1724.	2	10
	Benedictus XIII.Rom.ad 1730.	5	8
	Clemens XII. Florent.ad 1740.	9	6
	Benedictus XIV. Bonon. a die 17.Aug.1740. feliciter.		

(*a*) *Quot annis regnaverint Pontifices priorum Sæculorum, quis audeat pro certo affirmare in tanta vetuſtate, tantaque auctorum diſcrepantia? Chronologiæ capita hæc pertractarunt Pearſonius, Dodvvellus; Papebrochius, Pagius uterque, Tillemontius, Couſtant., & alii diſſidentes inter ſe, prorſus ut mirari magis adeo diſcrepare inter auctores, quam quid veri ſit diſcernere queas;* inquit Cl. Sandinus in Vit. RR. PP. p.4. Hujus Chronologia fere omnino conſentit Labbeo, ideſt Muſantio.

(*b*) Cum Baronio Petrus de Marca L.1.Conc. c.11.& Nat. Alex.diſſ.16. in Sæc. IX. & X. exauctorationem Joannis XII. irritam, & Leonem VIII. ei ſuffectum Pſeudopontificem eſſe ajunt. Contra ſenſere Auctores plerique coævi, maxime Germani, cum Launojo L.4. ep.1.

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA II.

PRÆCIPUÆ IN ROM. PONTIF. HISTORIA CONTROVERSIÆ.

SÆCULUM CHR. I. II. III. IV. V. VI.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100 (a)

Ex Patrum, & Hiſtoricorum fide, ex vetuſtiſſimis monumentis tam certum eſt, fuiſſe Romæ locatam a D. Petro Primatus Pontificii Sedem, ut id ſanæ mentis inficiari nemo poſſit. *Videatur Nicol. Maria Pallavic. in egregia Defenſ. R. Pontif. l. 3. c. 6.*

Multa de inito, ac depoſito a S. Clemente Pontificatu, ejuſdemque mortis tempore ſunt apud Hiſtoric. controverſa. *Papebroch. in Conatu Chronolog. & in Appendice.*

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

Quamvis Anacletum a Cleto diſtinguendum omnino perſuadeant plures Romanor. Pontificum Catalogi, Miſſæ Canon, & cum Card. Baronio eruditiſſimi viri; adhuc ſuperſunt, qui eundem cum Anacleto Cletum eſſe velint. *Videatur Papebroch. loc. cit.*

Quinam ſit inter Pium, & Anicetum temporis ordine præferendus apud probatiſſimos Scriptores nondum planè liquet. *Papebroch. ibid.*

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300 (b)

Cyriacus Pontifex Urſulanus inter Pontianum, & Anicetum nullus eſt. *Papebroch. loc. cit.*

Stephanus I. Baptiſmum in Chriſti unius nomine collatum, validum legitimumque eſſe, nec decrevit, nec decernere potuit. Nat. Alex. Diſſ. XIII Sæc. III.

Poſt rem totam ſolertiùs inveſtigatam non pauci ex peritis antiquitatis in dubium revocant, quæ de S. Marcellini lapſu, & Sinveſſano Concilio tradita ſunt.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Mirum eſt ab Euſebio ejus ævi Scriptore Marcellum à Marcellino non fuiſſe diſtinctum.

Acta S. Silveſtri Baronio ſuſpecta, ſuppoſititia pluribus aliis habentur; quare cautè legenda.

Si quis fuit error Liberii in cauſa Athanaſii, quiſquis fuit non officit ei, qua ex Chriſti promiſſo pollent in rebus Fidei aſſerendis nunquam fallaci magiſterio Rom. Pontifices. *Pallav. l. 6. c. 8.*

(c) S. Felix II quamvis primò Liberii exulis loco intruſus, eo labente legitimus Pontifex eſt effectus. *Pallavic. ibid.*

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

S. Zoſimus Cæleſtium benignitate ad officium revocare voluit, ejus hæreſim nunquam probavit, aliquando damnavit. *Baron. & Bellarm.*

S. Cœleſtini permiſſu convocata eſt à Theodoſio Juniore Synodus Epheſina, cui præfuit per Legatos. *Baron. Bellarm. & alii.*

S. Leo I. Chalcedonenſi Synodo præfuit per Legatos. *Bellarm. & alii.*

Fabuloſa ſunt, quæ de Anaſtaſii II. cum Photino, & Acacio communione ſcribit Auctor Libri Pontificalis. *Baron. ann.* 498.

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Synodus Romana Palmaris judicium in Symmachi cauſa ferre nullo modo potuiſſet, niſi ſe illi ſponte Symmachus ſubjeciſſet. *Baron.*

Vigilius malis artibus partum Pontificatum, optimis geſſit, poſtquam legitimus Pontifex à morte deceſſoris effectus eſt. *Baron.*

S. Gregorius Magnus Rempublicam difficillimis temporibus gerendam ſuſcepit, idque aliis Epiſcopis etiam faciendum jure præcepit. *Ejus Epiſtolæ.*

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

Sæcul. XVIII. Ab an. Chr. 1700 ad 1750

PRÆCIPUÆ IN ROM. PONTIF. HIST. CONTROV.

SÆCULUM CHR. VII. VIII. IX. X. XI. XII.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Sabinianum ob duritiem in pauperes a deceſſore Gregorio per ſomnum increpitum, & percuſſum obiiſſe tam temerè prius narravit Sigebertus, quam alii poſtea inconſultò credidere; nullo enim antiquitatis teſte nititur. *Papebroch. loc. cit.*

Honorius I. vel nunquam, vel injuſtè a Sexta Synodo Œcumenica damnatus eſt, quarè non minùs verè, quam piè ab omni hæreſis labe purus aſſeritur. *V. Marcheſii, & Tamagnini*
(d) *Opuſcula*.

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Gregorius II. non III. ut malè Rou in Tabul. Chronol. Leonem Iſaurum anathemate perculit, popularibus ejus ſacramento ſolutis. *Baronius ex aliis*.

Zacharias Rom. Pontif. Francis Proceribus poteſtatem fecit, damnata Chilperici ignavia, Pipinum Caroli Martelli filium Regem appellandi. *Galli Scriptores veteres fere omnes*.

Fictum a Sigeberto jure ſuſpicatur Baronius Decretum, quo Hadrianus I. R. Pontificis electionem Carolo Magno, & futuris poſt eum Cæſaribus dicitur permiſiſſe. *Bellar. & alii.*

Apud Ducheſn. T. 3. Hiſt. Franc.

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Ludovicus II. Imper. in Epiſt. ad Baſilium Orientis Imper. fatetur, eos tantùm dicendos Imperatores, quos R. Pontifex Oleo Sancto perfuderit.

Ineptiſſimam de Joanna Papiſſa fabellam obſtetricante Mariano Scoto natam ſtudioſè foverunt Novatores, feliciter confutarunt Orthodoxi,
(e) quos inter videndi Allatius, & Labbeus.

Formoſi cadaver effoſſum, & Pontificalibus exutum inſignibus cum prophano habitu projectum in Tyberim narrant Scriptores, & plures, & probatiores.

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Joannes XII. a Rom. Synodo 963. Othone I. impellente, illegitimè fuit exauctoratus; ideoque illi ſubrogatus Leo VIII. Pſeudopontifex habendus eſt. *Angel. à Nuce. Pagi in Brev. PP.*

Jus eligendi R. Pontificis, & Sacerdotia deferendi Othoni I. & Succeſſoribus datum Leonis VIII. decreto falſò ſcripſit Sigebertus, a quo deceptus eſt Gratianus. *Baron. & alii*.

Septemviri, penes quos tantùm eſſet Imperatoris eligendi poteſtas, poſt Gregorium V. videntur inſtituti. Ab eo tamen ſuffragii jus in eligendo Cæſare datum omnibus Germaniæ Principibus cum Card. Baronio libenter agnoſcimus.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Palmare de horrendo Silveſtri II obitu mendacium manifeſtè diluit Epitaphium illi a Succeſſore Sergio paucos poſt annos in Æde Lateranenſ. poſitum. *Baronius*.

Gregorius VI. legitimus, & optimus Pontifex iniquè juſſus eſt abdicare ab Henrico II. Cæſare in Synodo Sutrina 1046.

Nicolans II. & Gregorius VII. non induxere primò, ut mentiuntur hæretici, ſed prolapſam Sacerdotum caſtitatem ſeveris legibus adſtrinxere.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Errare videntur, qui tradunt primùm inter Romanos Pontifices Cœleſtinum II. ſine populi ſuffragiis Pontificem renunciatum; ea namque a Nicolao II. jampridem abutenti populo adempta fuerant. *Vid. Pagi in Nic. II.*

Alexandri III. manſuetudo, & æqualium Scriptorum ſilentium fabuloſa eſſe docent, quæ de proculcato Fride-

Digitized by Google

rico Ænobarbo, ad ejus pedes provoluto, ſine certo teſte jactantur.

(f) Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

Septemviros Imperatoris Electores ab Innocentio IV. in Concil. Lugdun. inſtitutos cum Card. Baronio cenſeo.

Vicedominum unius diei Pontificem inter Hadrianum V. & Joannem XXI. non agnoſcimus; nullum enim hujus rei ſatis locupletem teſtem habemus. *Papebroch.*

Qui Siculis Veſperis cauſam à Nicolao III. datam opinantur, egregii Pontif. nomini notam proculdubio calumnioſam inurunt.

Bonifacii VIII. R. Pontif. poſt annos 300. expers corruptionis cadaver inventum calumnias illi ab adverſariis intentatas apertè redarguit. *Raynald.*

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

Joannes XXII. quamvis ex veteri quorumdam errore ſenſerit Beatorum animas uſque ad extremum Judicii diem felici Divinitatis aſpectu carere, numquam tamen id Eccleſiæ credendum propoſuit. *Raynald.*

Qui in ea, qua fruimur, temporum luce, de legitimo Urbani VI. Pontificatu dubitat, cæcutire videtur. *Videatur Papebroch.*

Annatæ à Bonifacio IX. impoſitæ non piè tantùm, ſed jure ſolvuntur. *Indictas tamen prius ab aliis Pontificibus Genebrardus docet ex Oſtienſi.*

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

Decreta Seſſionis IV. & V. in Conſtantienſi Concilio Gen. contra ſupremam R. Pontificis poteſtatem, nec ab Eccleſia recepta unquam fuere, nec à Sede Apoſtolica approbata; quare ab omnibus fere Orthodoxis nationibus rejiciuntur. *Videatur Mantiſſa Academ. Lovanienſis edita 1683.*

Baſileenſe Concilium, ſui Capitis depoſitionem iniquè moliens, Eugenius IV. jure diſſolvere potuit, & prudentiſſimè diſſolvit. *Bzovius, Raynald. & alii.*

Alexander VI. non repentina morte per venenum extinctus, ſed naturali morbo, Sacramentis ritè munitus diem extremum obiit. *V. Raynald.* 1505.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

In cæde Hugonotorum Gallicana 1572. habuit quod jure lætaretur Gregor. XIII. ſervatam ſcilicet Religionem Catholicam, & Regiam Familiam ab excidio, quod utrique moliebantur, Deo, Regique perduelles. *Ex Mſſ. quæ ſervat Gregorius Boncompagnus Soræ Dux Vtanti Pontificis egregius abnepos.*

Emendatio Kalendarii juſſu Gregorii XIII. promulgata, Orbi Chriſtiano non utilis tantùm, ſed omnino neceſſaria fuit.

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

Cùm certiſſimis monumentis conſtet, Urbanum VIII. numquam ad ſuæ familiæ incrementum Urbinatem Principatum deſtinaſſe, quin imò Principum id ſuadentium conſilia rejeciſſe, veritati, & egregio Pontifici cenſendi ſunt injurii quicumque alia prodidere.

Juſſu Alexandri VII. Sacro fonte luſtratum Marochi Regem confidentiſſimè ſcribunt Hoffman in Lexico, Morerius in Dictionario, Joannes Rou in Tabulis Chronolog. & tamen hoc ne per ſomnium quidem unquam Romæ auditum eſt, ubi certè primò innoteſcere par erat.

Digitized by Google

Sæcul. XVIII. decurr. Ab An Chr. 1700 ad 1750

Cum neque Innocentius XII, neque ante ipſum Clemens IX. in Formulario Alexandri VII. ullam fieri ſive *alterationem*, ſive *exceptionem*, *reſtrictionemve* permiſerint; ſed ambo *ſuorum Prædeceſſorum Conſtitutionibus ſe omnino inhærere* profeſſi ſint, hic in Brevi anni 1669. ad 4. Galliæ Epiſc. ille in Brevi an. 1696. ad Epiſc. Belgii, & quantum ſatis eſſe debuerat, etiam in Brevi an. 1694. ad eoſdem; falſum eſt, & tantorum Pontificum nomini maximè injurioſum, quod importunè jactant homines, vel damnati, vel ſuſpecti, vel indocti, Eccleſiam à Conſtitutione, & Formulario Alex. VII. tandem recedere, ac media pacis amplecti coactam, Innocentium XII. Clementis IX. exemplum ſecutum diſtinctionem Juris, & facti ultro admiſiſſe, ac ſenſum in ſuis Propoſitionibus ab Janſenio intentum Apoſtolicæ Sedis cenſuris, judicioque exemiſſe.

Acceſſit an. 1705. Clementis XI. Conſtitutio *Vineam Domini Sabaoth &c.* in cujus paragrapho 21. memorati utriuſque Pontificis mens declaratur, Janſenianorum calumnia penitùs concidit.

Conſtitutio *Unigenitus*, adnitentibus Summis Pontificibus Clemente XI. & Succeſſoribus, & faventibus Galliæ Regibus Ludovico XIV. & Ludovico XV. tandem recepta eſt in toto Galliæ regno, paucis exceptis, qui adhuc repugnant. Inſigne eſt Edictum regium anni 1730. 3. April. Quot autem ſuper illa per annos 17. extiterint controverſiæ, quæ Janſeniſtarum effugia, & fraudes, & quanta omnium Ordinum in eo Regno, & extra etiam diſſidia, habes apud Ill. Lafiteau in laudatæ Conſtitutionis hiſtoria libris ſex comprehenſa.

Clemens XII. aliquot Bened. XIII. Conceſſiones moderatur, ac revocat Conſt. *Romanus Pontifex* an. 1731.

(*a*) De Romano D. Petri itinere, & Epiſcopatu ejuſque antiquiſſimis Imaginibus vide Exercitationes Hiſtorico-Criticas Viri Cl. Petri Franciſci Foggini Flor. 1741.

(*b*) De validitate Baptiſmi collati in nomine Chriſti vide Diſſertationes Cll. Virorum Orſi, & Drovet.

(*c*) Felicem II Pſeudopontificem fuiſſe tuetur Nat. Alex. Diſſ. XXII Sæc. III, ſed pro oppoſita ſententia plura affert Cl. Manſi in Notis Ed. Luc.

(*d*) Anno 1738 prodiit Diſſertatio Gallica: *Examen Exact, & Detaillè du Fait d'Honorius*, qua Auctor Acta VI Synodi vitiata fuiſſe contendit cum Baronio, ac Bellarmino contra conatus Recentiorum.

(*e*) At neque antiquos Codices Mariani Scoti, qui floruit Sæc. XI, neque Sigeberti, qui Sæc. XII, neque Martini Poloni, aut Vinc. Bellovacenſis, qui Sæc. XIII, habere Fabulam de Joanna Papiſſa oſtendit Pagi Junior in Vitis RR. PP. Tom. 2. poſt Leonem IV.

(*f*) In Literis Urbani IV ad Richardum electum Regem Romanorum, quas ex Prodromo novi Codicis Diplomatici affert Pagi Junior in Vit. Gregorii V, nominantur *Principes vocem in hujuſmodi* (Imperatoris) *electione ſeptem numero*. At numerum hunc non ſine contradictione admiſſum patet ex Matthæo Paris ad an. 1258.

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA III.

R.PONT. IN ECCLESIA POTESTAS, MAGISTERIUM, VENERATIO. SÆCULUM CHR.I. II. III. IV. V. VI.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

Chriſtus Dei filius Petro totius Eccleſiæ Principatum, & ſupremam in ea ligandi, & ſolvendi poteſtatem promittit. *Matth.16.*

Idem Petrum ſupremum omnium Chriſtifidelium Paſtorem inſtituit. *Joan.21.*

Poteſtatem hanc Petro, ejuſque Succeſſoribus datam Concilia, Patres, Sacri Interpretes, Theologi, aliique Scriptores innumeri docuere, quorum plures videre eſt apud *Card. Bellarmin.& Gaulter.in Tabulis Chronogr.* Vid. Nat. Alex. Diſſ.IV. Sæc.I. cum Notis, & Animad.Cl.Roncaglia.

Agnovere Martyres, SS. Viri, Cæſares, Reges, Epiſcopi, & omnium fere gentium populi. E plurimis pauca damus.

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

S. Irenæus *l.3. c.3.loquens de Rom. Eccleſia*. Ad hanc enim Eccleſiam propter potentiorem principalitatem neceſſe eſt omnem convenire Eccleſiam.

Tertullianus *in Scorpiaco:* Si adhuc clauſum putas Cœlum, memento claves hic Dominum Petro, & per eum Eccleſiæ reliquiſſe.

Eodem teſte quamvis tunc inimico l. de Pudic. c.1. Pontifex Rom. Maximus, & Epiſcopus Epiſcoporum appellabatur.

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

Origenes ſupremam Romanæ Sedis auctoritatem agnoſcens S. Fabiano R. P. ſuæ fidei rationem reddit, datis ad eum literis. *Hier.ep.ad Pamm.*

A S.Cypriano Rom. Pontifex dicitur Epiſcopus Epiſcoporum. *Videatur Albaſpinæus l.1. de Ritibus Eccleſiæ c.1.*

Pentapolitani S. Dionyſium Patriarch. Alexandr. tanquam violatæ fidei reum ad Dionyſii Rom. Pontif. tribunal detulere. *S.Athanaſ. in Ep.*

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Eccleſia Rom. ſemper habuit Primatum. *Concil. OEcumen. Nicæn. 1. Can.6.Vid. Scheleſtrat.in Antiquit.Ill.*

Omnibus ubique terrarum Epiſcopis ad Romanum Pontif. provocare licere Synodus Sardicenſis non docet, ſed confirmat. Vid. Cl.Roncaglia in Animad.ad Nat.Alex.Diſſ.28.Sæc.IV.

Præferri omnibus Apoſtolis meruit, & claves Regni Cœlorum communicandas cæteris ſolus accepit. *Optat. Milevit. loquens de S. Petro Apoſt. lib.1. contra Parmen.*

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Eccleſiaſtica Regula vetat, ne abſque conſenſu Rom. Pontificis quidquam in Eccleſia decernatur. *Socrates* lib.2. cap.8.

In Romana Eccleſia ſemper Apoſtolicæ Cathedræ viguit Principatus. *S. Auguſtin. Ep.162.*

InConcil.Chalcedonenſi pluries apparet R. Pontificis Primatus, & Magiſterium in univerſa Eccleſia. Illo Major S. Leo, quædam ejus decreta irritat. *Ex Epiſtola ad Pulcheriam.*

B. Petrus in propria Sede, & vivit, & præſidet *S. Petr. Chryſol. ad Eutychet.*

S.Joannes Chryſoſt. C. P., & Joannes Patriarcha Alexandr. ad R. Pontificem provocarunt.

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Archimandritæ ſecundæ Syriæ Pontif. Hormiſdam univerſi Orbis terræ Patriarcham, & Caput omnium Eccleſiarum appellant 517. Formulæ Fidei ab eo miſſæ Orientales omnes Epiſcopi ſubſcribunt.

Juſtinus Imper. Joannem II. in terram pronus adorat. 525.

Juſtinianus Imper. Joannem II. Caput omnium Sanctarum Eccleſiarum dicit 533.

Agapitus R. Pontif. Conſtantinopoli degens pulſo Anthimo, Mennam Patriarcham inſtituit. 536.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Phoca Græco Imper. approbante Primatus, & Œcumenici nomen ſoli Rom. Pontif. adſcribitur 608.

Cypri Epiſcopi *in Epiſt.* Romanum Pontificem Patrum Patrem, Archiepiſcopum, & univerſalem Papam appellant. 643.

Sexta Synodus Œcumenica Conſtantino IV. de more plaudens profitetur: in Agathone Rom. Pontifice Petrum eſſe locutum 681.

Conſtantinus IV. Imper. *in Epiſt.* Tanquam ipſius Divini Petri vocem Agathonis relationem ſupermirati ſumus.

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Juſtinianus Imper. Conſtantini Pontif. pedes oſculatur 709.

Zacharias Rom. Pontif. Chilperici Regis ignavia damnata, Pipinum Francis Proceribus approbantibus, Regem dicit 752. *Papebroch.*

Romana Sedes in toto Orbe terrarum Primatu fungens, Caput omnium Eccleſiarum conſtituta eſt. *In Epiſt. Hadriani I. a Septima Synodo approbata.*

Carolo Magno de criminibus Leoni III. objectis cognituro ſucclamant Epiſcopi: *Rom. Pontificem à nullo mortalium judicari* 800.

Sæcul. IX.

Carolus Magnus inter filios regna partitus, Rom. Pontifici teſtamentum ſubſcribendum mittit.

Ab an. Chr. 800 ad 900

S. Theodorus Studita *in Epiſt.* ad Leonem III. Summum Patrem, & Archipaſtorem Eccleſiæ, quæ ſub Cœlis eſt appellat 809.

Ludovicus II. Imper. Sergii II. pedibus oſculum obtulit. *Sigon. de Reg. It. p.* 214

Petrus univerſam adminiſtrare Eccleſiam perpetua ſucceſſione jubetur. *S. Nicol. I. Ep. ad Michael. Imper.*

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Concilia Cabilonenſe 915. Troslejana 921. & 927. Remenſe 995. à Gallis Epiſcopis habita ſupremam R. Pontificis poteſtatem agnoſcunt, & maximè reverentur.

Stultitiæ quodam elogio notandi ſunt, qui illam Petri Sedem aliquo pravo dogmate fallere poſſe arbitrati ſunt, quæ nec ſe fefellit, nec ab aliqua hæreſi falli unquam potuit. *Regino Abb. in Chron.* 865.

S. Abbo Floriac. Abb. poſtea Martyr in Concil. Remenſi 675. fortiter pugnat pro Romanæ Sedis poteſtate.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Clamamus ergo ad Succeſſorem Petri, ad Vicarium Crucifixi, qui amator, & patronus eſt veritatis, & cujus miniſterio Spiritus Sanctus totius falſitatis figmenta condemnat. *Joannes Sareſberienſis ad Rom. Pont. in Epiſt. quæ legitur cum illis D. Thomæ Cantuar.*

Alexius Comnenus Græcus Imper à Paſchali II. per Legatos inſignia Imperii petit, nec impetrat. *Baron. & alii.*

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Tu es, cui claves traditæ, cui oves creditæ ſunt, nec modo Ovium, ſed & Paſtorum tu unus omnium Paſtor. *S. Bernard. ad Eugenium III. l. 2. de Conſid.*

Digitized by Google

Philippus Auguſtus Gallorum Rex tutiſſimè ſe regnaturum Apoſtolicæ Sedi obſequendo ſignificabat celebri inſigni, in quo lilium ſupra rupem fluctibus everberatum pingebat cum lemmate: *In æternum non commovebitur. Maimbourg. in Concione Quadrag.*

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

Romana Eccleſia ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinet principatum, utpote mater univerſorum Chriſtifidelium, & magiſtra. *Concil. Lateran. IV.* 1215.

SS. Patres in Conciliis congregati nihil ſtatuere poſſunt, niſi auctoritate Summi Pontif. interveniente. *S. Thom. Aquin. contra Impugnantes Relig. c. 4.*

Sola Roma univerſaliter, ſicut Sol ſuper planetas habet plenitudinem poteſtatis ſuper omnes Eccleſias. *S. Bonavent. Serm. 24. in Hexam.*

Siciliæ, & Hungariæ Reges fræna tenuere aſelli, cui Cœleſtinus V. inſidebat 1294.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

Orientalium Patriarchæ Benedicti X. 1304. Chaldæorum Patriarcha 1316. Joannis XXI. poteſtatem ſupremam agnoſcunt.

Clemente V. jubente à Septemviris renunciatur Imperator Carolus IV. Ludovico Bavaro exauctorato 1346.

Durandus de S. Portiano, & Paludanus, doctiſſimi inter Gallos Epiſcopi, poteſtatem juriſdictionis, quæ eſt ad regendum populum, totam & in ſuo fonte datam fuiſſe ſoli Petro, & Succeſſoribus ejus affirmant. *V. Gaulterium hoc ſæculo.*

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

Concil. Œcumenicum Florentinum Seſſ. ultima fatetur, Rom. Pontificem totius Eccleſiæ Caput, & omnium Chriſtianorum Patrem, ac Doctorem exiſtere, & ipſi in B. Petro paſcendi, regendi, & gubernandi univerſalem Eccleſiam plenam poteſtatem traditam eſſe.

Sigiſmundus Imper. 1419. Martino V. Fridericus Imper. 1452. & iterum 1453. Nicolao V. Stratoris munus exhibet.

Te Principem totius Eccleſiæ, Antiſtitem Sacrorum, Te Dominici Gregis Paſtorem profitemur, & ſcimus. *Ludovic. XI. Rex Gall. ad Pium II. ſcribens.*

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

Carolus V. Imper. Clementi VII. Stratoris munus præſtat 1529.

Concilium Trident. Œcumen. Rom. Pontificis poteſtatem ubique veneratur.

Petrus de Soto è Dominic. familia vitæ ſanctimonia, & doctrina clariſſimus, morti proximus per literas Pium IV. monet, e re Chriſtum futurum, ſi declaretur, Romanum Pontificem omnibus Conciliis eſſe ſuperiorem. *Raynald. Ann.* 1563.

Epiſcoporum Conventus Meloduni in Gallia habitus 1579. *Sanctam Romanam Eccleſiam Magiſtram, Columnam, & Firmamentum veritatis appellat.*

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

Generalis Eccleſiæ Gallicanæ Conventus 1626. 20. Janu. Rom. Pontificem appellat. *S. Petri Succeſſorem, cui Chriſtus Cœli claves, & fidei infallibilitatem dedit.*

Literæ 85. Epiſcoporum Galliæ ad Innocent. X. 1853. hæc habent.

Majores cauſas ad Sedem Apoſtolicam referri ſolemnis Eccleſiæ mos eſt, quem fides Petri nunquam deficiens perpetuò retineri pro jure ſuo poſtulat.

Digitized by Google

Petrus de Marca Archiep.Pariſ. extremo vitæ anno Gallicè Diſſertationem de Summi Pontificis infallibilitate compoſuit, quam Baluzius de ore dictantis excepit, ut ipſe teſtatur in Vita illius.

Franciſcus de Salignac Fenelon Archiep., & Dux Camer. librum ſuum *de vita interiori &c.* an.*1699.* à Pontifice proſcriptum, *eadem præcisè forma, iiſdemque qualificationibus ſimpliciter, abſolutè, & abſque ulla reſtrictione* publico edicto ſtatim damnavit, ac ſe Pontificis ſententiæ; *Simpliciter, abſolutè abſque ulla reſtrictionis umbra adhærere* profeſſus eſt.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab an. Chr. 1700 ad 1750.

An.*1706.* Ludov:Ant:Card:Noaillius, cum Clemens XI. queſtus eſſet apud Ludovicum XIV. quod in cœtu Cleri Gallicani quidam Epiſcopi de Bulla *Vinea Domini &c.* recipienda ſic deliberaſſent, ut eam ad examen revocare, ac de illa judicium ferre velle viderentur; Cardinalis ipſe ad Pontificem totius Cleri nomine ſcripſit: *Se ultro cum omnibus Galliæ Epiſcopis agnoſcere in Cleri conventibus non eſſe jus examinandi definitiones Pontificum, ut de illis judicent, aut eas proprio tribunali ſubjiciant; eas non indigere acceptatione ſolemni, ut habeantur ab omnibus fidei regula; decretis, quæ à Summis Pontificibus edita ſunt contra Janſenium nihil deeſſe eorum, quæ neceſſaria ſunt, ut totam Eccleſiam obligent; nefas eſſe ab iis appellare ullo modo, aut ullam ipſorum mutationem expectare &c.* Epiſtola hæc in Acta Cleri Gall. relata eſt an.*1710.*

Leopoldus Dux Lotharingiæ cum Legum Codex, ipſius nomine inſignitus, à Clemente XI. proſcriptus eſſet, illis legibus abrogatis, alias omnino ex mente Sum.Pontificis edidit.

Conſtitutioni Unigenitus non multo ante mortem ſubſcripſit Ant. Card. Noaillius; Laffit. in Hiſt. Conſ.

Ad Summum Pontificem Benedictum XIV. Litteræ Caroli VII. Imperat. electi religionis, & obſequii pleniſſimæ. Similis erga eundem reverentia, ac veneratio Franciſci I.

Multa per hos annos a S. Pontificibus præſcripta, Clem.XII.Conſt. *In ſupremo Juſtitiæ ſolio* an.*1735.* contra Homicidas ampliata an.*1737.* & *1739.* Item Apoſtolicæ Litteræ an. *1733.* quibus prohibentur cenſuræ inter ſcholas Catholicas in doctrina de Gratiç efficacia. Benedicti XIV. Conſt. *Sacramentum Pœnitentiæ* an. *1741.* qua irrita redditur abſolutio a Sacerdote impertita complici, ſeu ſocio peccati turpis, extra caſum extremæ neceſſitatis. Quam facultatem denegat etiam pro anno Jubilæi Conſtit. *Convocatis* *1749.* Conſt. *Paſtoralis* *1741.* qua excommunicantur, & reſpective Interdicto ſubjiciuntur appellantes ad futurum Concilium. Conſt. *Dei miſeratione* *1741.* de cauſis Matrimonialibus. Itemque Apoſtolicæ Litteræ de Matrimoniis in Hollandia, & Belgio contractis an. eod. Apoſt. Litteræ an. *1744.* de iis quæ ſervare debent, quibus jejunii tempore eſus carnium conceditur. Et an.*1745.* Ne Confeſſarii a Pœnitentibus ſocii in crimine nomen exquirant. An. eod. de Uſuris, & aliis injuſtis quæſtibus &c.

Principem Ragozium, ob fœdus junctum cum Turcis adverſus Cæſarem, a Fidelium communione removet Clemens XII. an. *1738.*

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA IV.

PONTIF. ROM. ET S.R.E. CARDINALIUM RITUS, ET VICES.
SÆCULUM CHR.I. II. III. IV. V. VI.

(a) Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

S. Clemens, quem D. Petrus ſibi Succeſſorem deſignarat, Linum præcedere maluit, ne apud poſteros noceret exemplum.

S. Linus primus Cleri, & Pop. Romani ſuffragiis in Pontificem electus.

S. Clemens ad tuendam Pontificiam dignitatem peculiares veſtes aſſumit.

Qui Rom. Pontifici conſilio, & opera adeſſent, quod Cardinalium eſt munus, hoc ſæculo non defuere, ſed Cardinalis nomen non eſt auditum.

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200 (b)

Sub Anacleto Pontifice 72. Cardinales inſtitutos qui tradunt, vix fidem inveniunt.

S. Evariſtus Titulos Sacros Presbyteris aſſignavit, ut in ſua quiſque Eccleſia, Sacra procuraret.

S. Hyginus Eccleſiæ gradibus ordinatis, Presbyteros, & Diaconos Cardinarios, ſive Cardinales creditur diſtinxiſſe.

Hic Clerum compoſuit, & diſtribuit gradus ait Aut.Lib. Pontif.Sed de his vide Cl.Blanchinum in notis ad Anaſtaſium Bibl.Tom.2. p.107.

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300 (c)

Qui 236. Cardinales Romæ vixiſſe, ſedente Pontiano Pontifice, tradunt, fabulari cenſentur.

Eccleſia domos, & prædia poſſidente Cardinalium Titnli, vel ab his, vel à donantium nominibus ſumebantur. Hinc vetuſtiſſimi, Lucinæ, Veſtinæ, Paſtoris, &c.

Presbyterium, hoc eſt Conſiſtorium primo memoratur ſub Cornelio.

Oſtienſis Epiſcopi jam tum munus erat electum R. Pontificem ritu ſolemni conſecrare.

Papæ nomen, quo Patrem ſignificamus, commune primò fuit Clericis venerandis, & Epiſcopis omnibus, mox his cæpit eſſe peculiare. *Baron.*

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

S. Marcellus Cardinalium Titulos auget. 309.

S. Silveſter, cùm Conſtantinus nomen Chriſto dediſſet, Thiaræ aureum addidit Phrygium.

Idem ſeptem Diaconos Regionarios, ſive revocavit, ſive confirmavit.

Aucto Chriſtianorum, & Regionum Urbis numero Diaconi Cardinales plures inſtituti.

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Ubi deſæviit Cæſarum in Chriſtianos furor, Templa in domibus, & prædiis Eccleſiæ ædificari cœperunt, & ab iis Tituli inducti ex: gr: *Specioſus Presbyter Card. S.Laurentii in Titulo Lucinæ.*

Legati à Latere nomenclatura deſumpta videtur à literis D.Leonis Magni ad Julianum.*Marca L.1.Conc.c.*15.

Cautum eſt in Synodo Romana ſub Hilaro, nequis ſibi Succeſſorem eligeret.

Sedente Symmacho Cardinalium Tituli 28. Hi per numerum ſeptenarium diviſi IV. Patriarchalibus Baſilicis adſcribebantur. *V. Joan. Diac. de Ec. Lateran: c.16.*

S.Felix P. III. primus Imperatorem in Epiſt. Filii nomine compellavit.

Hoc ſæculo Papæ appellatio peculiari quodam modo R. Pontifici tribui cœpit. *Sauſſayus.*

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Theodoricus Ital. R. Pontificis eligendi poteſtatem uſurpat. 526.

Gordianus S.Gregor.M.Pater Cardinalis, ab uxore vivente ſecretus.

PONT.ROM.ET S.R.E. CARDIN. RITUS, ET VICES.

SÆCULUM CHR.VII. VIII. IX. X. XI.

Juſtinianus I. Imper.indulgente Vigilio, morem inducit, quo liceret Imperatori electum Pontif. confirmare, accepta ad id certa pecunia. Quod uſque ad Benedictum II. ægrè toleratum eſt.

Pelagius I. eligendi Pontificis modum præſcribit.

Exarchi Ravennates moniti de electione Pontificis, ſuo decreto ratam habere ſolebant. *Diar. Pontif.*

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Bonifacius III. ſancit, nequis demortuo Pontifici ſubrogetur, niſi poſt tertium diem.

Sacrum Chriſma, & Evangelium in ſolemnibus ſupplicationum pompis R.Pontifici Acolythi præferebant.

Joannes IV. abjecta cera, plumbo diplomata primus obſignat.

Conſtantinus Pogonat. veterem Comitiorum libertatem Eccl. Romanæ reſtituit.

Joannes V. & Sergius I. *Salutem*, *& Apoſtolicam benedictionem* in Bullis primi præmittunt.

Primus R. Eccleſiæ Theſaurar. ſub Agathone. *Genebrard.*

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Proſtratio Imperatoris ante Pontif., ejuſque pedum exoſculatio 709. *Valentinus de Oſc. ped. R. Pont. p.*134.

Gregorius III. 14. Diaconis Cardinal. 4. addit Palatinos, quorum munus erat Pontifici in Eccl. Lateranenſi miniſtrare.

Sub Stephano III. *769.* in Concil. Rom. decretum eſt, nequis eligeretur in Pontif., niſi ex Card. Collegio.

Pipinus Galliæ Rex primus equi Pontificii frænum tenens Stephanum III. pedes deducit in Regiam.

VII. Card. Epiſcopi ſub Stepha. IV. primò memorantur. *Bar. ad an.769.*

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Lotarius I. amotis iis, quibus jus ſuffragii non erat, à Comitiis Pontificiis turbas arcet, jubetque iis, vel Regem, vel ejus Legatum intereſſe.

Leo IV. Reges, & Cæſares ſacris Comitiis immiſceri vetat.

Nicolaus I. aureo circulo Thiaram exornat.

Joannes VIII. Cardinalium jura primus evulgat. Bar. & Pag. Jun. in Vit.

Crucis geſtatio ante Romanum Pontificem, vel inducta, vel illuſtrior reddita.

In fine hujus ſæculi nullus amplius Catholicus Epiſcopus Papæ nomine uti ſolebat, propriumque cenſebatur Rom. Pontificis. *Baron.*

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Octavianus Pontificatum adeptus nomen primus immutat, diciturque Joannes XII. *956. Panv. cum Baron.*

Septem Cardinales Epiſcopi ſingulis hebdomadis in Lateranenſi Baſilica Pontificis vices explent. Unaquæque reliquarum Patriarchalium Baſilicarum ſeptem Presbyteros Cardinal. aſſignatos numerat. Diac. Card. Regionar, 12. Palatin. *6. Mabil. Muſ. It.*

Gregorius V. quamvis non Card. Pontifex renunciatur. Quod idem poſtea contingit in Victore II. Eugenio III. Urbano IV. Gregorio X. Cœleſtino V. Clemente V. Urbano VI.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Damaſus II. primus Diplomata Incarnationis anno conſignat.

Leo IX. primus ſuo nomine ſignatam pecuniam cudiſſe videtur.

Pallium, & ornamenta Pontificia medio fere ſæculo immutantur. *Vid. Papebroch. in Propylæo.*

Nicolaus II. creandi Rom. Pontificis jus ad Cardinalium ſuffragia revocat. 2059. *Bar. ibi* §. 23, *&* 25

PONT.ROM.ET S.R.E. CARDIN.RITUS, ET VICES.

SÆCULUM CHR.XII. XIII. XIV. XV. XVI.

Romani Pontificis poſſeſſionem Pontificatus adeuntis cæremonias hoc ſæculo uſurpari ſolitas refert Card. Baron. in Paſchali II. 1099.

Gregorius VII. 1073. in Romana Synodo vetat ab alio, quam à Rom. Pontifice Papæ nomen uſurpari.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Sub Paſchali II. Cardinales 90. numerati.

Alexander III. ſanxit, ne Pontifex electus ratus eſſet, niſi minimùm duas tertias ſuffragiorum partes tuliſſet.

Gregorius VIII. functus Cancellarii munere dum Cardinalem ageret, ad Pontificatum evectus nullum ex Patribus ſibi ſubſtituit, ſed Moyſem Canonicum Lateran. Cancellarii vice fungi jubet. Hinc ille, & Succeſſores Vicecancellarii appellati. *Ciacconius, Azor, & alii. Sauſſayo non probatur, ſed ipſe meliora non affert.*

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

A Gregorio IX. ad Cœleſtinum V. Cardinalium numerus adeo imminutus eſt, ut nunquam plures, quàm 22. aliquando vix 10. aut 8. recenſerentur.

Purpureus galerus Cardinalibus datus ab Innocentio IV. in 2. Concil. Lugd.

Conclavis ad Pontificem eligendum initium Viterbii, S. Bonaventura perſuadente 1270. *Vid. Pag. Jun. in Greg. X.*

Gregorius X. ſeveriores de eligendo Pontifice leges tulit. *Pag. ibidem.*

Nicolaus IV. dimidiam Pontificioſum vectigalium partem Cardinalibus aſſignat. *Rayn. ad an. 1292.*

Bonifac. VIII. primus duplici corona Thiaram circumdat. *V. Sandin. in Vit.*

Sæcul. XIV.

Clemens IV. in Vienn. Concil. decernit R. Pontificem poſſe abdicare.

Ab an. Chr. 1300 ad 1400

Clemens VI. ſeveras Pontific. Comitiorum leges, à Gregorio X. latas temperat.

Idem primus Diplomata gentilitiis inſignibus munit. Qua in re vix habuit imitatores.

Annulus Piſcatorius per hæc tempora cœptus adhiberi. *Mab. d. re Dip. L. 2. c. 14*

Urbanus V. primus triplicem coronam inducit. *Vid. Sand. in Vit.*

Sub Gregorio XI. Euchariſtiæ R. Pontifici iter habenti præferendæ certus uſus apparet. *Angelus Roccha.*

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

A Martino V. leges Cardinalibus datæ. Idem 1. in arcano pectoris ſervat nomina lectorum in Patrum Senatum; ita tamen, ut Senatui nota eſſe velit.

Eugenius IV. uſum tacendi lectorum Cardinalium nomina rejicit.

Poſt mortem Eugenii IV. primò habitæ ſunt orationes duæ, altera de mortui Pontif. laudibus ab Auditore Rotæ, altera de Succeſſore eligendo à Cardinali. *Papebroch.*

Paulus II. purpureas veſtes Cardinal. inſigne tribuit. V. Sand. in Pau. II.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

Julius II. iterum retinet in arcano pectoris Card. lectorum nomina, & nulli revelat.

Leo X. numerum Patrum auget, lectis in Sacrum Senatum 31. 1517.

Idem, & Paulus III. duobus Cardinalibus e Sacra S. Benedicti familia purpureæ veſtis uſum alicubi permittunt.

Pius IV. etiam Œcumenico ſedente Concilio Rom. Pontificis electionem à Cardinalibus faciendam decernit.

Sixtus V. numerum 70. Cardinalium præfigit.

Purpureus Pileus Cardinalibus Regularibus datur à Gregorio XIV.

De veſte iiſdem purpurea concedenda aliquoties actum, ſed irrito ſucceſſu.

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

Clemens VIII. miſſis per Maphæum Barberinum Ludovico XIII. Henrici IV. recens nato filio ſacris faſciis, eum honorem Regum primogenitis, ſceptro deſtinatis habendi morem inducit. 1601.

Hieronymus Card. Ruſticuccius novo exemplo duos retinet Titulos.

Gregorius XV. edita Conſtitutione Pontificia Comitia novis legibus munit.

Urbanus VIII. Eminentiſſimi titulum Cardinalibus attribuit.

Conſtitutio moderatrix donationum, & diſtributionis redituum Eccleſiaſticorum conſanguineos, & affines R. Pontificis editur ab Innocentio XII. 1692.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab An Chr. 1700 ad 1750

Quæ ſint munera, & facultates S. R. E. Cardinalium Sede vacante, diſtinctius declaratum, & alia ad electionem S. Pontificis, & Conclave ſpectantia, nova aliqua forma, & ordine diſpoſita à Clem.XII. Conſt. *Apoſtolatus Officium* an.1732.

Congregatio *De nonnullis* ad hunc titulum pertinens ab eodem Pontifice conſtituta. 1731.

Nova, & ſtabilis Congregatio Cardinalium à Benedicto XIV. erecta ad delectum eorum, qui ad Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus promoventur Conſt. *Ad Apoſtolicæ* 1740. Aliarum Congregationum generalium S. R. E. Cardinalium facultates, ab eod. Pont. reductæ ad terminos, quibus ſunt inſtitutæ, ac vetera de ipſis decreta Conſt. *Quantum ad procurandum* an.1742.

Alia ad eoſdem ſpectantia tum a Clemente XII. tum a Benedicto XIV. conſtituta: ut de illorum tranſitu ab Ordine Presbyterali ad Epiſcopalem, de Epiſcopatibus ſuburbicariis, de S. Collegii Decanatu, & ſimilia.

Cardinales creati Ludovicus Infans Hiſpaniæ a Clem.XII. Joannes Theodorus Caroli VII. Imperat. Frater, & Henricus Jacobi III. Angliæ Regis Filius a Benedicto XIV. Duo Archiepiſcopatus Toletanus, & Hiſpalenſis a Clemente XII. Infanti collati.

(a) *Baronius ex S.Epiph. Hær.27. Muſantii ſententiam tradit, & cum eo Bollandus, Cotelerius, Natalis, Tillem. Idem de Lino per ſuffragia electo. V.Couſtant. Diſſ. de B.Pet. Succ. T.1. Ep. R.Pont. p.1.*

(b) *Vide Diſſer. Cl.Viri Nicolai Antonelli* De Titulis, quos S. Evariſtus Romanis Presbyteris diſtribuit *Romæ* 1725, *in qua de eor.Inſtit. & Diviſione, de Forma Eccleſiarum Titularium ea ætate, de earum uſu, de Fermento, quod ad Titulos mittebatur, aliiſque eruditiſſime diſputat. Ibidem p.52. de orig.Presb. Cardinalium, ſeu Titularium: de quibus v.Bellar.& ab eo citatos* de Clericis *L.1. c.16.*

(c) *De Urbis Regionibus in VII Diaconos Regionarios diſtributis per S. Fabianum, de horum Diaconorum numero aucto poſt Honorium II Sæc.XII. ubi etiam de VI. Diaconis Palatinis, aliiſque pluribus ſcitu dignis Cl. Mabillonius cap.3.Comment.ad Ordinem Rom. p.17. Tom.2. Muſæi Italici.*

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA V.

PERSECUTIONES INSIGNIORES, ET IN EIS FIDEI TESTES.

SÆCULUM CHR. I. II. III. IV. V. VI.

(a) Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

Innocentes pueri primitiæ Martyr. S. Stephanus Martyrum Primicerius, furentibus in Chriſtianos Hebræis. 33. quorum furor iterum ſub Agrippa 44.

I. Perſecutio Neronis incip. an. 64. deſinit 68. In ea Palmas adepti SS. Petrus, Paulus, Andreas, & alii.

II. Domitiani ab an. 90. ad 96. In ea Martyres plurimi, ſed inſigniores Acilius Glabrio Exconſul 94. & Flau. Clemens Domitiani patruelis.

III. Trajani cœpta 98. deſinit 116. In ea coronati Simeon Cleophæ filius Hieroſolym. E. & Ignatius Antioch. E.

(b) Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

Eadem ab Hadriano mitigata, non omnino ſublata.

Sub eo paſſi SS. Getulius, & Symphoroſa cum ſeptem filiis.

IV. Sub M. Aurelio, & Luc. Vero vexati Chriſtiani à 161. ad 174. In ea Martyres SS. Juſtinus, Polycarpus, Photinus, Blandina, Felicitas ſeptem Martyrum parens 173.

Prorogatur à Commodo, ſub quo coronatur Apollonius Senator genere, & doctrina nobilis 176. circ.

V. Severi ab anno 200. circiter ad 211.

In ea Leonidas Origenis pater, S. Irenæus E. Lugd. Martyrio claruere.

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

VI. Maximini à 235. ad 237. in Sacros Antiſtites præcipuè furit,

VII. Decii, Galli, & Voluſiani à 249. ad 254. in ea S. Agatha V.

VIII. Valeriani, & Gallieni à 257. ad 260. in ea coronam adepti SS. Sixtus, Laurentius, & Cyprianus.

IX. Claudii II. & Aureliani à 269. ad 275.

X. Diocletiani, Maximiani, & aliorum à 284. Sed præcipuè furit 303. in ea paſſi SS. Mauritius, & Socii, S. Sebaſtianus 286.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

SS. Agnes, Lucia, Vincentius, Dorothea, & ut quidam opinantur, Catharina V. & M.

Cæſo deinde per Conſtantinum Licinio pax Eccleſiæ, & otium ubique partum.

XI. Conſtantius Arian. vexat Eccleſiam à 340. ad 361.

Sapor Perſarum Rex ab anno 340. ad 369. in Chriſtianos barbarè ſævit.

XII. Julianus 362. crudeliter, ſed callidè furit.

(c)

XIII. Valens Arian. in SS. Præſules præcipuè ſævit a 366. ad 378. quo ceſſat Cæſarum furor.

S. Urſula cum 11. Sociarum millibus ab Hunnis cæſa. 382. *Sed vid. Nat. Alex. Sæc. IV. c. ult. art. 5.*

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Perſæ ab anno 400. ad 450. ſub Iſdegerde, Varane IV. & V. Chriſtianis infeſti.

Genſericus Vandal. R. in Africa, & Sicilia ab anno 437. ad 476. ejuſque Succeſſores ad 499. in Catholicos ſæviunt.

Attila Chriſtianas pleraſque provincias flagellat ab an. 442. ad 454.

Anaſtaſius Imper. Hæreticos fovens, Catholicos vexat à 493. ad 518.

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Traſamundus in Africa furit in Sacros Antiſtites ab anno 504. ad 522.

S. Sigiſmundus Burgundiæ Rex, & Martyr. 524.

Theodoricus in Joannem I. Pap. Boethium, & Symmachum ſævit 526.

Digitized by Google

PERSECUT.INSIGNIOR., ET IN EIS FIDEI TESTES.

SÆCULUM CHR. VII. VIII. IX. X. XI. XII.

S. Placidus Ab. cum Sociis Monachis à Manucha interemptus 541.
S. Hermenegildus Rex juſſu patris Leovigildi obtruncatur 586.
S. Golauduc inſignis Martyr in Perſide 593.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Coſmus Perſ. Rex Chriſtianum nomen variis ſuppliciis affligit ab ann. 607. ad 625.
S. Anaſtaſius cum 700. Sociis obtruncatur in Perſide 628.
S. Enemundus Lugdun. E. Ebroini fraudibus, S. Argulphus Lerienſis Ab. per falſos fratres cæſus 664.
S. Maximus in exilio moritur 663.
S. Trudo Presb. florebat 670.
S. Dympna ob caſtitatem a patre Hiberniæ Rege interempta 700.

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

S. Lambertus E. Trajectenſis, ſive Leodienſ. ob notatum ſcortum cæſus 707.
Infeſti Eccleſiæ Saraceni ab an. 718.
Leo Iconomach. indignis modis Catholicos vexat 740.
S. Bonifacius E. Mogunt. in Friſia pro Chriſto cæditur 754.
Conſtantinus Copronymus Martyrum meſſem cælo infert.
Habdalla Saracenorum Princeps furit in Chriſtianos.

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Saraceni ab an. 812. ad 852. Eccleſiam in Hiſpan. & Oriente vexant.
Bulgari Orientalem Eccleſiam valde affligunt 813. Leo Armenus furit in Orthodoxos.
Monachi 900. è Monaſterio S. Vincentii ad Vulturnum à Saracenis pro Chriſto cæſi 880. Perperam hoc Monaſterium à Bucelino locatur in Gallia.
Dani in Anglia, & Scotia plures pro Chriſto trucidant.

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Habdaragman. Saracen. Rex Chriſtiano nomini infeſtus 923.
S. Eugenia Virgo Cordubæ 923.
S. Pelagius Regii ſanguinis adoleſcens fidei, & caſtitatis athleta 925.
Sæviunt in Chriſtianos Bohemi 929.
S. Wenceslaus Bohem. Dux, impia matre impellente, cæditur à fratre Boleslao 929,
S. Eduardus Anglorum R. novercæ inſidiis cadit 978.
S. Adalbertus E. Pragenſis Ruſſorum Apoſtolus ab iiſdem cæſus 997.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

S. Abbo Floriacenſis martyrio coronatur 1004.
Innumeri Chriſtiani variis in locis à Slavis, Hungaris, Danis, & Ruſſis pro fide Catholica interfecti.
S. Bruno Ruſſor. Apoſt. cæditur 1008.
S. Olaus R. Norvegiæ, & mart. 1028.
S. Gherardus Venetus in Hung. 1047.
Arialdus Mediol. Diaconus 1066.
S. Stanislaus Cracovienſis ab impio Boleslao obtruncatur 1079.
S. Canutus R. Daniæ 1080.
Bonizo a Schiſmaticis interimitur 1089.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Quamplurimi à Slavis Aldeburgenſibus, à Folaccis pro Chriſto interfecti. Alii etiam in Hiſpania à Saracenis.
Victo in Oriente Balduino plures Monachi pro Chriſto trucidantur 1131.
S. Ericus Sveciæ R. Martyrii laurea clarus 1151.
S. Thomas Cantuar. pro Chriſti Eccleſ. gladiis impiorum occumbit 1170

PERSECUT.INSIGNIOR., ET IN EIS FIDEI TESTES.

SÆCULUM CHR.XIII. XIV. XV. XVI. XVII.

S. Petrus Parentius Urbeveteri à Manichæis trucidatur 1199.

Sæcul. XIII. Ab an Chr. 1200 ad1300

E.D.Franciſci familia ſeptem 1210. totidem 1221.a Mahometanis cæſi.

S. Angelus Carmel. ab Hæreticis in Sicilia 1222. S.Engelbertus Colon. E.1225. interficitur.

Innumeri Chriſtiani obtruncati a Mindano Lithuanor. Duce, & Chriſti deſertore.

S. Petrus ex Ord. S. Dominici Sacrorum Quæſitorum patronus 1252. Wernerus puer furtim a Judæis occiſus in oppido Weſalienſi 1288.

Monaldus Ord. Minor. non tamen Beneventan. Archiep. Arzenghæ in Aſia à Saracenis cæſus anno 1288. ſeu 1289.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad1400

Saraceni Chriſtianos plurimis variis in locis pro Chriſti fide necant.

Jacobus e Minorum familia, qui ad Orthodoxæ Fidei veritatem aſſerendam illæſus in igne perſtiterat, cum ſociis tribus clam necatur à Saracenis 1319.

Cathalanus, & Paſchalis Minoritæ ab impiis, in quos de fide ſuſpectos inquirebant, Cabioli in agro Lugdunenſi trucidantur 1321. *Raynald.*

In Scythia Aſiatica 6.e Franciſcana familia pro Chriſto interempti 1341.

Alii plures è familia pariter S.Franciſci, quos enumerat Bozius *de Signis Eccleſiæ l.7. c.3.*

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad1500

In Oriente 32. ex familiis SS. Dominici, & Franciſci a Turcis pro Chriſto interfecti.

Vir egregius ex Ordine S. Dominici crematur in rogo, quem Huſſitæ è ſacris imaginibus in templo ſtruxerant 1430. *Raynaldus*.

S. Simeon puer Tridenti a Judæis ſæviſſimè trucidatus 1475.

Hydrunto a Turcis capto 1480. Archiepiſcopus, & octingenti cives fortiſſimè pro Chriſto obiere.

B. Petrus de Arbues Sacræ Fidei Quæſitor cæſus 1482.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad1600

Capta per Turcas Rhodo Zemiſces Bajazetis II. ex fr.Nepos, qui ea in urbe Equitum liberalitate ſuſtentabatur, in Chriſtianæ religionis confeſſione conſtantiſſimus cum duobus filiis,Solimani juſſu obtruncatur 1522. *Raynald.*

Apud Indos, tum Orientales, tum Occidentales obiere pro Chriſti nomine ex Dominicanis, Franciſcanis, & Soc.Jeſu hominibus plurimi.

In Anglia ſub Henrico, & Eduardo Regibus, ac Eliſabetha Regina ſævitum in Catholicos, & præſertim Sacerdotes, ac Religioſos.

Gorcomii novendecim pro S. Euchariſtiæ, & Pontificii Primatus defenſione a Calvinianis interempti 1572.

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad1700

Multi Catholici in Gallia, & alibi Calvinianorum rabiem experti.

Japonum furor, & ad eos commeantium ex Europa Hæreticorum fraudes in Chriſtianos debacchantur.

Catholici Hiberni atrociter vexantur ſub Tyranno Cromvelo.

Chriſti Fides aqud Sinas ſæva quinque annorum tempeſtate jactatur à 1664.ad 1669.

In Cochinchina barbari Chriſtianos tormentis, & cædibus perſequuntur.

Anglia in Catholicos, ac præcipuè Sacerdotes acerbiſſimè ſævit 1679.

Digitized by Google

Sæcul. XVIII. decurr. Ab an. Chr. 1700 ad 1750

In Hibernia hoc etiam tempore Catholici ab Heterodoxis magiſtratibus contra Limbricenſes, & Palvienſes pactiones, acerbè vexati. In Anglia, & Scotia, in Magdeburgenſi, & Halberſtadienſi ditione eadem fere perpeſſi.

Hæreticorum pariter odium experti Catholici Orientales præſertim Armenii apud Turcar. præſides 1701. Exagitati crudeliter ab Iſraele Orii proditore apud Regem Perſarum 1708.

In Cochinchina Chriſtiani plures ſiti, & fame interempti 1700. In Miſſionibus Madurenſi, Mayſurenſi, Tunchinenſi, Maranionenſi. Ciquitenſi aliquot e Soc. Jeſu; alibi alii religioſi homines, præſertim Franciſcani, a barbaris interfecti.

Apud Sinas novi Imperatoris edicto Chriſtianæ Religionis exercitium prohibitum anno 1723.

In regno Tunchini quatuor Miſſionarii e Societate Jeſu capite truncati an. 1737. tum an. 1745. duo ex Ordine Prædicatorum in Sinarum Imperio, inter quos unus Epiſcopus. Itidemque duo e Societ. Jeſu: cæteri omnes Miſſionarii ex omnibus Imperii finibus ejecti, Chriſtianæ Religionis exercitium interdictum anno 1749.

Prætermiſſi ſuperioribus annis aliquot e Societ Jeſu propter Evangelii Prædicationem occiſi a Barbaris, PP. Joan. de Alat in Maraneonenſi Provincia 1719. Joan. Meſſari in regno Tunchini 1723. Franc. M. Bucarelli cum aliquot Neophytis ibid. eod. an.

(*a*) Tunc diſperſi Fideles ab Hieroſolymis per Judæam, & Samariam imo & *perambulaverunt uſque Phænicem, & Cyprum, & Antiochiam nemini loquentes verbum, niſi ſolis Judæis* (*Actorum* 2) Ingens numerus migravit in Aſiam, qui ob id vocati ſunt *advenæ diſperſionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, & Bithyniæ* (1.*Petri*)

(*b*) Perſecutiones numerari ſolent a *Prima Neronis*, eſto aliæ duæ Hebræorum præceſſerint: Ipſa enim prima eſt quam Ethnici in Eccleſiam moverint. De ea Tertull. Apol. c. 5. *Conſulite Commentarios veſtros: illic reperietis primum Neronem in hanc Sectam cum maxime Romæ orientem Cæſariano gladio ferociſſe. Sed tali Dedicatore damnationis noſtræ etiam gloriamur. Qui enim ſcit illum, intelligere poteſt nonniſi grande aliquod bonum à Nerone damnatum.* Tacitus Scriptor Ethnicus Lib. 16 Annal. Neronem arguit, quod ut incendii Urbis invidiam a ſe averteret, in Chriſtianos ſævierit, aitquè quod erga ipſos quamquam ſontes, & noviſſima exempla meritos, miſeratio oriebatur, *tamquam non utilitate publica, ſed in ſævitiam unius abſumerentur*.

(*c*) Julianus vetuit, ne Chriſtianorum filii humaniores literas, & Philoſophiam diſcerent, ut deſtituta ab omni doctrina inermis eſſet Eccleſia contra Ethnicos Oratores, & Philoſophos. *Socrates L. 2. c. 14. Theodoret. L. 3. c. 7.* Antiochenam Eccleſiam, quæ Dominicum aureum vocabatur, Julianus invaſit, polluit, diripuit, minxit ad Sacram Menſam, ſacra vaſa in ærarium intulit, quibus viſis: *Ecce quam ſumptuoſis vaſis Mariæ filio miniſtratur!* inquit *Felix Quæſtor* propter blaſphemiam divinitus percuſſus: Lege *Theodoret. L. 2. c. 11, & 12.*

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA VI.
CONCILIA GENERALIA, ET PROVINCIALIA.
SÆCULUM CHR. I. II. III. IV.

R. indicat reprobatum. R. P. partim probatum, partim reprobatum, G. Generale.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

Hieroſolimytanum I. in quo cæleſti ſorte Judæ ſubſtitutus Matthias 33.

Hieroſolymitanum II. in quo ſeptem Diaconi electi 33.

Hieroſolymitanum III. in quo ſtatuta ab Apoſtolis Circumciſionis, & legalium abrogatio.

Antiochenum ab Apoſtolis celebratum, cujus Nicænum G. videtur meminiſſe. *Ex Turriano contra Magdeburg.* Sed dubium eſt, & anni incerti.

Meliaporenſe apud Indos à S. Thoma celebratum. *Athan. Kircher. ex Monum. ejus Eccleſiæ: Chin. Illuſtr. p. 2. c. 7.*

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

Cojacenſe in Hiſpania 150.

Cæſarienſe in Palæſtina, & Romanum, de celebratione Paſchatis 196.

Ponticum, Gallicum, Oſrohenum, Achaicum, in eadem cauſa Paſchatis 198.

Aſianum R. 198.

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

Africanum R. 215. Philadelphienſe contra Berillum 242. Boſtrenſe in Arabia 249. Romana 253. 254. 257. 263. Carthaginenſia 253. 255. Cæſarienſe in Cappad. 256. Iconienſe, & Synadenſe RR. 256.

Carthaginenſia RR. 256. 256. Africana 257. 258.

Antiochena contra Paulum Samoſat: 264. 270.

Illiberitanum, vel ſub finem hujus ſæculi, vel ſub initium ſequentis ſub Pontif. Marcellino, antequam Diocletianus fureret in Chriſtianos. Cirthenſe R. 303. Sinveſſanum pleriſque ſuſpectum 303.

Carthaginenſia Donatiſtarum anni incerti II.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Romana 313. 315. 324. 325. 337. 340. 341. 368. 369. 373. 382. 386. Arelatenſe, Ancyranum, Neocæſarienſe 314. Alexandrina 319. 339. 362. 363. 398. Gangrenſe incerti anni.

NICÆNUM G. I. 325. Tyrium Arian 335.

Hieroſolymi: R. 335. Conſtantinopolitana Arian. 336. 339. 359. Alexandrinum Arian. 339.

Antiochenum 341. falsò creditum Arianorum, ſed verè Catholicorum, & Religioni perutile, ut egregie docet eruditiſſimus Scheleſtrat.

Antiochena Arian. 345. 361. Mediolanenſia 344. 347. 354. 390. Sardicenſe Catholic. 347. Sardicenſe Arian. 347. Carthaginenſia 348. 390. 397. 398. Sirmienſe Catholic. 349. Sirmienſia Arianorum 351. 357. Arelatenſe Arian. 355. Biterenſe 356. Laodicenum incerti temporis, Colonienſe 356.

Ancyranum Arian. 358. Ariminenſe 359. Seleucienſe R. 359. Pariſienſe 392. Antiochenum 363.

Lampſacenum falsò creditum Arian. 365. Carienſe, & Singedunenſe Arian. 366. Illyricum 367 Tyanenſe 369. Valentinum I. 374.

CONSTANTINOPOL. G. II. 381. Aquilejenſe, & Ceſarauguſtanum 381. Conſtantinopolitana 382. 400. Sidenſe 383. Burdegalenſe 385. Trevirenſe 386. Capuanum 389. Angarienſe 391. Hipponenſe 393. vel circiter. Coplenſe 394. Bagajenſe Con-

CONCILIA GENERALIA, ET PROVINCIALIA.

SÆCULUM CHR. V. VI. VII. VIII.

ciliabulum 394. Taurinenſe 398. Toletanum I. 400.

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Africana 401. 401. 403. 404. 405. 407. 408. 408. 410. 410. 416. 417. 418. 425.

Milevitana 402. 416. Toletanum 406. Ptolemaidis 411. Cirthenſe 412. Carthaginenſia 412. 416. 418. 419. Macedonicum 414. Dioſpolitanum 415. Hieroſolymitana 415. 454. Romana 417. 430. 433. 444. 445. 449. 465. 483. 484. 487. 494. 495. 499. 500. Teleptenſe 418. Anabarzenſe 423. Orientale 427. Alexandrina 430. 432. EPHESINUM G. III. 431. 431. Prædatorium R. 449. Antiochenum 432. Armenum 435. Conſtantinopolitana 439. 448. R. 449. 450. 459. Regenſe 439. Arauſicanum I. 441. Vaſionenſe 442. Hiſpanienſe 447. Tyrium, & Berythenſe 448. Mediolanenſe 451. 451. Arelatenſe II. 452. III. inter 449. & 461. CHALCEDONENSE G. IV. 451. Andegavenſe 453. Hieroſolymit. 454.

Synodus S. Patritii 456. Turonicum I. 461. Veneticum I. 465. Cabilonenſe 470. Bituricenſe 472. Viennenſe in Gall. 474. Lugdunenſe 475.

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Romana 501. 502. 503. 504. 518. 530. 532. 590. 595. Byzacena 504. 541. Agathenſe 506. Aurelianenſia 511. 536. 538. 541. 549. Sidenſe R. 512. Remenſe 514. Epiroticum 516. Tarraconenſe, Gerundenſe, Epaonenſe 517. Lugdunenſia 517. 519. 567. Conſtantinopol., Hieroſolymit., Tyrium 518. Conſtantinopolitana 520. 536. 547. CONSTANTINOPOLITAN. G. V. 553. Ilerdenſe Valentinum in Hiſpan. 524. Arelatenſe IV. 524. V. 554. Carthaginenſe 525. Carpentoratenſe 527. Arauſicanum II. 529. Valenſe 529. Toletana 533. 539. 597. 597. Africanum 534. Arvernenſe 535. Hieroſolymitana 536. 553. Barcinonenſe 540. Mopſueſtanum 550. Pariſienſia 551. 557. 576. 580. Aquilejenſe 553. Bracarenſia 563. 572; Lucenſia in Hiſpan. 564. 569. Turonenſe II. 567. Cabilonenſe 582. Matiſconenſia 583. 583. Brennenſe 583. Antiſiodorenſe incerti anni.

Narbonenſe 589. Pictavienſe, & Hiſpalenſe 590. Cæſarauguſtanum II. & Metenſe 592. Oſcenſe 598.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Romana 601. 602. 606. 610. 640. 648. 649. 667. 680. Byzacena 602. 641. Numidicum 604. Toletana 610. 634. 636. 637. 647. 653. 655. 656. 675. 681. 683. 683. 684. 688. 693. 694. Tarraconenſe, ſive Egarenſe, Pariſienſe 614. Matiſconenſe 617. Hiſpalenſe 619. Remenſe 625. Aurelianenſe 645. Cabilonenſe 650. Emeritenſe 656. Clypiacenſe 662. Auguſtodunenſe 670. Erdfordienſe 673. Bracarenſe 675. Anglicanum 679. Mediolanenſe 679. Romano-Britannicum, ſive Hedfeldenſe 680.

CONSTANTINOPOLITANUM G. VI. 680. & 681. Rothomagenſe 682. Cæſarauguſtanum 691. Quiniſextum, ſeu Trullanum R. 692. Becanceldenſe 694. Ultrajectenſe 697. Aquilejenſe 698.

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Toletanum 701. Romana 705. 721. 724. 726. 731. 732. 743. 745. 761. 769. 800. Anglicanum 705. Conſtantinopolitana R. 712. 754. falsò appellatum VII. Œcumenica Synodus, Ratisbonenſia 742. 792. *Primum quibuſdam Germanicum dicitur*. Liptinenſe 744. Sueſſionenſe

CONCILIA GENERALIA, ET PROVINCIALIA.

SÆCULUM CHR. IX. X.

745. Germanicum 745. Clavoshoviense 747. Vermerienſe, & Metenſe 753. Vernenſe 755. Compendienſe 757. Germanicum R. 759. Gentiliacenſe 766. Dinglovingenſe 771. Vormatienſia 772. 776. Genevenſe 773. Marcodurenſia 775. 779. Paderbonenſia 777. 786. Lipſtatenſe 780. Colon. 782. Calecutan. 787.

NICÆNUM II. G. VII. Inghelеimenſe, & Narbonenſe 788. Forojulienſe 791. (a) Francofordienſe 794.

876. Cordubenſe R. 852. Sueſſionenſia R. 853. 866. Valentinum 855. Criſiacum 856. Tullenſia 859. 860. Confluentinum 860. Sablonenſe 862. Sylvanectenſe 863.

Trecenſia 868. 878. CONSTANTINOPOL. IV. G. VIII. 869. Vermerienſ. 869. Colon. 870. 887. Duziacenſia R. 871. 874. Pontigon. 886. Neuſtrienſe & Ravennenſe 877. Remenſia 879. 892. Ad S. Macram. 881. Viennenſe in Gallia 892. Triburienſe 895.

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Altinenſe 802. Cloveshovienſe 803. Conſtantinopolitana RR. 809. 814. 858. 859. 879. falsò dictum G. VIII. Aquiſgranenſia 809. 816. 817. 836. 842. 862. Moguntiacum, Remenſe, Turonenſe, Cabilonenſe, Arelatenſe 813. Ad Theodonis villam 814. 835. 844. Noviodunenſe 814. Ingheleimenſe 817. Attiniacenſia 822. 870. Pariſienſia R. 824. 829. 846. 847. Romana 826. 853. 861. 863. 863. 864. 865. 868. 879. 879. 881. R. 897. Compendienſe 833. Metenſia 835. 838. RR. 863. 869. 893. Lugdunenſe 836. Cabilonenſia 839. 894. Lauriacenſe 843. Vernenſe 844. Bellovacenſe, & Meldenſe 845. Moguntiaca 847. 848. 857. 888. Turonenſe 849. Ticinenſia 850. 855.

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Ovetenſe 901. Romana 904. 949. 963. R. 964. 964. RR. 971. 983. 989. 993. 996. 998. Ravennenſia 904. 967. 997. Sueſſionenſia 909. 941. Troslejana 909. 921. 924. 927. Cabilonenſe 915. Confluentinum 922. Duisburgenſe 927. Erdfordienſe 932. Remenſia 935. 975. 979. 981. R. 995. Narbonenſe 940. Conſtantinopolitana 944. R. 963. 975. Virodunenſe 947. Aſturicenſe 947. Moſomenſia 948. 995. Ingheleimenſia 948. 958. Trevirenſe 948. Auguſtanum 952. Meldenſe 962. Anglicanum 969. Mutineuſe 973. Ad Montem S. Mariæ in Gallia 973. Wincenſtrenſe 975. Wintonienſe 975. Landavenſe 988. Sylvanectenſe 990. Ticinenſe 997. San Dionyſianum 997.

(a) Ex Synodis non Generalibus inſignis eſt Francofordienſis, cui Legati Hadriani I. interfuere cum 300. circiter Epiſcopis ex Germania, Gallia, Italia: Canones conditi 56. Primus damnat Elipandum, & Felicem Epiſcopos, qui in Filio Dei adoptionem aſſerebant. Alter contra Nicænum II, in quo damnavit ea verba: *Suſcipio, & amplector honorabiliter Sanctas, & venerandas Imagines ſecundum ſervitium adorationis, quod conſubſtantiali, & vivificatrici Trinitati emitto*: Damnavit hæc tamquam dicta *infauſtè, & præcipitanter, ſive inſipienter*: Sed Francofordienſes decepti ſunt *errore facti* vitio barbaræ verſionis ſibi exhibitæ ex Græco, quod ita erat vertendum: (*conſentio*) *Suſcipiens & honorarie amplectens ſacras imagines; & adorationem, quæ fit ſecundum Latriam ſoli ſuperſubſtantiali, & vivificæ Trinitati emitto.* De imperitia ejus qui verterat, queritur Anaſtaſius Bibliothecarius.

CONCILIA GENERALIA, ET PROVINCIALIA.

SÆCULUM CHR. XI. XII. XIII.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Dormontenum 1005. Francfordienſe 1006. Æxhamenſe 1009, Bambergenſe 1011. Legionenſe 1012. Aurelianenſe 1017. Aquiſgranenſe. Salenguſtadenſe 1022. Bituricenſe 1031. Lemovicenſia 1031. 1095. Triburienſe 1035. Sutrina 1047. 1059. Romana 1047. 1049. 1050. 1051. 1053. 1057. 1063. 1065. 1066. 1074. 1075. 1076. 1078. 1078. 1079. 1080. 1081. 1084. 1084. 1089. 1099. Ticinenſia RR. 1049. 1077. Remenſia 1049. 1061. Moguntina 1049. 1069. 1070. 1075. 1085. Rothomagenſia 1050. 1072. 1074. 1096. Sipontinum, Vercellenſe, Coyacenſe 1050. Mantuana 1053. 1095. Narbonenſe 1054. Florentina 1055. 1063. Lugdunenſia 1055. 1080. Turonenſe 1055. Colonienſe 1056. Toloſana 1056. 1090. Compoſtellanum 1056. Melphitana 1059. 1089. non Amalphitana, quia in Apulia.

Pariſienſe 1059. Jacenſe 1060. Baſileenſe R. 1060. Osborienſe 1062. Aragonenſe 1062. Cabilonenſe 1063. Barcinonenſe 1064. Winceſtrenſe 1069. Wintonienſe 1070. Anglicana 1072. 1074. R. 1075. 1095. Erdfordienſe R. 1073. Vormatienſe R. 1076. R. Pictavienſe 1079. Britannicum 1079. Brixienſe R. 1080. R. Juliobonenſe 1080. Avenionenſe 1080. Meldenſe 1080. Quintiliburgenſe 1085. Capuanum 1087. Beneventana 1087. 1091. Trojanum 1089. Conſtantienſe 1094. Placentinum 1095. Claromontanum 1095. Nemauſenſe 1096. Barenſe 1098. Hieroſolymitanum 1099. Anſanum 1100.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Lateranenſia 1101. 1112. 1116. LATERAN. G. IX. 1123. LATERANEN. G. X. 1139. LATERAN. G. XI. 1179. Londinenſia 1102. 1103. 1107. 1125. 1127. 1138. 1143. 1162. 1175. Trojana 1104. 1107. 1117. 1124. 1127. Florentinum, & Quintiliburgenſe 1105. Beneventana 1108. 1113. 1117. Remenſia 1109. 1119. 1131. 1148. Hieroſolymitana 1111. 1143. Viennenſia 1112. 1119. Bellovacenſe 1114. Colonienſia 1116. 1119. Romana 1116. 1122. 1123. Capuanum 1118. Toloſana 1119. 1124. Samaritanum 1120. Nannetenſe 1127. Ravennenſe 1128. Stampenſia 1130. 1147.

Claromontanum 1130. Leodienſe, & Moguntinum 1131. Placentinum 1132. Jotrenſe 1133. Piſanum 1134. Northamptonenſia 1138. 1164. R. Winceſtrenſia 1138. 1142. Senonenſe 1140. Antiochenum 1142. Vezeliacenſe, & Carnotenſe 1146.

Pariſienſia 1147. 1186. 1188. Trevirenſe 1148. Belicenſe 1151. Ticinenſe R. 1160. Montepeſſullanum 1162. Turonenſe 1163. Clarenſe R. 1164. Caſſellanum 1171 Abrincenſe 1172. Venetum 1177. Lumberenſe 1177. Anglicanum 1188. Eboracenſe 1195. Dalmaticum, Dioclenſe, Divionenſe 1199.

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

Duicenſe, & Senonenſe 1201. Londinenſe 1202. Scoticum 1203. Monslimerienſe 1208. Avenionenſia 1210. 1270. 1279. 1282. Romana 1210. 1228. 1234. Pariſienſia 1212. 1223. 1228. Vaurenſe, & Murellenſe 1213. Monſpellienſia 1214. 1258. Londinenſia 1214. 1237. 1268. 1291. 1297.

LATERANENSE IV. G. XII. 1215. ſub Innoc. III. Oxonienſe 1222. Germanicum 1225. Narbonenſia 1225.

CONCILIA GENERALIA, ET PROVINCIALIA.

SÆCULUM CHR. XIV. XV. XVI.

an. hr. 100 1200

1235. Leodienſe, & Weſtmonaſterienſe 1226. Tolosanum 1229. Tarraconenſia 1229. 1242. 1279. Caſtro Gonteriana 1231. 1268. Biterrenſia 1233. 1246. Arelatenſia 1234. 1251. 1260. 1275. Turonenſia 1236. 1239. 1282. Campinacenſe 1233. Worceſtrenſe 1240. Valle Guidonenſe 1242.

LUGDUNENSE I. G. XIII. 1245. ſub Innocentio IV. Valentinum 1248. Salmurienſia 1253. 1276. Albienſe 1254. Burdegalenſe 1255. Danicum 1257. Roſſiacenſe 1258. Colonienſia 1260. 1280. Copriniacenſe 1260. Lambethenſia 1260. 1261. 1281. Nannetenſe 1264. Viennenſe in Auſtria 1267. Ravennenſia 1269. 1286. Andegavenſia 1269. 1279. Senonenſe 1269. Compendienſia 1270. Redonenſe 1273. LUGDUNENSE II. G. XIV. 1274. Salisburgenſia 1274. 1281. Bituricenſia 1276. 1286. Langeſienſe 1278. PontoAudomarenſe, Budenſe 1279. Inſulanum 1286. Herbipolenſe 1287. Mediolanenſia 1287. 1291. Aſchaffenburgenſe 1292. Rothomagenſe 1299. Bajocenſe 1300.

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1100 ad 1300

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

Compendienſia 1301. 1304. 1329. Romanum 1302. Toletana 1302. 1324. 1339. 1347. 1355. Nugarolenſia 1303. 1315. Auſcitanum 1308. Salisburgenſia 1310. 1386. Colonienſe 1310. Ravennenſia 1310. 1311. 1314. 1317. Moguntinum 1310.

VIENNENSE G. XV. 1311. Salmurienſe 1315. Senonenſe 1320. Pariſienſia 1323. 1346. Valliſoletanum 1324. Avenionenſia 1326. 1327. Marcianenſe 1326. Rothomagenſe 1335. Caſtro Gonterienſe 1336. Anglicanum 1341. Londinenſia 1342. 1382. 1391. 1396. Noviomenſe, 1344. Biterenſe 1351. Lambethenſe 1362. Andegavenſe 1365. Vaurenſe 1368. Palentinum 1388. Cantuarienſe 1399.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

Sylvanectenſe 1402. Aragonenſe R. 1406. Oxonienſe 1408. Perpinianenſe R. 1409. Auſtrium, ſive Utinenſe 1409. Piſanum G. nec P. nec R. 1409.

CONSTANTIENSE G. R. P. cœptum 1414. fin. 1418. *Videantur Acta ejuſdem, quæ ex pluribus authenticis Codicibus edidit Scheleſtrat. Romæ* 1686. Salisburgenſe 1420. Senenſe, & Lancitianum 1423. Colonienſia 1423. 1452. 1470. Dertuſanum, & Pariſienſe 1429. *BASILEENSE* G. R. inchoat. 1431. fin. 1443.

FLORENTINUM G. XVI. inch. Ferrariæ 1438. fin. Florentiæ 1439. Friſingenſe 1440. Andegavenſe 1448. Lugdunenſe 1449. Avenionen. 1456. Eboracenſe 1466. Toletanum 1473. Senonenſe 1485.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

Turonenſe R. 1510. Piſanum G. R. 1511.

LATERANENSE G. XVII. inchoat. 1512. fin. 1518. Andegavenſe 1522. Bituricenſia 1528. 1584. Senonenſe 1528. Colonienſia 1536. 1549. 1559.

TRIDENTINUM G. XVIII. inchoatum 1545. ſub Paulo III. fin. 1563. ſub Pio IV. Auguſtanum 1548. Trevirenſe, & Moguntinum 1549. Narbonenſe 1551. Remenſe 1564. Cameracenſia 1565. 1581. 1583. Mediolanenſia ſub D. Carolo Borromæo 1565. 1569. 1573. 1576. 1579. 1582. Toletanum 1565. Conſtantinopolitanum 1565. Mechlini-

Digitized by Google

enſe 1570. Dertuſanum 1575. Turonenſe 1583. Rothomagenſe 1583. Bituricenſe 1584. Aquenſe 1585. Mexicanum 1586. Toloſanum 1590. Avenionenſe, & Breſtanum 1594. Aquilejenſe 1596. Diamperanum prope Goam. 1599.

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

Ebredunenſe 1605. Pariſienſia 1605. 1612. Mechlinienſe 1607. Narbonenſe 1609. Senonenſe 1612. Aquenſe 1612. Amadanenſe in Mesopot. 1616. Petricovienſia in Polon. ſub Paulo V. Gregorio XV. & Urbano VIII. Burdegalenſe 1624. Varſavienſe 1634.

Conſtantinopolitana à Schiſmaticis celebrata contra Calvini dogmata 1639. 1642. *Ex Synodicis Parthenii literis, & Leon. Allatii de Occid. & Orient. Eccleſ. conſenſu.*

Sæcul. XVIII. decurr. Ab An Chr. 1700 ad 1750

Concilium Romanum ſub Benedicto XIII. an. 1725. Idem toto eo tempore, quo Beneventanæ Eccleſtæ Cardinalis Archiepiſcopus præfuit, Diœceſanas Synodos habuit octo ſupra triginta: Concilia verò totius Beneventanæ provinciæ duo.

Concilium Avenionenſe paulo poſt Romanum Concilium Firmanum 1726. Anno 1727. Concilium Ebrodunenſe ...

Ruthenorum Synodus Nationis Zamoſciæ habita an. 1720. Maronitarum Synodus in Monte Libano habita an. 1736. confirmatur a Benedicto XIV. an. 1741. & ab eodem Pont. Conciliorum, ac Synodorum celebratio Epiſcopis ſuadetur.

Idem Concilii Albani in regno Serviæ decreta confirmat an. 1744.

Concilium Tarraconenſe in Hiſpania decretum condit de reductione dierum feſtorum de præcepto quod a Benedicto XIV. approbatur, & confirmatur an. 1732. An. 1734. habita eſt Thyrnaviæ ab Emerico II. e Comitibus Eſzterhazi Archiepiſcopo Strigonienſi Congregatio prævia Synodo Provinciali, & Nationali totius Hungariæ, quæ futura erat, niſi peſtis, & bella ingruentia impediſſent: ſicut etiam in aliis Provinciis, ac Regnis.

Primum in dextro ordine locum non fuiſſe honoratiorem in Conciliis, ſed primum in ordine ſiniſtro probat Natal. Alex. diſſer. XII. Sæc. IV ex Conc. Chalcedonen. in cujus 1. Actione a ſiniſtra parte erant Sedi Apoſtol. Legati, & poſt ipſos Patriarchæ Conſtantinopol., & Antiochenus a dextris Dioſcorus Alexandrinus proxime damnandus, & Juvenali Hieroſolymorum, cujuſmodi conſeſſum ex prioribus Synodis deſumptum aſſerit. Dum in medio Conſeſſus Epiſcoporum Sacroſancta Evangelia in ſublimi Solio collocarentur, quæ Typum Chriſti gererent, ex eo intelligimus eos, qui a parte ſiniſtra ſederent, a dextris Chriſti fuiſſe, eos vero qui in parte dextera, Chriſto fuiſſe a ſiniſtris. Quo reſpicit vetus ordo Romanus, in quo hæc leguntur de Conſeſſu in Eccleſia. *Sedebunt ex locali diſpoſitione, ut intrantibus Eccleſiam Epiſcopi ſint ad ſiniſtram, Presbyteri vero ad dextram, ut quando Pontifex ſederit, & ad eos reſpexerit, Epiſcopos ad dextram, Presbiteros contueatur ad ſiniſtram.*

Digitized by Google

NOTÆ AD TABULAM VI. CONCILIORUM.

MUſantius Concilia recenſet juxta editionem PP. Labbè, & Coſſart: Ea deinde novis additionibus illuſtrarunt, quibuſdam etiam correctis egregii viri, tum P. Harduinus, tum D. Nicolaus Coleti in Veneta magna edit. Labbeo-Harduiniana 1733., tum Cl. P. Manſi in nova Raynaldi edit. Luc., uti conſtat ex Præfatione; Optimè ſiquidem Harduinus in Præfatione: *Supereſſe*, inquit, *nihilominus cum Coſſartio confitemur, in quo ſe aliorum adhuc exerceat induſtria, cum haud poſſit unquam tam abſolutum in hoc genere corpus colligi, ut ei non poſſit adjici. Semper latebunt in Bibliothecarum forulis, aliiſque obſcuris receſſibus, Membranæ veteres quæ prioribus ignotæ efferent ſe poſteris. Sed quærunt ab annis ſexaginta inde erutæ* (ita Harduinus ſcribebat an. 1715.) *ea vix quidquam novi exhibent, quod ad Eccleſiaſticam pertineant diſciplinam.*

Verum ne hæc, & ſubſequens pagina, aut methodum editionis perturbent, aut inutiles vacent, Notas aliquas hic adjiciam, quas fuſius perſequitur Cl. Doujat lib. 2. Prænotionum Canonicarum cap. 1.

De Conciliis Generalibus.

Duo ſunt Conciliorum Generalium officia præcipua *Dogmatizein*, & *Canonizein* ſive Dogmata, & Canones conſtituere ex Ep. Nicænorum PP. ad Ægyptios, & ex Actis ejus Concilii apud Gelaſium Cyzicenum. Prius ad res Fidei, poſterius ad res Morum pertinet, circa quæ duo, tanquam circa ſubjectam materiam, Concilia verſantur. Digeruntur & formantur *Dogmata* per eas, quas Græci vocant *diatypoſeis* ſive deſcriptiones; exponuntur ſymbolis ſeu formulis fidei, & ſynodicis epiſtolis, aut etiam decretis & anathematiſmis adverſus hæreticos. Quæ vero ad *Mores*, ac *Diſciplinam* Eccleſiaſticam, Græcè *politeian*, referuntur, ea Canonibus explicari ſolent. Synodus tamen Tridentina Canonum nomine in decidendis doctrinæ, ac fidei articulis uſa eſt. Cæterum ſunt qui adhuc Canones in duo genera diſtinguant majoris perſpicuitatis gratia, nempe in eos qui definiunt, quæ ſunt ſacræ ac publicæ diſciplinæ, & eos qui publicos, privatoſque mores componunt. Verùm utrumque genus permixtim fere in Conciliis tractari conſuevit. Porro ex hac Dogmatum à Canonibus diſtinctione paret, cur Nicænæ Synodi Canones, cùm de moribus agant, Arii non meminerint, cujus hæreſis ſeu error in fide ſeorſim damnatus fuit. Hinc etiam factum eſt, ut, cum Quinta & Sexta Generales Synodi hæreſes tantum damnaſſent intactis iis, quæ ad diſciplinam ſpectabant, Trullana, condendorum Canonum cauſa poſt eas habita, Quini-Sexta dicta fuerit, quaſi aut illæ imperfectæ & quaſi mutilæ eſſent, aut hæc ab illis non omninò diverſa, ſed quod iis deerat, suppleret. Cur autem illa duo ſeparatim diſceptari oporteat, hæc cauſa eſt, quòd alia ſit ratio rerum Fidei atque Doctrinæ Morum, alia eorum, quæ meræ ſunt diſciplinæ. In illis cunctas Eccleſias ſynodoſque convenire neceſſe eſt: quandoquidem *regula fidei una omnino eſt, ſola, immobilis, & irreformabilis: huic nihil addi, nihil detrahi poteſt*, ut Tertullianus ait. At quæ ad Ritus ac diſciplinam pertinent, ea & *per loca terrarum* D. Auguſtino teſte *variantur*; & in iiſdem etiam Eccleſiis mutationem ſæpe, nonnunquam diſpenſationem recipiunt Præſulum authoritate.

De Conciliis Patriarchalibus.

Jam *Patriarchalia* dicuntur Concilia, quæ ab uno aliquo è majoribus Patriarchis ex omnibus eidem ſubjectis nationibus & Provinciis coacta ſunt; eorum conſtitutiones per totum Patriarchatum valent. Verùm hæ Patriarchicæ Synodi ad Nationales fermè referri poſſunt. Rarò quippe leguntur Patriarchæ aliunde quam ex natione propria Epiſcopos ad Concilia convocaſſe: Alexandrini ex Ægyptiaca, Antiocheni ex Orientali, Conſtantinopolitani ex Thracica diœceſi, ipſique Romani Pontifices ex Italia.

NOTÆ AD TABULAM VI. CONCILIORUM.

De Conciliis Nationalibus.

Nationalia verò Concilia, quæ aliquando *Univerſalia* quoque, aut etiam *Plena* vel Plenaria dicuntur (& Africana quædam à S. Auguſtino) reſpectu ſcilicet Provincialium, ſic propriè dictorum, ea ſunt quæ Epiſcopi totius Nationis alicujus, omnibus ejus gentis, vel regni Provinciis à Primate ferè ſive Exarcho acciti celebrant: qualia ſunt Carthaginenſia aliquot in Africa; Aurelianenſe 1. aliaque in Gallia; Toletana pleraque in Hiſpania; & Romana multa in Italia. Eadem vocantur aliquando *Diœceſana*, Diœceſeos nomine pro complurium ejuſdem gentis provinciarum adminiſtratione accepto, ex uſu veterum Romanorum poſt diviſum Imperium: ut cum diœceſin Galliarum, diœceſin Africæ, diœceſin Orientis dicunt.

Quædam præterea ſunt *Plurium Nationum* Concilia, qualia Arelatenſe 1. ſub Silveſtro, Sardicenſe ſub Julio, Turonenſe 4. ſub Alexandro III. Ad ea enim, aliaque nonnulla ex totius Occidentis Provinciis Epiſcopos concurriſſe conſtat, & communi conſenſu Canones condidiſſe: unde Generalium nomine nonnunquam decorantur. Quædam etiam ſunt plurium ejuſdem Nationis Provinciarum, ut Antiochenum aliaque vetera Orientis, & plurima, regnantibus præſertim Carolinis, per Gallias habita: ſed hæc communi Provincialium appellatione plerumque comprehenduntur.

De Conciliis Provincialibus.

Provincialia ſtrictè loquendo, Græcis *eparchica*, ſunt, quæ Metropolitano Epiſcopo omnes provinciæ ſuæ Epiſcopos convocante; Eccleſiaſticis de cauſis inſtituuntur, convocatis & aliis Provinciæ Clericis. Et olim quidem ea bis ſingulis annis haberi debebant ex Apoſtolorum ut creditur, inſtituto, quod ſæpiùs renovatum. Nam ex Conciliis Nicæni 1. Can. 5. ante jejunium Quadrageſimæ, atque Autumno congregari ſinguli cujuſque Provinciæ Epiſcopi jubebantur, de Eccleſiaſticis cauſis, ſeu litibus cogniturі: ex Antiocheni verò Can. 20. ſtatim poſt Paſcha, & deinde Autumno medio menſe hyperberetæo, ideſt circa idus Octobris: id deinceps ſervari juſſit tum Synodus Chalcedonenſis, tum S. Leo Pontifex Maximus; ſed Quini-ſexta in Trullo Synodus propter Barbarorum incurſiones, aliaſque incidentes cauſas, ſemel quotannis habenda hæc Concilia cenſuit; quod ſecuta quoque eſt Synodus Nicæna 2. Oecumenica ſeptima. idque ob itinerum, & frequentis Epiſcoporum ab ſedibus ſuis abſentiæ incommoda; ſed & in Concilio Later. 4. videtur annua horum Conciliorum celebratio indicta. Nunc autem ex Tridentini Concilii præſcripto, (quemadmodum antea Concilii Matiſconenſis Can. ult. decretum fuiſſe videtur) quolibet ſaltem triennio cogi debent ab Archiepiſcopo, aut eo legitimè impedito per antiquiorem Coepiſcopum. Convocatos autem provinciales Epiſcopos convenire ad ſynodum oportet, aut legitimam excuſationem, ſi quam habent, per Literas Metropolitano ſignificare, ac pro ſe Legatum mittere; aut ſine probabili, ſeu juſto impedimento recuſantes à fratribus corripi, imò & eorum communione arceri debent; idque ex parte confirmatur Concilii quoque Tridentini decreto.

De Conciliis Diœceſanis.

Concilia *Epiſcopalia*, ſeu *Diœceſana*, ut nunc loquimur, quæ & propriè *Synodi* hodie appellantur, ſunt quæ ab unoquoque Epiſcopo, congregatis Abbatibus ac Presbyteris ſuis, cæteriſque Clericis, quotannis celebrari ſolent ac debent. Quanquam enim id olim prohibitum aliquatenus videatur, quo ſcilicet tempore totius Provinciæ Clerici ad Provincialem Synodum ſolebant accedere; id tamen inde receptum eſt propter cauſam fortè in Toletano XVI. Concilio allatam, ut nempe ſinguli Epiſcopi provincialis Synodi conſtituta Clericis ſuis, atque univerſo populo ſibi commiſſo nota faciant: quemadmodum ſignificare quoque plebi ſuæ debent, quæ propriis Diœceſanis Synodis conſtituta ſunt, aliàs illorum ignari ad ea ſervanda non tenentur. Intereſſe verò his Conciliis jubentur cum Sacerdotibus Abbates Epiſcopo ſubjecti lege Diœceſana; imò ex Tridentini Concilii placito, exempti etiam quicumque, ſi nulla iis eſſet conceſſa exemptio, intereſſe tenerentur; præterquam ſi Generalibus Capitulis ſubditi ſint. Cæterùm harum Synodorum, quæ ab uno Epiſcopo cum Presbyteris ſubjectis habentur, una, ni fallor, Antiſſiodorenſis locum invenit in Collectionibus Canonum; & hæ vix in Conciliorum numerum referuntur.

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA VII.

SANCTITATE CLARI IN UTROQUE SEXU.

SÆCULUM CHR.I. II. III. IV. V.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

S. MARIA Virgo Deipara annum agens 72. moritur an. partæ ſalutis 57.

S. Ioſeph Mariæ Sponſus, moritur, ut opinantur aliqui, anno 28.

S. Joannes Baptiſta 31.

SS. Apoſtoli, & Diſcipuli Domini.

S. Maria Magdalena.

S. Thecla V.& M. 47.

S. Petronilla V. *69*.

S. Martha V. 74.

S. Dionyſius Areopagita Athenienſium, ac uti traditur, etiam Pariſienſium Epiſcopus.

S. Flavia Domitilla V.& M. 98.

SS. Nereus, & Achilleus MM. *98*.

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

S. Oneſimus E. S. Pauli diſcipul. M. 101.

S. Romulus E. 108. S. Simeon E.& M. 109. S. Titus E. M. 109.

SS. Euſtachius, & Socii MM. 118.

SS. Fauſtinus, & Jovita MM. 122.

S. Sabina Romanarum Matronarum exemplar. 132.

S. Praxedes V. 164.

SS. Gervaſius, & Protaſius MM. 167.

S. Benignus Divion. Apoſt.

S. Photius E. 177. S. Andreolus 199.

SS. Ferreolus, & Ferrutius Biſuntinorum Apoſtoli MM.

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

SS. Perpetua, & Felicitas MM. 205.

S. Barbara V. M. S. Cæcilia V. M. cum SS. Tiburtio, & Valeriano 230.

S. Margarita V.M. 250. S. Apollonia V. M. 252.

S. Gregorius Thaumaturg. E. 265.

S. Dionyſius Alexandr. E. 265. S. Georgius M. 292. S. Gabinius M. 296.

S. Pontius Diacon. S. Zeno E. S. Victorinus Pictavienſ. E.M. ſub Diocletiano.

Calviſius in Chronol. an. 203. SS. Perpetuam, & Felicitatem inter Virgines numerat, ex quo liquet Scriptoris oſcitantia.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

S. Januarius E. M. 305. cujus ſanguis Neapoli, ſi capiti apponatur, liqueſcit.

S. Nicolaus E. Myren., cujus ex oſſe arido liquor mirabilis perpetuò fluit.

S. Helena Conſtantini mater 327. S. Paphnutius 325. florebat, S. Antonius Ab. 356.

S. Optatus Milev. E. 364. S. Hilarius Pictav. E. 369. S. Euſebius E. 370. S. Athanaſius E. Alexandr. 372. S. Hilarion Ab. 372. S. Juvenalis E. 376.

S. Ephrem 378. S. Baſilius Magnus E. 379. S. Arſenius Ab. 380. S. Liborius E. 386. S. Geminianus E. 387. S. Monica S. Auguſtini mater, & S. Gregorius Nazian. E. 389.

S. Gregorius Nyſſen. E. 394. S. Ambroſius E. 398. S. Martinus E. 397. 400. vel 401.

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

S. Epiphanius E. 404. S. Joannes Chryſoſtomus E. 407. S. Hieronymus 420. S. Honoratus Arelat. 426. S. Gaudentius E. 427. S. Alexius, & S. Auguſtinus E. Hippon. 430. S. Paulinus E. Nolanus 431. S. Germanus E. Antiſiod. 448. S. Petrus Chryſol. E. 449. S. Eucherius E. 449. S. Hilarius E. Arelat. 449. S. Petronius E. 450.

S. Pulcheria Imper. V. ejuſque Sorores Placilla, Marina, & Arcadia.

S. Simeon Stylita, qui primus ſuper columnam vixit 461.

S. Maximus E. Taurin. 466. S. Genovefa V. 468. S. Daniel. Stylita 489. S. Patritius E. 491. S. Epiphanius E. Ticin. 496.

Digitized by Google

SANCTITATE CLARI IN UTROQUE SEXU.

SÆCULUM CHR. VI. VII. VIII. IX. X. XI.

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

S. Gall. Vid. 504. S. Avitus E. 516. S. Brigitta Scota V. 504. S. Maria Ægyptiaca 525. S. Fulgentius E. Ruſp. S. Remigius E. Remen. 533. S. Severinus E. Septemped. 539. S. Cæſarius Arelat. 542.

S. Benedictus Monach. in Occid. Pater 547.

S. Victorinus E. 547. S. Barſanuphius 548. S. Clotildis Regina 548. S. Germanus E. Pariſienſ. 559. S. Maurus Ab. 562. S. Medardus 564. S. Radegundis Regina 590. S. Hoſpitius Nicienſis 595. S. Guntranus R. 598.

S. Simeon Stylita Junior, qui 68. annos ſuper columnam vixiſſe traditur.

Sæcul. VII. Ab an Chr. 600 ad 700

S. Euſtaſius E. 602. S. Auguſtinus Anglor. Apoſt. E. 604.

S. Joannes Eleemoſyn. E. 616. S. Gallus Ab. 618. S. Rupertus I. Ep. Salisburg. 623. S. Mellitus E. Cantuar. 624.

S. Iſidorus Hiſpal. E. 635. S. Emmeramus E. M. 661. S. Sigebertus Rex Auſtraſiæ 663. S. Gertrudis V. 664. S. Eligius E. 665.

S. Ildephonſus E. 666. S. Audomarus E. 695. S. Claudius E. 696.

S. Fiacrius Scotorum Regis Eugenii IV. f. qui oblatum ſibi à popularibus regnum recuſavit. *Bœth. Leslæus.*

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

S. Irmina Dagoberti II. fil. 701.

S. Bonitus E. 704. S. Wilfridus E. 709. S. Winocus Ab. 717. S. Suvibertus E. 718. S. German. E. C. P. 720.

S. Richardus Anglorum Regul. pater SS. Willibaldi, & Winibaldi, & S. Walburgæ V. conſanguineus S. Bonifatii. S. Joannes Damaſc. 731. Venerab. Beda 735.

S. Wiro Scotus E. 750. Florebat.

S. Hubertus E. 754. S. Anthuſa fil. Conſtant. Copron. 775. S. Burchardus E. 791.

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

S. Ludgerus E. 809. S. Plato Ab. 812. S. Benedictus Ab. Anianenſis 821, S. Nicephorus Patriarch. C. P. 828. S. Fridericus. Trajectenſis M. 838. S. Anſcharius E. 865.

S. Ebba poſtquam ſe cum Sociis Monaſterii Virginibus ad tutelam virginitatis denaſaſſet, ſanctiſſimè obiit.

S. Edmundus R. Angliæ paſſus horrenda, & S. Ignatius Patriarch. C. P. 870. S. Rembertus E. 888.

S. Theoctiſte Virgo planè mirabilis, de qua Card. Baronius 902.

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

S. Ordo Clun. Ab. 941.

S. Æditha uxor Othonis Germaniæ Regis 947. S. Odo Cantuar. E. 958. S. Gerardus Ab. 958. S. Bruno E. Colon. 967.

S. Uldaricus E. Auguſtanus 972. S. Mathildis V. 973. S. Nilus Calaber Ab. 976.

S. Duſtanus E. Cantuar. 989.

S. Oſuvaldus E. Eborac. 992.

S. Majol. Clun. Ab. 993.

S. Nicon cognomento Metanite: *Pœnitentiam agite* 998.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

S. Heribertus E. Colon. 1021.

S. Henricus Imper. maritus S. Chunegundæ Virginis Virgo 1024.

S. Romualdus Ab. 1027. S. Emericus fil. S. Stephani R. Hung. 1030. S. Dominicus Ab. 1031. S. Stephanus R. Hungariæ 1038.

S. Dominicus Loricatus 1050. quem aliqui cum Abbate confundunt.

S. Eduardus Rex Angliæ maritus, & Virgo 1065.

SANCTITATE CLARI IN UTROQUE SEXU.

SÆCULUM CHR. XII. XIII. XIV. XV. XVI.

S. Petrus Damiani Card. 1072. S. Joannes Gualbertus 1073. S. Anſelmus E. Lucenſis 1086. S. Arnulphus E. Sueſſionenſis 1087. S. Margarita Regina Scot. 1097. pauperum mater.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

S. Bruno Carthus. 1101. S. Anſelmus E. Cantuar., & Hugo Ab. Clun. 1109. S. Godefridus Comes 1126. S. Hugo E. Gratianopolit. 1132. S. Norbertus E. 1134.

S. Malachias E. 1148. S. Hildegardis V. 1148. S. Iſidorus Agric. 1150.

B. Bernardus Ab. 1153. S. Guillelmus Aquitan. 1156.

S. Eliſabetha à Schonaugia V. 1156. S. Homobonus 1199.

S. Hugo E. Lincolnienſis 1200. cujus corpus lacte candidius, & vitro pellucidius poſt mortem viſum. *Rayn*

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

S. Dominicus 1221.

S. Franciſcus Aſſiſias 1226. S. Eliſabetha Hungar. 1230. S. Antonius Patav. 1231. S. Hedvigis Polon. 1243. S. Lutgardis V. 1246. S. Clara V. & B. Roſa Viterbien. 1252. S. Petrus de Nolaſco 1256. S. Hyacintus 1257. S. Ludovicus R. Galliæ 1270.

SS. Tomas Aquin & Bonaventura Car. 1274. S. Raymundus de Penia-forte 1275. S. Philippus Benitius 1285. S. Albertus Carmel. 1292. B. Margarita Cortonenſis 1297. S. Ludovicus E. Toloſanus 1298. quem ſequenti ſæculo inter Sanctos relatum mater Maria Siciliæ Regina 1317. adoravit. *Raynald.*

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

S. Ivo Cauſid. 1303.

S. Nicolaus de Tolent. 1306. B. Angela Fulgin. 1309. B. Agnes Politiana 1317.

S. Eleazarius Comes maritus, & Virgo 1323. S. Rochus 1327. S. Eliſabetha Luſit. Reg. 1336. B. Petrus Thomas E. falſo diù creditus Martyr. 1366.

B. Joannes Columbinus 1367.

S. Andreas Corſinus E. & S. Brigitta Sueca Vidua 1373.

S. Catharina Senenſis V. 1380.
S. Margarita Vidua 1390.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

S. Liduvina V. 1433. B. Angelina V. 1435. S. Petrus Regalatus 1436.

S. Franciſca Rom. 1440. B. Nicolaus Albergatus Card. 1443. S. Bernardinus Senens. 1444. B. Coletta 1447. S. Laurentius Juſtinianus 1455. S. Joannes de Capiſtrano 1456.

S. Antoninus E. 1459. S. Didacus Complut. 1463. B. Catharina Bonon. 1463. B. Amadeus Dux Sabaudiæ III. 1471. S. Joannes à S. Facundo 1479.

S. Caſimirus R. Poloniæ fil. 1489. *Adnumerari etiam poſſet Scriptoribus Eccleſ. ob Hymnum in laudem B. V. Mariæ ſcriptum.*

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

S. Franciſcus Paulanus 1507. B. Franciſcus Solanus 1510. S. Cajetanus 1545. S. Joannes Dei 1549.

S. Franciſcus Xaverius 1552. S. Thomas de Villanova E. 1555.

S. Ignatius de Loyola 1556. S. Petrus de Alcantara 1562. B. Stanislaus Koſtka 1568. S. Franciſcus Borgia 1572.

S. Ludovicus Beltrandus 1581. S. Tereſia V. 1582.

S. Carolus Boromæus Card. 1584. B. Felix Cappuccinus 1585.

B. Aloyſius Gonzaga 1590. S. Paſchalis Baylon 1592. S. Philippus Nerius 1595.

SANCTITATE CLARI IN UTROQUE SEXU.

SÆCULUM CHR. XVII. XVIII.

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

B. Turibius E. Limanus in Peruvia *1606*.

S. Maria Magdalena Pactia V. Carmel. *1607*.

S. Andreas Avellinus Theatin. *1608*.

S. Roſa de S. Maria Tertii Ordinis S. Dominici prima e novo Terrarum Orbe in Album Sanctorum relata *1617*.

S. Franciſcus Saleſius E. Genevenſis *1622*.

Ven. P. Johannes de Britto Soc. Jeſu *1693*. Ven Gregorius Card. Barbadicus *1697*. Vener. Sor. Maria Crucifixa Ordin. S. Bened. *1699*.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab An Chr. 1700 ad 1750

Ven. F. Nicolaus de Longobardis Ord. Minim. *1709*. Ven. Joſeph Card. Thomaſius Theatin. *1713*. Vener. P. Franciſcus de Hieronymo Soc. Jeſu *1716*. Vener. P. Antonius Baldinuccius Soc. Jeſu *1717*. Vener. F. Angelus Ord. Carmel.

PP. Paulus Segneri, Petrus Pinamontius, Antonius Thomaſinus, Sebaſtianus Padial e Soc. Jeſu, Hieronymus Berti Canon. Lateran. Carolus Giani Canon. Florent., aliique plures magna Chriſtianæ pietatis, ac probitatis opinione.

Præclara leguntur heroicæ virtutis exempla de Eleonora Magdal. Thereſ. Imperatrice.

Anno *1735*. mortem obiit Regina Maria Clementina Sobieski uxor Jacobi III. Magnæ Britanniæ Regis, cum magna ſanctitatis fama. Ejus funus Clementis XII. juſſu magnifice celebratum, eidemque ſepulchrum nobile conditum in Vaticano.

Plura habes in Martyrologiis.

Vetuſtius Eccleſiæ Occidentalis Martyrologium S. Hieronymo a Beda, & ab aliis tribuitur. Hujus exemplaria in Monaſterio Epternacenſi, & alibi inventa ſunt, idemque Florentinius edidit. Aliud V. Beda compoſuit quod genuinum ab Henſchenio editum eſt. Alia Martyrologia Rabanus, Wandelbertus, & Ado compoſuerunt, quæ ab aliis edita ſunt. Aliud edidit Roſvveidus, & hoc Sollerius contra Valeſium, alioſque illud putat, quod S. Greg. M. in ep. ad Eulogium Alexandr. commemorat. Ex prioribus Martyrologiis aliud Uſuardus, & aliud B. Notkerus compoſuerunt. Sed illud Uſuardi inter Benedictinos primum, mox in aliis Eccleſiis, excepta Vaticana, quæ ſuum habebat, ad *Primam* legi conſuevit. Idem Martyrologium an. 1398. Venetiis a Bellino, deinde a Sollerio, poſtmodum ex Autographo Abbatiæ Sangermanenſis a quodam Benedictino Monacho editum fuit. Maurolicus illud deturpavit, Molanus reſtituere ſtuduit. Eodem tempore aliud Galeſinius edidit. Hæc erroribus non carebant, quare provinciam hanc Martyrologium expurgandi Gregorius XIII Silvio Antoniano, Bellarmino, Baronio, Gavanto, aliiſque demandavit. Ii Martyrologiis Uſuardi, Bedæ, & antiquæ Eccleſiæ S. Cyriaci in via Lata, & quodam ex Græcis Menologiis a Card. Sirleto in latinum converſis uſi ſunt. Hortante Baronio Sancti, quos Græci ante ſchiſma colebant additi ex Menolog. Alia habes *SS. D. N. Bened. XIV.* L. 4. de Canoniz. SS. p. 2. c. 17., & in *Synopſi P. De Azevedo S. Rituum Conſul. & in Coll. Rom. Lectoris admodum eruditi.*

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA VIII.
PROPAGATIO FIDEI, ET BELLA SACRA.
SÆCULUM CHR. I. II. III. IV. V. VI.

(a) Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

Apoſtoli per Orbem terrarum diſperſi docuere Fidem, Petrus, & Paulus Romam, Jacobus Zebed. Hiſpaniam, uti traditur, Joannes Aſiam Minorem, Andreas Scythiam, & Achajam, Philippus Aſiam Superiorem, Thomas Parthos, & Indiam, Bartholomæus Armeniam, Albaniam, & citeriorem Indiam, Matthæus, & Matthias Æthiopiam, Simon Meſopotamiam, & Perſidem, Judas Thadæus Arabiam, & Idumæam, Paulus Ethnicos varios, Joſeph ab Arimathæa Britannos, ut fertur.

SS. Lazarus, Maximinus, Martialis, Creſcentius, Saturninus, Trophimus primi apud Gallos Chriſtianæ fidei præcones.

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

S. Barſimæus E. Edeſſæ, & in Syria plurimos Chriſto lucratur.

Chriſtianam fidem amplectuntur Rheti per Lucium, & Emeritum ibidem Martyres, Nervii, & Morini per SS. Fuſcianum, & alios.

Anglia cum Lucio, primo Regum omnium Chriſtiano, per Ariſtobulum, Fugatium, & Damianum, Celtæ, Sequani, Allobroges per S. Irenæum, & alios Chriſtianis adduntur.

Pantænus Philoſ. à Demetrio Alexand. ad Indos miſſus, eos Chriſto addicit.

Donaldus Scot. R. à Victore I. R. P. Præcones fidei Chriſtianæ petit, & accipit. *Boeth. Leslæus.*

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

Gallia fere univerſa ſub Severo fit Chriſtiana.

Philippi Imper., ut multi tradunt, Chriſtianis Sacris initiantur.

Origenes in Arabiam ab Alexandrino Patriarcha miſſus, eam cum Principe Chriſti adjungit imperio.

Sæculo nondum inclinante ad omnes fere cogniti Orbis regiones Chriſtianam Religionem jam perveniſſe teſtantur Tertullianus, & alii.

Ex Barbarorum incurſionibus, quæ Pop. Rom. exagitarunt, factum eſt Deo bonum è malis eliciente, ut plures ex illis ſpectata Chriſtianorum virtute, eorum Religionem amplecterentur. *Baron.*

Sæcul. V. Ab an. Chr. 300 ad 400

Aurea Chriſti imago in Romano Senatu erecta 312.

Frumentius Indis Orient. Chriſti fidem miraculis perſuadet.

Magna Rom. Imperii pars cum Conſtantino Imp. Chriſtum Regum Regem adorat.

Langobardi ſub Agelmundo R. Hunni per Theotimum Scytham, Beſſæ Hemi Montis incolæ, Iberi cum Bacurio R. per Chriſtianam ancillam Chriſti ſacra ſuſcipiunt.

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 400 ad 500

Burgudiones cum R. Gundiſilo à. S. Domitiano E. Genevenſi, Galli cum Clodovæo pleniùs, Scoti à S. Palladio iterum, Hiberni à S. Patritio ad fidem adducuntur.

Tervanus Pictos, S. Servanus Orchades inſulas Chriſto lucratur.

Perſæ cum Iſdegerde Rege, Æthiopes cum Abrahamo P. & Abba fratre, Saraceni cum Alamundo ad Fidem accedunt, & Vindelici, Norici, Rugi per S. Severinum.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 500 ad 600

Alamandurus Saracenorum Princeps cum ſuis, Boii, ſive Bavari, per Rupertum Blemyes agente Juſtiniano, Chriſto dant manus.

Digitized by Google

S.Columbanus Pictos Chriſto ſubjicit.

SS. Leander, & Fulgentius Hiſpaniam cum Recaredo R.Catholicæ Religioni reſtituunt.

Arium deteſtantur Langobardi cum Adulpho, & Theodolinda RR.

Sardi Barbaricini auſpicio Magni Gregorii, & Angli per S. Auguſtinum ab eodem miſſum Chriſtianis aggregantur.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Heraclius in Oriente Siſebutus in Hiſpania, Dagobertus in Francia Judæos omnes baptizari jubent, aut exulare.

Perſarum Regina cum viro ſuo Conſtantinopoli Baptiſmo luſtratur.

Olopuemius è Judæa profectus Sinis Chriſtum annunciat 663. *Kircker ex vetuſtis monumentis ejus gentis.*

Flandria per S. Eligium, Franci Orient.per S.Kilianum, Angli Orien. cum Sigeberto Rege per S. Mellitum, Germani, Batavi, Friſones, Saxones per SS. Suvibertum, & Wulfranum Chriſto nomen dare incipiunt.

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

S. Wiro Belgis, S. Willibrordus Friſiis, aliiſque in utraque Germania Evangelii lumen important.

S.Ludgerus Saxones, S. Corbinianus Alemannos ad Chriſtum adducunt.

Avares cum Rege Tridone ad Chriſtum adjuncti.

Brabanti per S. Humbertum, Thuringii, Friſii, Haſſi, aliique Germaniæ populi per S. Bonifacium Chriſti religionem ſuſcipiunt.

Religio in Oriente tollere oculos viſa eſt, Irene ſacra refovente poſt obitum Leonis IV.Porphyro geniti.

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Harioltus Danorum R. cum pluribus è ſuis Baptiſmo luſtratur 826. & Bogoris Bulgarorum Princeps 845.

Sclavi Dalmatiæ incolæ cnm Sueropilo R. ad Chriſtum adjuncti.

SS. Anſcharius, & Rembertus Svecos, S. Radbodus Friſios Chriſto lucrantur.

Baſilius Macedo per egregiæ ſanctitatis Epiſcopum Pruſſos ad Chriſtum traducit.

Gothofredus Nortmannus cum tota ſua gente fit Chriſtianus ſub Carolo Craſſo.

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Haraldus Rex Danorum Baptiſmo expiatus totum regnum ad Fidem pellicit.

Vandali ſub Joanne XIII.Chriſtum adorant.

Liberius Moſchoviæ, Mieslaus Poloniæ, Vildomirus Pruſſiæ, Zipitinæus Bohemiæ Duces cum ſuis Chriſto aggregantur.

In Dania, & Norvegia Fides penè extincta reviviſcit.

Hungaria per S. Stephanum Regem, & Ruſſia per S. Bonifacium pleniùs ad Chriſtianam Religionem adducuntur.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

S. Bruno Ruthenos ad viam ſalutis revocat.

Pomerania per S. Othonem Bambergenſem E.in Chriſti fidem concedit. Reparatur apud Hungaros Fides per Andream Regem.

Vindi, Sclavi, & Saxones pleniùs, & conſtantiùs Chriſto adhærent.

Sacra expeditio ab Urbano II. indicta 1096. in qua Gothofredo Bullionio Duce capta eſt Hieroſolyma 1099.

Digitized by Google

PROPAGATIO FIDEI, ET BELLA SACRA.

SÆCULUM CHR. XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

S. Vicelinus Vandalos, & Sclavos convertit ad Chriſtum 1141.

Sultanus Iconii ab Alexandro III. Fidei formulam petit, & accipit.

Gothia cum ſuo Rege, & Pomerania pleniùs Chriſto adhærent.

Finlandia per S.Henricum E., & M. ad Eccleſiam aggregatur.

S. Menardus Livoniam cum Cobba Rege ad Chriſtum adducit.

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

Dominicani, & Franciſcani barbaras Tartarorum mentes Evangelio mitigare ſatagunt.

Bella Sacra varia per S. Ludovicum Galliæ R. & alios.

Judæorum ex Gallia expulſio primum 1253. tum 1295.

Pruſſi, & Jazyges, Chriſto ſubjiciuntur.

Dominicani in Armenia uberes ex divini verbi ſemente fructus efferunt.

Nicolaus Sabellus E. Albanenſis, poſtea Honorius IV, Norvegiæ Apoſtolus.

B. Odericus, & Socii, è familia S. Franciſci, Cataii, & Thibeti regnis primi Chriſtum annunciant.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

Boſnia cum Principe Stephano ad Fidem adducitur.

Benedictus XII. miſſis divini verbi præconibus, rem Chriſtianam inter Tartaros promovet.

Cumani, Betzenenſes, Lipnenſes, Patrini, & vicini adnitente Ludovico Hungaro ad Chriſtum perducuntur.

Jagello Lithuaniæ Princeps Chriſtianis Sacris initiatus, dictuſque Uladislaus Lithuaniam, & Samogitiam ſubjicit Chriſto.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

Res Chriſtiana in Epiro refloreſcit, muniente Caſtrioto.

Calliſtus III. & Pius II. Turcis bellum illaturi, nihil nec divinæ, nec humanæ opis prætermittunt.

S. Didacus Complutenſis Evangelium apud Canarienſes propagat.

Guinenſes, Angolani, Congenſes in Africa Chriſtiana Sacra complectuntur.

Familiarum Judaicarum 24. millia ex Hiſpania pulſa.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

Indiæ Orient., & Occident., ac Manicongo in Africa per variorum Ordinum Religioſos viros Chriſti fidem ſuſcipiunt.

Japoniæ, & ſex aliis Regionibus per S.Franciſcum Xaverium lux Evangelii affulget.

S. Ludovici Beltrandi eximia charitas in lucrandis Chriſto Americæ populis eniteſcit.

Bellum contra Turcas feliciter geſtum à Fœderatis Chriſtianis S.Pio V. impellente.

Penetrat Chriſti Fides ad Sinas per Patres Soc. Jeſu 1582. Stabilitur à P.Matthæo Riccio Macerat. 1583.

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

Auguſtiniani, & Carmelitæ in Perſide, Capuccini, & Jeſuitæ in nova Francia Evangelium propagant.

PP. Theatini apud Georgianos fidem Chriſtianam amplificant ab an. 1628.

Jeſuitæ in Aſia Thibeti, & Laorum regnis Chriſtum annunciant.

Ferdinandus II. & Maximilianus Bavar. in Germania, Ludovicus XIII. & XIV. in Gallia Cathol. fidem reſtituunt.

Marianis inſulis à Patribus Soc. Jeſu Chriſti Fides infertur.

Secul. XVIII. decurr. Ab an. Chr. 1700 ad 1750

Innocentius XII. Miſſiones Æthiopicam, & Sinicam ingentibus auri ſubſidiis confirmat 1700.

Idem Zelus Clementis XI. in promovenda Miſſione ad Inſulas recens detectas in Orientali Oceano 1704. Apoſtolici Viſitatores ad Sinas ab eo miſſi Thomas Maillard. de Tournon Patr. Antioch. poſtea Card. cum poteſtate Legati à Latere 1701. eoque vita functo, Ambroſius Mediobarba Patr. Alexand. 1719.

Carolus VI. Imp. Frid. Auguſtus Saxon. Maximil.Emanuel Bavarus in Germania Ludovicus XIV. in Gallia de re Catholica optimè meriti. Philippus V. Rex Hiſpan. Petrus II, & Johannes V. Luſitan. Reges Apoſtolicas extraEuropam expeditiones regali favore, atque ope ſuſtinent.

Samuel Capaſulis Patriarcha Alexand. Græcanici ritus Græcorum ſchiſma, erroreſque deſerit. Electionem ſuam àRom.Pontifice confirmari petit. Pallium ab eo recipit 1713.

Lutheranam hæreſim publicè ejurant Frid. Auguſtus Elect.Saxon. poſtea Rex Polon.1797. Eliſabetha Chriſtina Brunſuic., & Luneb. poſtea Imperatrix 1707. Antonius Ulricus Dux Brunſuic. & Luneb.1710. Frid. Auguſtus Princeps Elect. Saxon. 1717. Chriſtianus Ulricus Wirtembergenſis 1713. Guilielmus Saxen-Got.1727.

Novæ Miſſiones inſtitutæ,& quamplures gentes indomitæ, ac feræ, induſtria, & opera PP. Societ. Jeſu ad Chriſti Fidem adductæ, in America præcipuè, ut Gremembeſii, Guavarei, Caicaſii, Guaiagiarienſes, & aliæ plures. Auranum ab Hiſpanis captum 1732.

Mauritaniæ Tingitanæ Regis Frater Chriſti Fidem amplectitur, & Baptiſmum Romæ ſuſcipit an.eod.

Res Luſitanæ in Aſia, providentia Regis Fideliſſimi, & peculiari Braſiliæ Principis cura reſtitutæ, & auctæ. Chriſtiani nominis hoſtes, Jam Goæ imminentes, pulſi, & profligati.

Huc etiam pertinent res fortiter geſtæ in Scotia, & in Anglia ipſa ab Eduardo Principe Stuardo, Jacobi III. Angliæ Regis Filio natu majori: quæ, quamvis neceſſariis auxiliis deficientibus, ſucceſſu caruerint, invictum tamen Juvenis animum, virtutemque bellicam, pietatem, religionem probant. 1745.

Carolus Philippus II. Princeps Catholicus, Elector Palatinus, & Juliæ, & Bergen.in Germania inferiori Dux renunciatur, & poſſeſſionem init 1743.

(a) Nat. Alex.Diſſ.XV. Sæc.I. profectionem S.Jacobi in Hiſp.impugnat, nec defuit, qui an.1734. ſcripſerit: *Modo inter ſapientes Criticos exploratum eſſe Jacobum in Hiſp.Ch.Fidem non aſportaſſe*. Cæterum iſta minus verè dici oſtendit eruditiſſimum Commentarium Bollandiſtarum ad d.25. Julii, ubi plurima congeruntur Argumenta pro ea Profectione, tum ex S. Hyer. a Nat.Alex objectis vindicato, tum ex aliis optimis monumentis, & egregiè ſolvuntur contraria objecta, ac narratio Controverſiæ inter Toletanum, & Compoſtellanum in Lateranenſi IV, cui præcipue fidit Natalis cum aliis, omnino conficta, ac fabuloſa demonſtratur, atque incredibilia privilegia continere, erroribuſque craſſis ſcatere undecumque, imo Rodericum Toletanum ne interfuiſſe quidem Later.IV.

Digitized by Google

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA IX.

SACRI RITUS INDUCTI, ANTIQUATI.

SÆCULUM CHR. I. II. III. IV. V.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

Chriſtiani nomen Antiochiæ natum.

Inſtitutio diei Dominicæ, & Feſtorum Nativit. Chriſti, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes.

Jejunium quatuor temporum, & Quadragenarium.

Uſus Aquæ benedictæ, & Signi Crucis. *V. Bar. ad an.* 57. §. 109.

Cantus Eccleſiæ cum duplici Choro.

Horarum Canonicarum diſtinctio.

Lampades, & Sacra lumina.

Stationes in arenariis ad preces.

Diaconiſſæ: Diptycha Sacra.

Agapæ triplices.

De Mitra Epiſc. nil certi, fixique traditur. *C. Bona, quem & alios Lithurgicos de his vide.*

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

Alexander. I. uſum Aquæ luſtralis amplificat. *Lib. Pontificalis.*

S. Sixtus I. Sacra vaſa ab aliis, quàm ab Eccleſiæ Miniſtris tangi vetat.

Teleſphorus Quadragenarii jejunii morem ab Apoſtolis inductum lege ſancit, Proparentes in Sacro Baptiſmate inſtituit. *Genebrard.*

S. Soter P. jubet à Sacerdote nuptias conſecrari.

Epiſtolæ inter Catholicos Formatæ, ſeu Patentes, Encyclicæ, Decretales, Paſtorales, Synodicæ, Dimiſſoriæ, Memoriales, Confeſſoriæ inductæ.

Tres Miſſæ in die Domini Natali.

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

S. Zephyrinus S. Euchariſtiæ ſumptionem circa fer. Paſchatis imperat.

Calliſtus I. confirmat jejunium, quod quater in anno ex Apoſt. traditione celebratur.

Ritus ſepeliendi MM. cum Colobio.

Cæmeteria, ſive areæ conſecratæ, ubi ſepelirentur fideles.

Decio Imperante Litaniarum uſus in Orientis Eccleſia frequentatur. *Genebr.*

Templa dedicandi ritus a Felice I.

Racemorum, ac fructuum, juſſu Eutychiani, benedictio uſurpatur.

Eulogiæ, ſive panes benedictione ſacrati in fine Miſſæ diſtribui cœpti.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Uſus Corporalium ex ſolo lino à S. Silveſtro imperatus.

Hymnus Glorificationis.

Limites Diœceſibus conſtituti in Nicæna Synodo.

Roſarii rudimentum à Paulo Anachor. preces per lapillos numerante. *Sozom. l. 6. c. 29.*

Congregationes ad ſepeliendam corpora.

Pallium Epiſcopale ſub Marco I.

Alleluja cantari cæptum in Eccleſia, Agapæ fere proſcriptæ.

Interſtitia ad Sacr. Ordines à Syricio inducta.

Pænitentiarii munus, ad quem pertinebat publicè pænitentibus pænas imponere, à Nectario C. P. ſublatum 390.

Sæcul. V. Ab an. Ch. 400 ad 500

Parabolani juvandis peſte contactis. Primus inter SS. Confeſſ. colitur S. Martinus.

Nocturnæ vigiliæ ad Sepulchr. MM. ſublatæ, retenta jejunia.

Damnato Neſtorio adduntur Angelicæ Salutationi: *S. Maria Mater Dei &c.*

Cerei Paſch. benedictio in ſingulis Pareciis conceſſa. Agni cerei conſecrari cæperunt. *Vid. Sand. in Vrb. V.*

Digitized by Google

SACRI RITUS INDUCTI, ANTIQUATI.

SÆCULUM CHR. VI. VII. VIII. IX. X.

Additum Fidei Symbolo *Filioque* in Concil. Hiſpan. juſſu S. Leonis celebrato 447.

Triduum Rogationum inductum à S. Mamerco Vienn. E Triſagium in Miſſa cani cæptum. Evangelio jubet aſſurgere Anaſtaſius.

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Beneficiorum origo ſub Symmacho, cùm anteà Clerici ſtipem acciperent.

Euchariſtia in medio Altaris ſervata.

Quadrageſima S. Martini, unde ritus jejunii per Adventum.

Feſtum Purificationis B. V. 545.

Privata Canonicarum Horarum recitatio abſentibus à Choro indicitur à Pelagio I.

Corepiſcopi aboliti 572.

S. Gregorius templa, & tempora ſacris Stationibus aſſignat.

Idem inducit aſperſionem ſacrorum Cinerum in Capite ſolennis jejunii.

Ab eodem alia plura in S. Liturgia addita, quæ Genebrardus recenſet.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Uſus Campanarum in Eccleſia per Sabinianum P.

Pantheon B. V. & omnibus SS. dicatum à Bonifacio IV. 608.

Bonifacius V. in templis, ariſque aſyla reis aperit. Feſtum S. Crucis illuſtrius poſt Heraclii de Coſroë victoriam. Cerei conſecrati die B. V. Purificatæ.

Organa, & alia inſtrumenta muſica à Vitaliano P. primùm in templis adhibita. Oſculum pacis in Miſſa ab Agathone inductum.

Roſæ Aureæ per Pontif. conſecratio ex Ordine Rom. hic ſtatuenda videtur. *Videatur Cartharius in erudito hac de re Opuſculo.*

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Panis, & Vini oblatio pro Miſſa celebranda. Magiſtri Cantorum.

Gregorius II. jejunium in Sabbatis Quadrageſimæ antea vetitum ſervari jubet.

Gallia Rom. Liturgiam Pipino, & Carolo Magno adnitentibus amplectitur.

Licebat adhuc ſub Carolo Magno cuilibet Sacerdoti plures in die Miſſas celebrare. *Card. Bona Liturg.*

Conſuetudo indiſcretè diſtribuendi Divinam Euchariſtiam pueris Sacro adſtantibus aboletur. *C. Bona.*

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Leone III. ſedente locus honoratior habita eſt dextera locandis ſacris imaginibns, mox iterum ſiniſtra.

Falsò adſcribitur Eugenio II. examen per frigidam. *Papebroch.*

Proſæ Eccleſiaſticæ ſub Sacrum canendæ 804.

Feſtum omnium Sanctorum à Gregorio IV.

Palmæ benedictæ à Joanne VIII. ad Carolum Calvum miſſæ victoriæ omen 877.

Idem rogante Moravorum Apoſtolo Methodio, Slavonicæ linguæ uſum permittit in Sacris 880.

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Campanæ primùm benedictæ, & certo ſacro nomine donatæ à Joanne XIII.

Diaconiſſarum miniſterium incipit aboleri.

Sodalitium pro Defunctis piè Romæ coalvit 984.

Joannes XV. in Synodo Lateranenſi S. Uldaricum F. Auguſtanum Sanctis adſcribit ritu non ante uſitato.

Statuitur, ut Sacer Miſſæ Canon ſubmiſſa voce recitetur. *Bona.*

SACRI RITUS INDUCTI, ANTIQUATI.

SÆCULUM CHR. XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI.

Triduanum jejunium annuum ante Quadrageſimam apud Caſinates, à quibus in cæteros derivatum.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Symbolum primò cantari cæptum Romæ poſt Evang. poſtulante S. Henrico Imp. 1014.

Uſus, & nomen Diſciplinæ, ſeu voluntariæ verberationis innoteſcunt.

Commemoratio omnium fidel. Defunctorum.

Addictum Deip. Sabbathum 1095.

Ejuſdem Officium inſtitutum.

Petrus Anachoreta Sacri belli tuba Sacras preces per globulos numerat.

Militum, quos ad S. Bellum Urbanus II. accenderat, inſigne Crux purpurea humero aſſuta, ex quo Cruciatæ nomen factum.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Innocentius II. in Concil. Piſano S. Hugonem E. Gratianopolitanum aris admoturus, ſolenniores ritus primus adhibet. *Bolland.*

Aggregationes ad Ordinum Religioſorum merita cœptæ uſurpari.

Conceptio B. Mariæ Virginis primò celebratur in Eccleſia Lugdunenſi 1136. ſine publica tamen Romanæ Sedis authoritate.

Ritus duplicis, ſemiduplicis &c. in Horis Canon. fortaſſe in fine hujus ſæculi, vel initio ſequentis inductus.

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

Pulſatio Campanæ in Hoſtiæ Sacræ elevatione, & ſalutatione Angelicâ.

Roſarium Deiparæ nobiliſſimum D. Dominici inventum, ab eo, & aſſeclis propagatur.

Scapulare Marianum datur ab ipſamet Auguſtiſſima V. Maria B. Simoni de Stoch Carmelitæ 1261. Feſtum SS. Sacramenti, &. Officium egregium D. Thomæ Aquinatis opus 1264.

Magiſterium Sacri Palatii ab Honor. III. inſtitutum. Initium Confraternitatum Pœnitentium 1270.

Nicolao IV. ſedente denuo Sacrarum Imaginum locus nobilior dextera.

Jubilæi celebratio ritu ſolemniori ſingulis 100. annis renovata 1300.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

Chriſtianiſs. Regi data facultas Euchariſtiæ ſub utraque ſpecie ſumendæ.

Deipara jubente Scapulare Marianum Joannes XXII. ſua auctoritate munit 1316. Solennes ſupplicationes in Feſto Corporis Chriſti.

Jubilæi contracta celebratio in ſingulos 50. annos per Clementem VI. & in ſingulos 30. per Urbanum VI.

Feſtum Sanctiſſimæ Trinitatis 1334.

Angelicæ Salutationis recitandæ initio concionis morem S. Vincent. Ferrerius primus inducit. Id tamen aliqui D. Dominico tribuunt.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

Annatæ, ut ajunt, Sacerdotiorum omnium à Bonifacio IX. indictæ 10. Pontif. anno. Feſtum Transfigurationis Chriſti Domini à Calliſto III.

Nomen Jeſu ab imagine ejuſdem ſejunctum primò productum à D. Bernardino Senenſi. Jubilæi ad annum 25. reductio per Paulum II. & Sixtum IV.

Feſtum Præſentationis Deiparæ in Occidente cœptum 1475.

Inquiſitio Hiſpanica inſtituta 1492.

Mos pius Salutationis Angelicæ in meridie repetendæ inſtauratur 1500.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

Pragmatica Sanctio Gallorum cum Concordatis mutatur 1516. Feſtum S. Joſephi.

Sodalitates piæ ad cultum Deiparæ inductæ à Joanne Leonis *Soc.* Jeſu 1560. Feſtum S. Mariæ de Victoria, ſive Roſarii 1573.

Digitized by Google

SACRI RITUS INDUCTI, ANTIQUATI.

SÆCULUM CHR. XVII. XVIII.

Triduanæ per horas 40.preces, ineunte Quadragenario jejunio Maceratæ initium habent.

Uſus conſecrandi SacraSigilla Pontificia benedictione.

Lunæ dies apud PP.Theatinos, ut olim ſæculo 11. apud Monachos Gamungenſes, juvandis per piaculares preces defunctorum animis deſtinatur 1592. *Silos in Hiſtoria Theatin.*

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

PerpetuaQuadragenarum horarum ſupplicatio Romæ in ſingulis deinceps templis à Clemente VIII.inſtituta.

Feſtum, & Officium S. Angeli Cuſtodis. Romæ menſtruus populi ad Sacram Sinaxim concurſus ſub Paulo V.

Demandatam à Clemente VIII. Agnos cereos conficiendi provinciam Patribus Fulienſibus Paulus V. dato Diplomate confirmat 1608.

Arabicæ linguæ uſus in in Sacris ab Urbano VIII. Carmelitis apud Perſas agentibus conceſſus 1624.

Pius uſus precum pro felici morte impetranda per Vincentium Carafam Soc.Jeſ.PræpoſitumGeneralem 1648.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab An Chr. 1700 ad 1750

Feſtum Concept. B. Mariæ ubique de Præcepto per Clem.XI. an.1709. S. Joſephi nomen Litaniis majoribus inſertum a Bened.XIII. à quo S. Philippi Nerii Feſtum de præcepto. Anno 1712. inter SS. relati S. Pius V, S. Andreas Avellinus, S.Felix a Cantalicio, S. Catharina Bononienſis. An.1726. S. Turribius Ep. Limanus, S.Jacobus ex Piceno, S.Agnes Montis Politiani S. Pellegrinus Latioſi, S. Joannes a Cruce, S. Franciſcus Solanus, S. Aloyſius Gonzaga, S. Staniſlaus Koſtka. Inter Beatos an.1716. B.Joannes Franciſc.Regis, an.1724. B. Andreas de Comitibus, an. 1726. B. Hiacinta Mareſcotti.

Eccleſia Ulyſipponenſis Occidentalis de Jurepatr.Regis Luſit.Patriarchalis declarata: Eccleſia Viennenſis in Germania Archiepiſcopalis: Novæ Sedes Epiſcopales in Gallia Bleſenſis, Divionenſis.

Bened.XIII. Collegiis Soc.Jeſu dat Scholarum Patronum S. Aloyſium Gonzagam: idem SS.adſcribit B.Margaritam a Cortona 1728.B.Joannem Nepomucenum 1729., Clemens autem XII. B. Vincentium a Paulo, & B. Joannem Franc. Regis, B. Catharinam Fliſcam Adurnam, B. Julianam Falconeriam inter SS. refert. Bened.XIV. inter Beatos refert V. Alexandrum Sauli Ep.1741, approbat cultum B. Joannæ Valeſiæ olim Franciæ Reginæ 1742. & B. Nicolai Albergati S.R.E. Cardin. & Epiſc Bonon. Sanctorum numero addit B: Fidelem a Sigmaringa B. Camillum de Lellis, B. Petrum Regalati, B.Joſephum a Lioniſſa.

Idem de Ritibus Sinenſibus Conſtit. Clem.XI confirmat, & declarat 1742. Apoſtolicas expeditiones in Regno Cochinchinæ diſtribuit, certis cuique terminis conſtitutis. Ejuſdem Conſtit. de Ritibus Coptorum, Græcorum, Melchitarum, & aliarum Nationum extra Europam. Item de tradenda Doctrina Chriſtiana 1742, ac de recta ratione repræſentandi Imagines Spiritus S. & SS. Trinitatis an.1745.

Imminutio Feſtorum de præcepto in multis per Europam Provinciis, ac Regnis, annuente, & approbante Bened.XIV. a quo inter Beatos relati B.Æmilianus,& B.JoſephCalaſanctius.

Digitized by Google

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA X.

SACER COELIBATUS, ORDINES RELIGIOSI.

SÆCULUM CHR.I. II. III. IV. V. VI.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

D. Joannes Baptiſta ab Eremo ad Jordanis ripas veritatis, & pœnitentiæ præco, vitæ Monaſticæ, & Religioſæ anteſignanus. *Ex Epiſt. D. Hieronym. ad Euſt.*

Cœnobitarum diſciplina à tempore prædicationis Apoſtolicæ ſumpſit exordium. *Caſſian. collat. 18. c. 5.*

Eſſeni, ſive Jeſſæi Alexandriæ, ut quibuſdam viſum eſt, Religioſi.

S. Dionyſius Areopagita Monaſticæ Profeſſionis meminit. *C. 6. Ec. Hier.*

Qui Crucigerorum ordinem à S. Cleto Rom. Pontif. inſtitutum affirmant, non videntur audiendi.

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

Pleri, ac pleræque ſexaginta, ac ſeptuaginta annos nati, qui à pueritia ſe in Chriſti diſciplinam tradiderunt, incorrupti permanent. *S. Juſtin. in Apol.*

Invenias multos ex noſtris, & viros, & fœminas, qui in cælibatu conſeneſcunt, quod Deo conjunctiores ſe futuros ſperent. *Athenagor. in Apol.*

Ritus in Sacris Virginibus velandis, & conſecrandis decreti à Pio I.

S. Narciſſus Hieroſolym. Ep. Anachoreticam vitam degit *199.*

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

Ante omnia Sacerdos, qui Divinis aſſiſtit Altaribus, caſtitate debet accingi. *Origen. Hom. 4. in Levit.*

S. Cyprianus librum ſcribit de Virginum diſciplina.

Paulus Anachoretarum princeps in ſolitudinem ſecedit 253.

S. Dionyſius ex Monacho Rom. Pontif. 261. docet jam tum Monachos Sacris honoribus donari conſueviſſe.

S. Hippolytus Martyr Monachorum meminit. *In Orat. de Conſummat. Mundi.*

Florent apud Scotos Culdæi vitæ ſanctimonia celebres Aſcetæ, ſeu Monachi. *Bæth. Leſlæus, Buchanan.*

Sæcul. V. Ab an. Chr. 300 ad 400

In Armenia, Scythia, Nitria, & utraque Thebaide à S. Antonio Monaſteria condita ſunt. S. Pachomius in Ægypto, S. Hilarion in Palæſtina SS. Baſilius, & Athanaſius in Græcia Cœnobia aperuere.

In Etruſci maris inſulis, Mediolani, Vercellis, Turone floruiſſe Monaſteria docent, SS. Hieronym. Ambroſ. Auguſtin. Severus Sulpitius.

Tria erant hoc ævo Monachorum genera, Anachoretæ, Cœnobitæ, Remaboth bini, vel terni ſine præſide viventes. *Hier. in Ep. ad Euſtoch.*

Manuum labore vitam omnes tolerabant.

Pueri in S. Baſilii Monaſteriis educabantur.

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 400 ad 500

S. Auguſtinus in Africa religioſas utriuſque ſexus familias inſtituit, ſed fœminis tantùm dediſſe leges videtur.

Joannes Caſſianus Monachorum Inſtitutor. Lerinus à S. Honorato, & Sociis coli cœpta.

S. Alexander parens Acæmetarum, qui Conſtantinopoli à celebri Monaſterio Studio dicti Studitæ.

Canonici Regulares à Gelaſio I. quo duce in Italiam venerant, Lateranenſi Monaſterio donantur, & ab eo nomen trahunt.

Monachi, qui ad Sacerdotium, & honores aſſumebantur, Inſtituti ſui leges, & veſtes retinere conſueverant. (a)

Sæcul. IV.

S. Benedictus Ordini ſuo dat initium 520. Pueros in Monaſteriis educandos admittit.

Digitized by Google

SACER COELIBATUS, ORDINES RELIGIOSI.

SÆCULUM CHR. VII. VIII. IX. X. XI.

Ab an. Chr. 500 ad 600

Pueri oblati à Parentibus Monaſticæ vitæ jugum excutere non poterant.

Datas Monachis leges à SS. Cæſario, & Aureliano Arelatenſibus EE. à SS. Ferrerio, & Columbano Abb. in Gallia, à SS. Iſidoro, & Fructuoſo in Hiſpania collegit Holſtenius.

S. Gregorius M. Mauritio Auguſto, qui lata lege vetuiſſet, quemquam niſi bello inutilem fieri Monachum, acriter reſtitit 592.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

S. Columbanus Scotus Bobienſe Monaſterium in Italia condit 609.

S. Enemundus E. Lugdunenſ. Sancti Moniales S. Petri inſtituit.

S. Sigebertus Auſtraſiæ Rex, duodecim Monaſteriis extructis, Monachum induit.

S. Joſſæus Regis Britonum fil. Anachoreta in Gallia.

Bamba Hiſpaniæ Rex bellicis operibus inclytus Monaſticam vitam amplectitur 680.

Inclinante ſæculo concedi cæpere à Rom. Pontificibus aliquæ Monaſteriis immunitates.

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Petronax Ab. Caſinenſe Monaſterium inſtaurandum ſuſcipit 720.

Ethelredus Merciorum 704. Chenredus item Merciorum, & Offa Saxonum Oriental. in Anglia Reges 715. Ina R. Saxonum Orient. 740. Cleofulus, & Egbertus Northumbriæ Reges, paulò poſt Carolomannus Caroli Martelli Primogenitus ad Monachos tranſeunt. Monachi ad infulas, & graviſſima Eccleſiæ negotia frequenter aſſumebantur.

Fœminis non patebat aditus ad Monachorum templa.

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Poſt viſam decuſſatam in Cœlo Crucem Scoti, & Picti Anglos memorabili prælio cædunt. Indè initium cœpit ſingularis apud Scotos S. Andreæ cultus, militari per Achajum R. Ordine inſtituto. *Leslæus*, & *Buchanan*.

Lotharius I. Imper. Monachus in Monaſterio Prumienſi 855.

Puerorum per parentes in Monaſteriis oblatio diſplicere cœpit, & aboleri. Monaſteria Clericis, imò & laicis à Ludovico Pio Imper. primò commendata.

Hoc ſæculo primùm Monachis data facultas Sacramentales criminum confeſſiones excipiendi. *Scheleſtrat. in Antioch. Concil. fusè*, & *eruditè*.

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Berno primò, mox S. Odo Cluniacenſi Ordini dat initium 903. Cœnobium fundatur 910.

Fortunius Navarræ 905. Alphonſus Legionis 931. Conſtantinus III. Scotiæ 941. Hugo Italiæ R. 945. Venetorum Duces Urſus 932. Petrus Urſeolus 978. Vitalis Candianus 979. Memmius eorundem Tribunus 991. Monaſticam vitam amplexi ſunt.

Monachi plerumque adhuc Epiſcopis ex communi jure parebant.

D. Benedicti Regula in omnibus ferè Occidentis Monaſteriis dominabatur.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Ordo Canonicorum Regul. inſtauratur à B. Petro de Honeſtis 1015.

Camaldulenſis Ordo per S. Romualdum inſtituitur 1022. Vallis Umbroſa per S. Joannem Gualbertum 1030. Gradimontenſis per S. Stephanum de Tierno 1076.

Carthuſianus per S. Brunon. 1086. Antonianus per Gaſtonum 1096.

Digitized by Google

SACER COELIBATUS, ORDINES RELIGIOSI.

SÆCULUM CHR. XII. XIII. XIV. XV. XVI.

Ciſtercienſis per Robertum Ab. Molmenſem 1098. Fontis Ebraldi per Robertum de Arbiſello 1100.

Michael Stratioticus 1058. Iſaacius Comnenus Orient. Cæſar. 1059. Monachi.

Sæculis 11. & 12. immunitates Monaſteriis liberaliùs indultæ.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Præmonſtratenſes inſtituuntur à S. Norberto 1116. Milites Templarii 1118. extincti à Clemente V. 1312. Hoſpitalarii S. Joannis Hieroſolymit. nunc Melitenſes 1119. Guillelmitæ, ſeu Montis Virginis 1124. Equites Calatravæ 1158. Humiliati 1170. extincti a B. Pio V. Equites S. Jacobi 1170. Equites Alcantaræ 1176. Theutonici Mariani 1190. Florenſis Ordo 1196. Ordo Trinitariorum, & Sacerdotum Hoſpital. 1198.

Verè hoc ſæculo florere incipiunt Religioſarum Militiarum Ordines.

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

Equites Cruciferi in Livonia 1205.
Dominicani 1206. Franciſcan. 1209.
Eremitæ S. Pauli in Hungar. 1215.
Ordo S. Mariæ de Mercede Redempt. Captivorum 1318.

Moniales S. Claræ 1223. Ordo Vallis Scholarium 1215. Servitæ 1216. ſive 1233. Militia Monteſiæ 1233. Equites glorioſæ Virg. Mariæ 1233.

Eremitæ S. Auguſtini in unum coacti 1242. Silveſtrini 1269.

Cæleſtini per S. Petrum Moronnm inſtituti 1274. Carmelitæ nova veſte donantur ab Honorio IV. 1286.

Hoc primùm ſæculo Rom. Pontifices jubent, Religioſa Inſtituta Apoſtolica auctoritate ſanciri, atque approbari.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

Joannes Rex Armeniæ Minoribus 1310. Humbertus II. Delphinus Viennæ Dominicanis nomen dat 1349.

Olivetani per B. Bernardum Ptolemæum inſtituti 1320.

Milites Jeſu Chriſti in Luſitania 1325. Ordo Eremitarum S. Pauli in Hungaria 1328. confirmatur.

Ordo Periſcelidis, vulgò la *Gartiera* in Anglia 1344. Ordo Fratrum Charitatis B. V. vulgò *Billette* 1347.

Jeſuati a B. Joanne Columbino Senenſi 1356. extincti 1669.

Eremitæ S. Hieronymi per B. Petrum Gambacurtam Piſanum 1380.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

Equites Lilii in Navarra 1403. Canonic. S. Laurentii Juſtiniani 1404. ſub Clemente IX. extincti.

Congregatio Canonicorum S. Salvatoris 1408.

Fratres Mendicantes S. Hieronymi 1415. extincti 1669.

Ordo S. Benedicti refloreſcit in Italia per Congregationem S. Juſtinæ, ſive Caſinenſem.

Ordo Annunciat. in Sabaudia 1420.
Equites Velleris Aurei 1430. Ambroſiani 1433. S. Mauritii in Sabaudia 1434. S. Michaelis in Gallia 1469.

Minimorum Ordo per S. Franciſcum Paulanum 1474. Equites S. Georgii in Carinthia 1493.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

Theatini 1524. Capuccini 1525. Clerici Regul. S. Pauli 1538.

Societas Jeſu 1540. Equites S. Stephani 1562. Congreg. Orat. S. Philippi Nerii 1564. Militia S. Lazari renovata, & Equitibus S. Mauritii conjuncta 1563. Clerici Regul. de Somaſcha 1568. Ordo fratrum S. Joannis Dei 1570. Equites S. Spiritus 1579.

Carmelitæ Excalceati 1580. Fuljienſes 1586. Clerici Regulares Minor. 1588.

Ordo Miniſtrantium infirmis 1591.

Eremitani Excalceati 1599.

Religioſa Profeſſio vetita ante an. 16. completum à Concil. Trident. Et Regularium privilegia imminuta.

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

Pœnitentes III. Ordin. S. Franciſci refloreſcunt 1600. Clerici Doctrinæ Chriſtianæ 1603. Novarum Monialium examina.

Equites SS. Sanguinis Chriſti Mantuæ 1608.

Congregatio Oratorii Jeſu in Gallia 1608.

Ordo Scholarum Piarum 1521. Clerici Lucenſes Matris Dei 1622.

Presbyteri Miſſionarii 1622.

Clerici in commune viventes reſurgunt 1640.

Ordo Equitum S. Andreæ in Scotia inſtauratur a Jacobo II. Magnæ Britanniæ Rege 1687.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab an. Chr. 1700 ad 1750

Fratres Bethleemitæ inſtit. 1687. Mendican. privilegiis ornati 1707. Congreg. Piorum operariorum Neapoli pridem in Urbem deducta ſtabilitur 1712. Antiquiſſimus Ordo Equeſtris Aureatus Conſtantinianus S. Georgii a Franciſco Farneſio Parmæ & Pl. Duce reſtitutus approb. Innoc. XII. & Clem. XI. Equeſtres Ordines S. Ludovici a Ludov. XIV., Aquilæ Albæ ab Auguſto II. Rege Polon. S. Crucis, & Amoris erga Proximum ab Eliſabetha Imper. Clauſtrales Profeſſi an. 1726. prohibentur a Bened. XIII. Conſt. *Licet Sacra* ne tranſeant ad alios Ordines, ubi obſervantia non vigeat, itemque ad Ordines Hoſpital. aut Militares.

Ordo Scholarum Piarum multis Privilegiis ornatur a Clem. XII. Ordinem Mixtum ex vita contemplativa & Activa, ſive Heremitica, & Apoſtolica, & a Chriſti Paſſione nuncupatum approbat Bened. XIV. 1748. Ordo Equeſt. S. Georgii Martyris confirmatur in Bavaria Autor. Apoſtol. & iterum 1741. eodem an. Ordo Eques: ſive Militia S. Januarii A Carolo utriuſq. Sic. Reg. inſtituta. Multa conceſſa Militiæ SS. Mauritii, & Lazari, & aliqua de eadem declarata, & ſancita in Cong. *Fructuoſa Militarium* an. 1744.

(a) Monachi Presbyterio initiari cœpti IV ſaltem labente ſæculo. Primus omnium S. Athanaſius Clero Alexandrino Sacerdotes ex Monachis dedit. Ejus veſtigiis in Occidente primus inſtitit S. Euſebius Vercellenſis ex Ambroſ. ep. 25. p. 246. Siricius in ep. ad Himerium permittit Monachis *quoque, quos tamen morum gravitas, & vitæ, ac Fidei inſtitutio ſancta commendat, Clericorum officiis aggregari*. Ex quibus ſcribit Sandinus not. 6. ad Siricium, quod hic Monachis *etiam ad Epiſcopatum aditum patefecit*.

Monachi quandoque Epiſcopi creabantur honoris cauſa, etſi nulli plebi præficerentur tempore conſecrationis ſuæ, ſed in Monaſteriis manerent, quod de *Barſe*, *Eulogio*, & *Lazaro* ſcribit *Sozomenus L. 6. c. 34.* Hos tamen poſtea vacantibus Eccleſiis præfectos fuiſſe crediderim, inquit *Nat. Alex. Sæc. IV. c. 5. art. 9.* cum *Valeſio* in Notis ad Sozomenum.

Digitized by Google

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XI.

M I R A C U L A.

SÆCULUM CHR. I. II. III. IV. V. VI.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

Chriſtus Dei filius in terris degens, edit innumera Divinæ virtutis ſigna, quorum partem ſacri Evangeliſtæ referunt.

Idem à Sectatoribus ſuis ingentia miracula patranda prænunciat. *Joan. 14. Matth. 16.*

Sanctiſſimi Apoſtolorum Principes Petrus, & Paulus, aliique per Orbem terrarum Chriſtianam Religionem plurimis, maximiſque miraculis ſanciunt.

Aliquot miracula habemus in Actis Apoſtolicis.

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

Quot annis ſtata die mare aperitur, ut Chriſtianis cultoribus adire detur D. Clementis ſepulchrum, ſub undis divinitùs extructum. *Aliter narrat Pagi Jun. in Clem.*

Bello Marcomanico Rom. copiis pluviam ad ſitim levandam, in hoſtes fulmina de Cœlo precibus evocat Chriſtiana Legio, inde Fulminatrix (a) dicta.

Floruere hoc ſæculo miraculorum gloria SS. Clemens, Fauſtinus, & Jovita, aliique innumeri.

Teſtes habemus Hegeſippum apud Euſebium, & Ethnicos, qui crebra prodigia Magicis artibus tribuebant.

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

S. Gregorius Thaumaturgus precibus montem transfert.

Idem Lycum exundantem baculo coercet.

Mulier auſa indignè ad Sacram Menſam, D. Cypriano operante, accedere, temeritatem ſubita morte luit.

Prodigiis patrandis claruere SS. Felix Nolanus, Gregorius Thaumaturg. & SS. Agatha, & Chriſtina.

A S. Cypriano aliqua hujus ſæculi miracula traduntur, ſed pleraque ab Actis Martyr.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Crux Conſtantino Magno è Cœlo apparet cum inſcriptione: *In hoc Signo vinces 312.*

Ignis è fundamentis erumpens, & operarios adurens, vetat locari fundamenta Templi Judaici, quod Julianus Imp. inſtaurare parabat.

Thaumaturgi hujus ſæculi fuere SS. Antonius, & Hilarion Abb. Nicolaus Myrenſis, & Martinus EE.

Teſtantur plura miracula SS. Athanaſius, Ambroſius, Gregorii Nazianzenus, & Nyſſenus, Theodoretus.

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Puer Conſtantinopoli ſpectante populo, in ſublime elatus, diſcit ab Angelis comprimendum eſſe terræmotum repetitis his vocibus. *Sanctus Deus, Sanctus Fortis &c. Baron.*

Ampulla Sacri Chriſmatis de Cœlo coram populo ad inungendum Clodoveum Francor. à Columba defertur.

Inclaruere miraculis SS. Simeon Stylita, Patritius, Maurilius.

Miracula hoc ſæculo patrata ſcripſere S. Auguſtinus, & Victor Vitenſ.

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Piſcina Oſe in Luſitania natura prorſus arida pridie Paſchatis quot annis redundabat aquis, quæ mox luſtratis Sacro fonte quotquot ibi Chriſto nomen dabant, evaneſcebant.

Epiſcopi Orthodoxi poſt reſectas radicitùs à Vandalis linguas, diſertè loquuntur. Celebres miraculis fuere SS. Benedictus, Severinus, Leonardus, Medardus.

Plura ſcripſere SS. Gregorii M. & Turonenſis, ac Venantius Fortunatus.

MIRACULA.

SÆCULUM CHR. VII. VIII. IX. X. XI. XII.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Heraclius Imp. Chriſti D. Crucem ex hoſte receptam, nudipes, & ſacco indutus infert Hieroſolymam, cum auro, gemmiſque fulgens cœleſti vi repelleretur.

S. Romanus Archiep. draconem agro Rhotomagenſi infeſtum ſtola injecta in urbem trahit, populo ſpectante cremandum.

SS. Amandi, Theodori, Columbani, Joannis Eleemoſyn., & illorum miracula celebrantur.

Ab Adelmanno, & Joanne Moſcho plura hujus ſæculi mira traduntur.

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Crucifixi imago Berythi a Judæis perfoſſa, largo ſanguine manavit.

S. Joanni Damaſceno manus amputata, à Deipara reſtituitur.

Acta II. Synodi Nicænæ teſtantur miracula S. Platonis Martyris in ſubveniendis captivis.

SS. Winocus Ab. & Svvibertus E. præcipuam in patrandis miraculis gloriam tulere.

Venerabilis Beda, & S. Ludgerus nonnulla hujus ævi miracula memorant.

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

S. Jacobus Apoſt. ex equo candido militans in acie pro Ramiro Legionis R. ab exercitu conſpicitur.

Caradignæ in Hiſpania pavimentum, ſub quo ſepulti 200. Monachi à Saracenis cæſi 848. 6. Auguſti, qua die contigit cædes, quotannis ſanguineo ſudore madet. Miraculis ſæculum illuſtrarunt SS. Anſcharius, Eulogius, Rembertus EE.

Teſtes miraculorum habemus Rembertum, & Bavonum EE. cum Thegano.

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Crucem inter media tela præferente S. Uldarico, Otho I. parva manu immenſas Hungarorum copias delet.

Comes Othonis I. vinculorum S. Petri contactu a Dæmonis moleſtiis liberatur. In Synodo Vintonienſi, imago Chriſti pendentis è Cruce, ad S. Dunſtani preces loquitur, bonis Monachis contra malos Clericos favens.

Imago Chriſti Domini olim ad Abagarum miſſa Conſtantinopolim tranſlata, & applicata ſimilem eidem imprimit effigiem.

SS. Uldaricus, & Bonifacius EE. SS. Nilus, & Majolus Abb. clarent miraculis.

Multa ſupra vim naturæ patrata ſcribunt Reghino, Flodoardus, & alii.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Avalonis urbis muri Roberto R. Gallorum pſallente, concidunt 1005.

S. Stanislaus Cracovienſis Antiſtes Equitem Petrum, a tribus annis ſepultum, teſtem multis ſpectantibus, ad Regis Boleslai tribunal adducit.

Ad S. Guntheri Anachor. preces pavo affatus avolat è menſa S. Stephani Hungariæ Regis.

Clarent miraculis SS. Romualdus, Stanislaus, & Joannes Gualbertus.

Plura miracula referunt Arnolphus Comes, Glaber. B. Petrus Damiani, Adam Bremenſis.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Ingens languentium multitudo paſta panibus, quos S. Bernardus Cruce ſignaverat, repente convaleſcit, ut ille publicè prænunciarat.

S. Benedictus puer duodennis divino impulſu Rhodanum ad Avenionem ponte conjungit 1177.

Habuit hoc ſæculum egregios mirandorum patratores SS. Bernardum, Norbertum, Malachiam, Iſidorum, Bennonem.

Scripſere Petrus Ab. Clun. Sigebertus, Bertholdus Conſtantienſis.

MIRACULA.

SÆCULUM CHR.XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII.

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad1300

Innocentius IV. S. Stanislaum Cracov. Sanctis adſcripturus, coram populo, illius ope implorata, mortuum vitæ reſtituit 1253.

Duo è Cœlo pueri Friderico R. Meſſanenſi Antiſtiti, Clero, & populo in Templo ſupplicibus enunciant, in funere S. Alberti Carmel. canendum: *Os Juſti &c.*

Miraculis fulgent SS. Dominicus, Franciſcus, Antonius Patavinus, Hyacinthus, Albertus.

Scribunt S. Bonaventura, Jacobus à Vitriaco. Thomas Cantiprat.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad1400

S. Rochus ſalutari Crucis ſigno graſſantem per Italiæ urbes luem illico fugat.

Cæleſtis lux diù, noctuque ſuperfulgens Sacram Euchariſtiam, in paludem à furibus projectam indicat. Rei tantæ monumetum à Caſimiro R. nobile templum erigitur 1347. prope Cracoviam.

SS. Nicolaus Tolent. Ivo, & alii operibus ſupra vim naturæ patratis inſignes fuere.

B. Raymundus Capuan. Joannes Villanus, Ayto Armenus plura memorant miracula.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad1500

S. Franciſcus Paulanus à nautis rejectus Siculum fretum, ſtrato ſuper fluctibus pallio, cum ſocio tranſmittit.

Taurini in area publica, Hoſtia Sacroſancta è pyxide ſpontè reſiliens, in ſublime fertur, radiis circumſepta; mox ad preces Epiſc. Cleri, & frequentis populi in ſuppoſitum calicem deſcendit 1453.

Grandia patrant miracula SS. Vincent. Ferrerius, Joannes de Capiſtrano, Franc. Paulanus.

Scripſere S. Antoninus, Philippus Bergomas, & alii.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad1600

Imago Crucifixi lapidum ictibus petita, ſanguinem emittit circa 1556. *Ex Brentio Lutherano.*

Sylvæ Ducis in Belgio quidam S. Antonii imaginem per contemptum concidentes, ſacro igne repente correpti, poſtridie moriuntur. *Res fuit oppido nota, & in publicas tabulas relata 1566.*

Innumera ſunt, & planè maxima, quæ de S. Joanne Dei, Franciſco Xaverio, Ludovico Bertrando, Philippo Nerio, Paſchale Baylonio ab Hiſtoricis fere æqualibus producuntur; plura ex Canonizationum Proceſſibus conſtant.

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad1700

An. 1608. 25. Maii in Templo Lavernenſi Burgund. Sacra Euchariſtia, ſpatio 30. horarum, omnibus circa igne conſumptis, in aere perſtat. Interfuere ſpectaculo plurimi teſtes.

Neapoli 1634. e Lethali perfracti capitis vulnere Marcellus Maſtrillus S. Jeſu, ope S. Franciſci Xaverii repente convaluit. Res fuit urbi, & Italiæ notiſſima.

Ictus, qui è Sepulchro S. Paſchalis audiuntur, tota Hiſpania celebrantur.

Edidere miracula SS. memorati.

Scribunt Gaulterius, Bredembachius & alii.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab An Chr. 1700 ad1750

Initio ſæculi Oſſa B. Nicolai Tolentinatis copioſius, quam alias unquam ſanguine manarunt. In Sicilia cerea icuncula Pueri Jeſu lacymata eſt dies plures continuis fermè, & valde conſpicuis guttis, ut teſtes res illa, & multos habuerit, & fide digniſſimos.

Digitized by Google

Ab an. 1700 ad 1750

Anno Jub.1725. Romæ in Templo Vaticano apud Statuam Principis Apoſtolorum, quæ prope ipſius ſepulchrum ad lævam colitur, renovatum eſt in homine Germano, qui cruribus uti non poterat miraculum, de quo Act.3. Teſtes ad Juris normam examinati teſtati ſunt.

Miraculis per hos annos claruerunt præcipue SS. Vincentius Ferrerius, & Aloyſius Gonzaga. Quorum multa typis vulgata fuerunt, & circumferuntur. S. Franciſci Xav. patrocinio adſcribitur, quod Goa e Barbarorum eam jam prope invadentium manibus liberata ſit.

Accedunt miracula, quæ tot ſanctis hominibus per hoc tempus Eccleſiæ faſtis adſcriptis, in S. Rituum Congregatione ſeveriſſimis de more examinibus probata ſunt. (b)

(a) De his legendus Xiphilinus in Epitome Dionis, Euſebius L.5. Hiſt. Eccleſiaſticæ cap.5. & in Chron.& Tertullianus Apologetici cap.5. *Cæterum de tot exinde Principibus ad hodiernum, divinum, humanumque ſapientibus edite aliquem debellatorem Chriſtianorum. At nos è contrario edimus Protectorem, ſi literæ M. Aurelii graviſſimi Imperatoris requirantur, quibus illam Germanicam ſitim, Chriſtianorum forte militum precationibus impetrato imbre, diſcuſſam conteſtatur. Sicut non palam ab hujuſmodi hominibus pœnam dimovit, ita alio modò palam diſperſit, adjecta etiam accuſatoribus damnatione, & quidem tetriore.* Exemplar literarum Marci Aurelii Imperatoris, quod eſt ad calcem Apolog. poſterioris S.Juſtini ſuppoſititium viris eruditis videtur, & infra ſæculum Juſtiniani Imperatoris ab imperito rerum Romanarum Græculo confictum. Aliæ igitur erant Literæ, ad quos provocavit Tertullianus. Objecta nonnulla contra hujus miraculi fidem diluit *Nat. Alex. Sæc.II. cap.5.*

(b) Accedat ingens Miraculum, quod (inquit Card.Lambertinus, nunc Bened.XIV. L.4. de Canoniz. Par.1. c.31.) non unum aut alterum teſtem habet, ſed totam Italiam, & (ut ita dicamus) totum Chriſtianum orbem Sanguinis S. Januarii M. Multa ſunt, quæ adverſus hoc perenne miraculum ab Etherodoxis proponuntur. Petrus Molinæus in ſuo Vate Calviniano L.5. c.14 Quid, inquit, facilius quàm injicere calcem in Lagenam, quæ ſic excitet Bullas, ut liquor fervere videntur? Sed experimento Fortunii Liceti de 2. quæſ. per ep. c.45. patuit quod injecta calx in coagulatum Sanguinem eum non liquefaciat. Jacobus Serces in Tract. de Miraculis rem refert ad aſtutiam Sacerdotum: At hæc aſtutia potuit ne latere ſpatio tot ſæculorum? Joannes Conradus Danhavverus rejicit Miraculum ob inutilitatem: Sed utilitas eſt Fidei confirmatio. Hinc Melch. Corneus in Def. Mir. p.37. adverſus Danhavverum: O ſi tu ſectæ tuæ firmandæ par haberes argumentum, ut ampullareris? In Biblioth. Germ. Tom.29. an.1734. Nevmannus Chimicus ad Phialam Chryſtallinam, in qua erat materia ſicca, nigra, dura, juſſit afferri caput mortui, materies rubicunda evadebat, liqueſcebat, ebulliebat, volumine excreſcebat & opplebat Phialam, quo facto ſe putavit irridere Miraculum S. Januarii. At hæc mutatio non in compoſito Chimico accidit, ſed in ſanguine: non ſemel, ſed toties, quoties: idque a pluribus ſæculis, quæ vim omnis compoſitionis chimicæ enervarent. *Vid.C.Lamb. l.c.*

Digitized by Google

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XII.
SCHISMATA, CONTENTIONES, ABUSUS.
SÆCULUM CHR.I. II. III. IV. V. VI.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

Obmurmuratio Græcorum adverſus Hebræos, cui tollendæ creati ſunt ſeptem Diaconi, quorum apex S. Stephanus 33.

Petrus, cùm ſecum Paulus in Concilio Apoſtolorum diſceptavit non deſpexit Paulum, quòd Eccleſiæ priùs perſecutor fuiſſet, ſed conſilium veritatis admiſit. *Verba ſunt S. Cypriani Ep.71. ad Quintum.*

S. Petrus cum Simone Mago, quem Roma veluti Numen adorabat, contendit, ac ex aere volantem precibus præcipitem agit. *Arnob. L. 2. adverſus Gent.*

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

Cùm Victor I. in Concil. Romano 198. ad controverſias de Paſchate, inter Chriſtianos exortas tollendas, decreviſſet, ut celebraretur Dominico die poſt Lunam decimam quartàm, Aſiaticos, decreto parere detrectantes, Eccleſiaſticis diris devovit. Ex hac agendi ratione, quæ ſeverior nonnullis eſt viſa, Schiſma conflatum eſt, quod Eccleſiam uſque ad Concil. Nicænum I. exagitavit. *Vid. Euſeb. L. 5. c. 24. ſed adde Sozom. L. 7. c. 19.*

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

In Romano Concilio decretorio Cornelii judicio lapſorum cauſæ finis impoſitus eſt, datæque certæ leges de iis ad communionem recipiendis 253. vel 254.

Novatianus, à Novato Hæreſiarcha impulſus, Cornelio P. obſiſtit 254.

Agrippino Carthaginenſi E. per errorem Hæreticorum Baptiſma damnante, gravis in Eccleſia controverſia naſcitur de inſtaurando Hæreticorum Baptiſmate, quæ plura deinde ſæcula tenuit, quamvis non iterandum Stephanus Pontif. Rom. decreviſſet 256.

Alterum Schiſma conflat Feliciſſimus contra Cyprianum eodem tempore.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Felix Antipapa contra Liberium 352. Scindunt Orient. Eccleſiam Euſthatiani, & Meletiani Antiochiæ 360.

Occidentalem Lucifer Calaritanus 362. Urſicinus contrà Damaſum inſurgit 366.

Donatiſtæ ſchiſmate ſcinduntur à Cæciliano 396.

Intolerandi abuſus in Agapis Chriſtianorum Patres ad eas vetandas impellunt.

Qui ex Chriſtianis edicto Diocletiani de tradendis Sacris libris paruere dicti ſunt *Traditores*.

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Eulalius Schiſma exorſus, gradu dejicitur 419.

Petrus Fullo F. Antiochenus addens, *Hymno Sanctus, Sanctus &c. Qui propter nos crucifixus eſt*, magnas excitat in Eccleſia turbas.

Semina Schiſmatis Conſtantinopolit. Præſulum, Primatum affectantium, jacta ab Acacio 471.

Quamvis Henoticon Zenonis nullam diſertè hæreſim contineret, meritò tamen à piis quibuſque rejectum eſt.

Cœlius Laurentius contrà Symmachum P. 499.

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Dioſcorus contrà Bonifacium II. electus, brevi extinguitur 530.

Felix, & Vigilius aliquandiù Schiſmatici, tandem legitimi P. P.

Theodorus Cæſareæ in Cappadocia Epiſc. Juſtiniano Trium Capitulorum damnationem perſuadet; unde ſeges diſcordiarum in Eccleſia per duo fere ſæcula.

Digitized by Google

SCHISMATA, CONTENTIONES, ABUSUS.

SÆCULUM CHR. VII. VIII. IX. X. XI.

Acæmetarum, & Scytharum Monachorum contentiones, prioribus damnatis à Joanne II. Pontifice.

Salonius Ebredunenſis, & Sagittarius Vapincenſis in Gallia inter Epiſcopos primi caſtra militum more ſequuti ſunt. *Baron.*

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Conſtans II. Imp. Paulo Patr. C.P. ſuadente, Typum evulgat, ſed improbatur à Theodoro R. P. *648.*

Auctior hinc Græcorum à Latinis abalienatio, donec in hæreſim evadat, & Græciam perdat.

Ravennas Eccleſia Exarchi potentià freta, in Romanam aſſurgit *669.* ſed opera Theodori Archiep. ad ejuſdem auctoritatem revocatur ſub Agathone.

Schiſma Romæ ex diviſione aſſectatorum Theodori, atque Paſchalis *687.*

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Schiſma ob Theophylactum contrà Paulum electum 757.

Conſtantinus nec dum ſacris initiatus Paulo I. moriente eligitur, fratre Duce Nepeſino Romam cum exercitù ingreſſo 767.

Vitiza Hiſpaniæ Rex ſibi ſubjectos Epiſcopos à Rom. Pontificis auctoritate ſemovet.

Leo III. à Romanis injurioſè tractatur, ſed in Carolo Magno præſidium invenit.

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Synodus Paris. *829.* execratur audaciam mulierum, quæ in quibuſdam Galliæ provinciis auſæ fuerant Sacramenta populis miniſtrare.

Schiſma adversùs Eugenium II. 824. contra Benedictum III. 855. contra Formoſum *891.*

Joannes VIII. nimis indulgens Apoſtolicæ ſeveritatis vim primus infregit, undè plurima in Eccleſiam mala fluxere, & nota de Papiſſa fabula. *Baron.*

Schiſma inter Sergium III. & Joannem IX. *897.*

Bonifatius Antip. pulſus per Stephanum VII. *897.*

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Stephanus VII. P. peſſimo exemplo Formoſi, veluti vitio creati, acta reſcindit. Infeliciſſimum Romanæ Sedi ſæculum, quo mulierum, & virorum Principum ludibrio viſa eſt proponi.

Manaſſi Arelatenſi primùm plures committuntur Epiſcopatus *936.*

Hugo nondum quinquennis eligitur Remenſis Epiſc. *947.*

Leo VII. contra Joannem XII. *956.* & contra Benedictum V. *964.* Bonifacius VII. & Benedictus VII. contra Joannem XIV. *984.* Joannes XVII. contra Gregorium V. *996.* (a)

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Gregorius contra Benedictum VIII. 1012. Silveſter, & Joannes contra Benedictum IX. 1033.

Henricus IV. Cæſar. Epiſcoporum, & Abbatum inſtituendorum jura uſurpat. Hinc longa malorum ſeries.

Michael Cerularius Patr. C.P. Azymorum uſum Latinis exprobans, novum inter eos, & Græcos odiorum ſemen jacit 1053. Schiſma contra Alexandrum II. 1061. contra Greg. VII. 1073. contra Paſchalem II. 1099.

Puer juſſu Regis eligitur Aurelianenſis E. 1097. die SS. Innoc: ſacra. Hinc illud Leoninum.

Eligimus puerum puerorum feſta colentes. Non Domini dictum, ſed Regis juſſa ſequentes.

SCHISMATA, CONTENTIONES, ABUSUS.

SÆCULUM CHR. XII. XIII. XIV. XV. XVI.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200 Henricus V. per vim jus deferendi Epiſcopatus, aliaque munera a Paſchali II. extorquet; qui mox omnia per vim expreſſa irrita declaravit 1105. Burdinus contra Gelaſium II. 1118. Petrus Leo, & Octavianus contra Innocent. II. 1130. & deinde contra Alexand. III. 1159.

Guido Cremenſis, & Joannes Struma contra Alexandrum III. 1164.

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300 Fridericus II. Ænobarbi nepos, dolis, edictis, Saracenis in Italiam vocatis, bellis iniquiſſimis, Sacros Antiſtites, Romanos Pontifices, Eccleſiam per annos 30. turbat, & vexat, Imperatoris nomine bis per Rom. Pontificem exutus.

Inter Dominicanos, & Franciſcanos Theologos, magnis utrimque conatibus celeberrima de Conceptu Deiparæ controverſia incipit agitari.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400 Diſſidium graviſſimum inter Bonifacium VIII. & Philippum Pulchrum Franciæ Regem, in quo Pontifex poſt carceris deformationem ex mœrore obiit.

Nicolaus V. Antipapa contra Joannem XXI. ſeu XXII. 1316. Robertus, ſ: Clem. VII. contra Urbanum VI. 1378.

Petrus de Luna contra Bonifacium IX. ejuſque Succeſſores ab anno 1394. uſque ad 1424.

Inter Rom. Pontifices poſt D. Petrum nullus Pontificatus annum 25. attigit, hic unus trigeſimum Pſeudopontifex exceſſit.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500 Cùm tres eſſent dubii Pontifices inſurrexit opinio docens, R. Pontificem, etiam certum Œcumenico ſubeſſe Concilio.

Hanc inter eas, quæ tantùm tolerantur, locat Petrus de Marca Arch. Pariſ. in Diſſert. de Infallib. Papæ.

Ægidius, ſeu Clemens VIII. contra Martinum V. 1424.

Pragmatica Sanctio in Conventu Gallicorum Epiſcoporum Bituricis 1438. Amadeus VIII. Dux Sabaud. I. ſive Felix V. contra Eugenium IV. 1439. Sed agnito electionis vitio ſponte abdicavit.

Henricus VIII. Angliæ Rex Defenſor Fidei appellatus, poſt propugnatam Catholicam Religionem, defecit ab Eccleſia, ob negatam a Rom. Pontific. ritè conſtantis matrimonii ſolutionem 1534. Hinc Anglicanum Schiſma. Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

In Comitiis Auguſtanis 1546. *Interim* promulgatur, in quo religionis forma, uſque ad Œcumenici Concilii definitionem præſcribitur, magno Chriſtianæ pietatis detrimento.

Colloquium Piſſiacum in Gallia 1561. quod civilia bella, & ingentia mala conſecuta ſunt. *Gaulter.*

Solemnes inter Patres Dominicanos, & Soc. Jeſu de auxil. Divinæ Gratiæ concertationes temperantur per Paulum V. nil definiendo, & interim nota alienam ſententiam inurendi facultate ſublata. Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

Ob amplificata, ut appellant, Regaliæ jura gravis inter Rom. Pontificem, & Gallos controverſia.

Declaratio quinque Propoſitionum in Gallicano aliquot Epiſcopor. Conventu 1682. magnam Rom. Pontif. præbet offenſionis cauſam, Alexand. VIII. 30. Januarii 1691. morti proximus Conventus acta reſcindit.

Digitized by Google

SCHISMATA, CONTENTIONES, ABUSUS.

SÆCULUM CHR.XVIII.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab an. Chr. 1700 ad1750

Janſeniſtæ Clerum Batavicum adverſus Summum Pontificem commovent. Belgium, Galliamque perturbant.

Appellatum ad futurum Concilium ab aliquot etiam religioſis hominibus, imo & a nonnullis Epiſcopis.

Ad hæc, Fanaticorum tumultus in Gallia, Pſeudo-Concilium Presbyterianorum in Scotia, diſſidia inter Catholicos, & Proteſtantes in Germania, Schiſma Capituli Leodienſis, Epiſcopum proclamantibus aliis Elect.Colon.Clementem Bavar., aliis Ludovicum Palat. Rheni Ord. Teuth. Magiſtrum: defectio Toggenburgenſium a Sangallenſi Abbate ad Helvetios Calviniſtas, depoſitio Jacobi Patriarchæ Antiocheni, electio Corneli Berchmans ad Epiſcopatum Ultrajectenſem, ejuſque conſecratio ſacrilega.

An.1730. ſecundum ſæculum Confeſſionis Auguſtanæ a Lutheranis ſolemniter celebratum, præcipue a Boruſiis, Hannoverianis, Danis: Berlini eo ipſo die, ex fulmine conſequutum incendium, quod urbis magnam partem abſumpſit.

Superſtitioſus Abbatis Paris Janſeniſtæ cultus a Clemente XII. damnatus, & conficta miracula reprobata an.1731. ſeveriſſimo Chriſtianiſſimi Regis edicto inſani cultores coerciti.

Idem S. Pontifex an.1738. Conſt. *In eminenti* condemnat Societatem, & occultos congreſſus, quos vocant, *dei liberi Muratori*, *Franc. Maſſons*. Qui jam inde ab anno præcedente invaleſcere cæperant.

Ab eodem, & a Benedicto XIV. Apoſtolicis cenſuris confixi ſchiſmatici Ultrajectenſes. 1735.& 1745.

(a) Sæculo X cum ob ſchiſmata duo, aut tres viverent Papæ dicti, Aquitani, ut obſervavit Joan. Beſlius iu Hiſtoria Pictavienſium Comitum, & Ducum Aquitaniæ p.136. & Papebrochius in Leone VIII, cum vellent an.Pontificatus conjungere cum annis Regis Francorum loco nominis Pontificis, *Salomonis* nomen apponebant ſive ut ſignificarent Deum eſſe Rectorem Eccleſiæ, ſive alia quacumque de cauſa. Hinc diploma datum *Menſe Martio Fer.*III. *Luna* XXVI. *Lothario Rege Salomone regnante an.*DCCCCLXII Deinde in ſchiſmate Benedicti VII, & Bonifacii VII. aliud ſcriptum: *Datum menſe Junio regnante Lothario Rege an.D.N. Jeſu Chr.*DCCCCLXXIV *Salomone Papa*. Contendentibus de Papatu Gregorio V & Joanne XVI Scriptum aliud: *Datum menſe Februario*, *regnante Hugone Rege*, *anno ab Incarnatione D. Jeſu Chr.*DCCCCXCVI *Salomone Papa*. Quæ formula coincidit cum ea: *Regnante in perpetuum D. Deo noſtro*, quæ legitur in Privilegio Marini II. an.943, cum Hugo, & fil.ejus Lotharius Italiæ regnum abſque Imperii corona obtinerent. Vid. Papebroch. in Conatu Chr.Hiſtor.Mabillonius Sæc.VI Benedic. quædam exempla hujus formulæ *regnante Chriſto* exhibet Parte 1. p.641. ſub Roberto Franc. Rege initio Sæc.XI. Vid. Pag. Jun. in Leon. VIII, & Marino II.

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XIII.

H Æ R E T I C I.

SÆCULUM CHR.I. II. III. IV. V. VI.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

Judas Sacramentariorum anteſignanus teſte S. Jo:Chryſoſt. *hom.46. in Evang.* Simon Magus rerum ſacrarum mercatum, & nundinationem primus propoſuit: hinc ab eo Simonia nomen invenit.

Thebutes, Alexander Ærarius, Hymenæus, Philetus, Diotrephes, Cerinthus, Cleobius, Ebion, Menander, Doſitheus, Nicolaitæ.

Certum non eſt Nicolaum unum è ſeptem Diaconis auctorem Nicolaitarum fuiſſe.

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

Elxajus, & Jexeus fratres, Saturninus, Baſilides, Carpocrates, Valentinus, Nazaræi, Ophitæ, Cainani, Sethiani, Gnoſtici, Bardeſanes, Baſſus, Ptolemæus, Marcus, Heracleon, Cerdo, Marcion, Apelles, Hermogenes, Montanus, Tatianus, Severiani, Aſſotæ.

Prodicus Adamitarum parens, Archontici, Blaſtus, Florinus, Quartadecimani.

Lucianus, deſerto Chriſto, factus eſt atheus, impius Divinitatis Potentiæ, & Sapientiæ deriſor.

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

Tertullianus, à quo Tertullianiſtæ teſte S. Auguſtino, Symmachus, Arabici, Agrippiniani, ſive Rebaptizantes.

Origenis lapſus Eccleſiæ luctuoſus, & indè Origeniſtæ.

Elceſaitæ, Valeſii, Novatiani, qui & Cathari, Noetiani, Homouſiaſtæ, Beryllus, Aquarii, Sabelliani, Paulus Samoſatenus, Angelici, Apoſtolici, Chiliaſtæ, ſeu Millenari, inter quos Patres aliqui priuſquam damnaretur error. Manichæi, Hieracitæ, Abſtinentes.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Donatus, Meletius, Arius, cujus peſtiferum dogma toto fere Chriſtiano Orbe propagatum eſt.

Colluthus, Petilianus, Audæus, à quo Antropomorphitæ, Plotinus, Macedonius, Eunomius, Euſtachius, Meſſaliani, Hypſiſtarii, Theophronius Agnoitarum progenitor, Paterniani, Apollinaris, Collyridiani, Seleuciani, Antidicomarianitæ, Hermiani, Priſcillianus, Helvidius, Jovinianus, Agapeti, Nudipedes, qui ſiniſtra interpretatione ſibi aptabant præceptum Moyſi datum: *Solve calceamentum de pedibus tuis*.

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Vigilantius, Secundianus, Felix, Fortunatus, Fauſtus.

Manichæi, Pelagiani, Acephali, Semipelagiani, Ruffinus, Cœleſtius, Maximinus, Abeliotæ, Theodorus, Mopſueſtenus, Diodorus Tarſenſis, Neſtorius, Eutyches, Petrus Fullo.

Xenajas Iconoclaſtarum parens, priùs Epiſcopus, quàm Chriſtianus.

Prædeſtinati, Acephali, Hæſitantes, Theopaſchitæ.

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Deuterius, Angelitæ, Severus Monachus Severianorum, ſeu Acephalorum parens, Julianus Halicarnaſſæus, à quo Phantaſiaſtæ, ſive Aphtardocitæ. Joannes Grammaticus cognomento Philoponus, à quo Tritheitæ.

Petrus Apameenſis, Monophyſitæ, Monothelitæ, Jacobitæ à Jacobo Zanzalo, Barſaniani, Tetraditæ, Canonitæ, Chriſtolytæ, Contobabditæ.

Ferquardus I. Scotorum R. confeſſionem in aurem Sacerdoti factam irridens à ſuis habitus eſt hæreticus, & è ſolio in carcerem deturbatus. Boeth. Leslæus.

Digitized by Google

HÆRETICI.

SÆCULUM CHR. VII. VIII. IX. X. XI. XII.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Heicetæ, Gnoſimachi, Bayras Mahometis magiſter, Sergius, & Pyrrhus, & Paulus CPtani, Cyrus Alexandrinus, Macarius Antioch. Patriarchæ Monothelitæ.

Mahometes patre Ethnico, matre Judæa, idemque Chriſtianus monſtroſam ex tribus diſciplinis ſectam confecit, ſimulato Archangeli Gabrielis congreſſu, & adjutore Monacho Sergio 620.

Chazinzari, Armeni, Etnophrones, Patermeneutæ, Lampeſiani, Theocatagnoſtæ, Aginnenſes, *ſi fides Prateolo*.

In Sexto Toletano Concilio decretum eſt, ut inter alia Sacramenta hoc præcipuè ſe Rex obſtringeret, antequam ſolium aſcenderet, non paſſurum ſe quemquam non Catholicum in Hiſpania degere.

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Agonyclitæ, Chriſtiano-Categori.

Leo Iſaurius Imper. ſacrarum cultum imaginum, veluti ex Ethnicorum errore natum, omni vi adniſus eſt tollere, quæ res ei cognomen Iconomachi dedit 723. Inconoclaſtæ.

Aldebertus Gallus, Clemens Scotus, Pauliciani, ſive Atingani.

Felix Urgelitanus, & Elipandus.

Albanenſis, quorum propago Bagnolenſes, qui Albanenſium erroribus alios addidere.

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Claudius Taurinenſis Felicis Urgelitani diſcipulus.

Theoda Pſeudoproph. quæ ſibi notum extremi judicii diem jactabat.

Godeſcalcus Prædeſtinatianorum inſtaurator.

Leo Armenus Sacrarum imaginum cultui bellum atrox indicit 814.

Photius Græcorum Schiſmaticorum anteſignanus Pſeudopatr. CP.

Joannes Scotus cum ſociis Fredevardo, & Bertramo, quos aliqui Sacramentariorum præcurſores appellant.

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Novi Antropomorphitæ in Italia.

Manichæorum ſecta Philoppopoli reviviſcit.

Lutardus in Gallia Crucis, & Decimarum hoſtis.

Vilgardus Grammaticus Ravennas deceptus à Dæmonibus, illi ſub Horatii, Virgilii, & Juvenalis ſpecie apparentibus, docet Poetarum dictis fidem habendam 1000.

Peculiari Divini Numinis providentia effectum videtur, ut nullo ſæculo pauciores hæreſes pullularint, quàm eo, quo plerumque in Rom. Pontificibus probitas, & doctrina deſiderata eſt.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Leutericus Senon. Archiep. Sacramentariorum prima ſemina ſpargit 1004. Berengarius Sacramentariorum Princeps 1040. Heribertus, & Liſorius novi in Gallia Manichæi.

Reordinantes, Michaël Cerularius, Simoniaci: Sacerdotiorum nundinatores, & novi Nicolaitæ Mediolani, contra quos Gregorius VII. acriter, & feliciter decertavit.

Inceſtuoſi, Wecilo Moguntinus, Roſcellinus Sabellianorum renovator.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Baſilius Bongomilorum caput.

Petrus de Bruis, Durandus de Waldach, Petrus Abailardus, Arnaldus de Brixia, Marſilius Patavinus, Patareni.

Pſeudapoſtolici, Henriciani, Adamitæ, Eon, Waldenſes, ſeu Pauperes de Lugduno, quorum reliquiæ in vallibus Alpium Cottiarum.

HÆRETICI.

SÆCULUM CHR. XIII. XIV. XV. XVI. XVII.

Inſabbatati, Albigenſes, Correrii, ſeu Coterelli.

Periohannitæ, qui primi Romanum Pontificem ſtultè auſi ſunt appellare Antichriſtum. *Gaulter.*

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

Almaricus Carnotenſis, David Dinantius, Guillelmus de S. Amore, & Deſiderius Langobardus religioſæ paupertatis hoſtes.

Flagellantes, Gerardus Sagarellus.

Hermannus Auctor Fraticellorum, qui & Biſochi, Viduarum, Matronarum, & Virginum, quas pelliciebant ad nocturna S. cra, corruptores. Perperam a nonnullis cum Beguardis, & Beghinis confunduntur. Quietiſtis ævi recentis multa cum his communia.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

Beguardi, & Beguinæ auctore Bogonato, Dulcinus à quo Dulciniſtæ, Templarii, Barlaamus, & Acyndinus, Michael de Ceſena, Lolhardus Walterus, Joannes de Poliaco, Raymundus Theophitus.

Petrus de Cugneriis hoſtis juriſdictionis, & libertatis Eccleſiaſticæ, Richardus Armacanus, Bertoldus de Borbach, Bartholomæus Janovèzius, Turelupini, ſive Cynici ſecta planè ferina, & agreſtis.

Joannes Wicleffus, qui Wigornienſi Epiſcopatu non impetrato à Rom. Pontifice, ingenium & ſtilum in Sedem Apoſtolicam convertit 200. voluminibus ſcriptis *Æneas Sylvius*.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

Joannes Hus, à quo Huſſitæ, Hieronimus de Praga.

Joannes Ziſcha Dux Thaboritarum, Joannes Roatius, Pikardus, à quo Pikardini, Bredricus auctor Orebitarum, Orphani, Joannes Betharim.

Tympaniſtæ, Petrus de Oſma, Jacobellus, Procopius, Petrus Dreſdenſis, Hermannus Riſſuich.

Joannes de Rochezana, Joannes Monachus, Nicolaus Galerus.

Matthæus Palmerius Chronologus Florent. ſed hæreticus manifeſtus ob librum de Angelis Scriptum flammis addictus eſt. *Gaulter*.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

Martinus Lutherus, Anabaptiſtæ, Petrus Vermillus cognom. Martyr, David Georgius, Caroloſtadius, Libertini, Oecolampadius, Antichriſtiani, Zuinglius, Brentius, à quo Ubiquetarii, Melancton, Bucerus, Jonas Lutheri coquus, qui ſe juſtum Jonam dicebat.

Calvinus, Servetus, Beza, Deiſtæ, ſive Trinitarii, Bruniſtæ, Puritani, Sabbatarii, Arrabonarii, Metamorphiſtæ, Antilutherani, Matthias, Flaccius, Infernales, Inviſibiles, Pharellus, Bibliſtæ, Pſeudopropheta Peruvianus, Sociniani, quorum peſſima ſecta, & vix Chriſtiana ſectatores tamen plurimos habet.

Poteſtantium nomen, quo plerique Novatorum gaudent, natum Spiræ 1529. à poteſtandi voce, & conſuetudine. *Surius, & Genebrard.*

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

Antipuritani, Joannes Piſcator, Arminius, Chamerius, Vorſtius, Sibrandus, Illuminati, Lubertus, Fratres Roſeæ Crucis, Tilenus, Franciſcus David cum reliquis Miniſtris Tranſilvanis, Fanatici, & Trementes in Anglia.

Quinque Janſenii dogmata 1653. ab Innocentio X. damnata; & iterum ab Alexandro VII. 1657.

Simon Morinus, qui ſe Spiritum S. prædicabat, Pariſiis comburitur 1663.

Cantores Iſraëlis in Scotia 1681.

HÆRETICI.

SÆCULUM CHR.XVIII.

Michaelis Molinos, & Quietiſtarum errores damnantur 1687.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab an. Chr. 1700 ad 1750

Janſeniana Factio per Galliam, Belgium, Hollandiam hoc tempore latè diffuſa Ordinis nomine à ſuis nuncupata, & in Abbatias, Prioratus, Collegia, Domos, Hoſpitia Heremos diviſa.

Janſeniſtarum præcipui Gabriel Gerberon, Joſephus de Brigode, Egidius de Witte, Kryſius, Sdurius, Bontius, Wallonius, Opſtraetius &c. Totius verò factionis Caput, poſt Antonii Arnaldi mortem Paſchaſius Queſnellus. De homine hoc conſule edictum H. G. Archiepiſcopi Mechlinienſis an.1704. & Cauſam Queſnel. De famoſo autem ipſius libro Obſervationum moralium, Breve Apoſtolicum Clem.XI. an.1708. *Univerſi Dominici Gregis &c.*& Conſtitutionem: *Unigenitus Dei Filius &c.* an.1713.

Aliæ etiam Sectæ, atque Hæreſes per hæc eadem tempora exortæ, ſed in ipſis initiis eliſæ. Mixtio quædam Quietiſmi, Anabaptiſmi, Chiliaſmi apud Helvetios 1693. Equites Apocalypſeos, Fanaticorum genus, Romæ 1694. Atheorum ſocietas Velitris 1719.

Beccarellus errorum, ac ſcelerum Michaelis Molinos Inſtaurator Venetiis in carcere mortuus. Aliæ impuræ hujus ſectæ Reliquiæ, Sacrorum Quæſitorum vigilantia, Romæ, atque alibi extinctæ.

Spinoſa, & Hobbes plures hoc tempore ſectatores habent. Janſeniani, qui ſe in Hollandiam receperunt, in interpretatione Scripturæ Libertinos, Phanaticos, & Spinoſam ipſum ſequuntur. Senſum litteralem plerumque rejiciunt; ac fere omnia eſſe volunt figurate, ſymbolice, ænigmatice dicta. Unde & *Figurativi* appellantur. De quibus Archiep. Cameracen. in Inſtruct. Paſtorali an. 1737.

Alii ex Janſenianis adhuc Galliam, & Belgium perturbant: atque extra Europam quoque errores ſuos diſſeminare, ac ſectam propagare conantur. Quæ ſint liberorum Muratorum propria dogmata, ac leges nondum ſatis compertum; neque adhuc de his ſaltem publice conſtat.

(a) Joannes Ziſcha Dux Huſſitarum locum occupatum mœnibus, domibuſque conſtructis Civitatem Thabor appellavit, ad Luſinitium amnem, ſuoſque *Thaboritas* dixit, quaſi ex Chriſto in Monte Thabor didiciſſent. Contra Catholicos immane Bellum geſſit, & Sigiſmundum, qui Regnum Bohemiæ mortuo Wenceslao adierat, ad pacem compulit indecoram, cum Templa, & Monaſteria incendiſſet, Viros Eccleſiaſticos, & Monachos contrucidaſſet. Pari crudelitate graſſati ſunt *Orebitæ*, Factio altera Huſſitarum, qui Sacerdotes aut igne cremabant, aut nudos ſuper glaciem colligabant, aut turpiter detruncabant. Orebitarum exercitum ducebat *Bredricus* Presbyter uxoratus. Thaboritæ mortuo Ziſcha in duas factiones diviſi, alii Duce Procopio Magno, quem Raſum vocarunt, alii nullo idoneo Duce invento, ſeſe *Orphanos* dicebant. Quare tres erant Exercitus Huſſitarum, magno documento quid Hæreſis poſſit in perniciem Reipublicæ. Æneas Sylvius in Hiſt. Bohemica, Cochlæus L.1.Hiſt.Huſſit. Nat.Alexand. Sæcul.XV. cap.2.

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XIV.

IMPERATORES ROMANORUM.

SÆCULUM CHR. I. II. III.

	1	OCTAVIUS Cæſ.Auguſtus moritur Chriſti nati 15. Imperii	44
Sæcul.	2	Tiberius adoptatus ab Auguſto ad 37.	33
I.	3	C. Caligula Germanici ex Agrippina fil. ad 41.	4
Ab ar.	4	Claudius Nero filius Druſi, Liviæ Nepos ad 54.	13
Chr.	5	Domitius Nero Agrippinæ fil. Germanici Nepos ad 68.	13
1 ad 100	6	Sergius Sulpitius Galba primus a militibus dictus Imper. ad 69. M.	8
	7	Silvius Otho a militibus pariter electus M.	3
	8	Aulus Vitellius à militibus extra Urbem dictus M.	8
	9	Flavius Veſpaſianus à militibus appellatus ad 79.	10
	10	Titus Veſpaſianus Flavii F. ad 81.	2
	11	Flavius Domitianus Titi frater ad 96.	15
	12	Nerva Coccejus à Domitiani interfectoribus dictus ad 98.	2
	13	Ulpius Trajanus primus exterorum adoptatus à Nerva ad 117.	19
	14	Ælius Hadrianus adoptatus à Trajano ad 138.	21
Sæcul.	15	Antoninus Pius adoptatus ab Hadriano ad 161.	23
II. Ab an.	16	M. Aurelius Antoninus ab Antonino Pio adoptatus ad 180.	19
Chr.	17	L. Verus a fratre in ſocietatem Imperii adſcitus ad 169.	9
100	18	Commodus M. Aurelii Antonini F. ad 192.	13
ad 200	19	Ælius Pertinax à Senatu invitus accepit Imperium M.	3
	20	Didius Julianus Juriſperitus invaſit Imperium. M.	2
	21	Septimius Severus electus à Senatu ad 211.	18
Sæcul.	22	Antoninus Caracalla Septimii f. degener ad 217.	6
III.	23	Macrinus cum Diadumeno f. ad 218.	1
Ab an.	24	M. Aurelius Antoninus Heliogabalus ad 222.	4
Chr.	25	Alexander Severus omni genere virtutum nobilis ad 235.	13
200 ad 300	26	Julius Maximinus ſine Senatus authoritate Imper. ad 237.	2
	27	M. Antoninus Gordianus Senior cum Filio Imperat. ad 238.	1
	28	Maximus Pupienus, & Cælius Balbinus 238.	1
	29	Gordianus Junior patre, & avo Imperat. ad 244.	5
	30	Philippus Pater, & F. genere Arabes ad 249.	5
	31	Decius ab Exercitu dictus Imperator ad 251.	3
	32	Gallus, & Voluſianus ejus F. ad 254.	2
	33	Valerianus, & Gallienus F. ad 268.	15
	34	Claudius II. à Senatu appellatus Auguſtus ad 270.	2
	35	Aurelianus è Dacia, ſive Mæſia oriundus ad 275.	5
	36	Tacitus inſigni moderatione memorandus 276. M.	6
	37	Florianus Taciti frater invaſit Imperium, tenuitque. M.	2
	38	Probus belli, paciſque artibus clariſſimus ad 282.	6
	39	Carus cum Carino, & Numeriano filiis ad 284.	2
	40	Diocletianus, & Maximianus fortes, ſed crudeles ad 304.	20

Digitized by Google

IMPERATORES ROMANORUM.

SÆCULUM CHR. IV. V. VI.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

41 Conſtantinus Clorus, & Galerius Maximianus à 304. ad 306. 3
42 Conſtantinus Magnus Conſtant. Clori f. ad 337. 31
43 Conſtantinus Junior Magni f. ad 340. 4
44 Conſtans Conſtantini Magni f. ad 350. 13
45 Conſtantinus Conſtantini Magni f. ad 361. 24
46 Julianus cognomento Apoſtata ad 363. 2
47 Jovianus, ſeu Jovinianus ab Exercitu dictus Auguſtus ad 364. M. 2

Valentinianus I. adſcito in conſortium fratre Valente Imperium dividit.

IMPER. OCCIDENTIS.		IMPER. ORIENTIS.	
48 Valentinianus I. ad 375.	12	1 Valens ad 378.	14
49 Gratianus ad 383.	8	2 Theodoſius I. ad 395.	16
50 Valentinianus II. ad 392.	9	*Mortuo Valentin. II. ſolus imperat.*	
51 Honorius à 395. ad 423.	28	3 Arcadius ad 408.	13

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

52 Valentin. III. à 424. ad 455.	30	4 Theodoſius II. ad 450.	42
53 Maximus Avitus ad 457.	2	*Adjutrice Sorore Pulcheria.*	
54 Majorianus ad 461.	4	5 Marcianus maritus S. Pulcheriæ Virginis ad 457.	6
55 Severus ad 465.	4		
56 Anthemius à 467. ad 472.	5	6 Leo I. ad 474.	17
57 Olubrius. M.	7	7 Leo II. cum Zenone ad 475.	1
58 Glycerius ad 474.	1	8 Zeno ſolus ad 491.	18
59 Julius Nepos ad 475.	1	*Per ann. duos vexatur à Baſiliſco Imperium occupante.*	
60 Momylus ſive Auguſtulus.	1		
Imperium Occidentis deficit.		9 Anaſtaſius I. ad 518.	27
ITALIÆ REGES.			
1 Odoacer Herulus ad 493.	17		
GOTHI.			
2 Theodoricus ad 526.	33		

Sæcul. VI. Ab an Chr. 500 ad 600

3 Athalaricus ad 534.	8	10 Juſtinus ad 527.	9
4 Theodatus ad 536.	3	*Primus Oriental. Cæſarum a Rom. Pont. Imperatoriis inſignib. decoratus.*	
5 Vitiges ad 540.	4		
6 Hildoaldus ad 541.	1		
7 Araricus ad 542. M.	7	11 Juſtinianus ad 566.	39
8 Totilas ad 552.	11	*Rom. Imperii dignitatem inſtaurat legibus datis, & Provinciis receptis.*	
9 Tejas ad 553.	1		
GRÆCI POST GOTHOS ad 568.			
LANGOBARDI.		12 Juſtinus Jun. ad 578.	12
10 Alboinus ad 571.	3	13 Tiberius II. ad 582.	4
11 Clepho ad 573.	1	*Munificentia, ac felicitate inclytus.*	
Interregnum ann.	12		
12 Flav. Antharius à 585. ad 590.	5	14 Mauritius I. Græcus ad 602.	20
Flavii omnes indè Reges dicti		*Sub hoc primùm Turcarum nomen auditum. Genebrard.*	
13 Agilulphus ad 616.	25		

Digitized by Google

REGES ITALIÆ. IMPER. ORIENTIS.

SÆCULUM CHR. VII. VIII. IX.

Reges Italiæ		Imper. Orientis		
14 Adalvaldus ad 626.	10	15 Phocas ad 610.	8	Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700
15 Ariovaldus ad 638.	12	16 Heraclius ad 641.	30	
16 Rotharis ad 654.	16	17 Conſtantinus IV. ad 642. m.	3	
17 Rodoaldus ad 659.	5	18 Conſtans II. ad 668.	26	
18 Aripertus I. ad 662.	3	19 Conſtantinus V. Pogonatus ad 685.	17	
19 Godebertus, & Bertharitus ffr.	0	*Bulgaris tributum pendit.*		
Pelluntur a Grimoaldo.				
20 Grimoaldus ad 673.	10	20 Juſtinianus II. 694.	10	
21 Garibaldus M.	3	*A truncato naſo dictus Rinothmetus.*		
22 Bertharitus ſolus ad 691.	18	*Hoc pulſo.*		
23 Cunipertus ad 703.	12	21 Leontius Patritius ad 697.	3	
		In Monaſterium detruditur.		
		22 Tiberius III. Abſimarus ad 705.	7	

Reges Italiæ		Imper. Orientis		
24 Luitpertus ad 704.	1	23 Juſtinianus II. iterum ad 711.	7	Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800
25 Ragumpertus M.		24 Philippicus ad 712.	1	
26 Aripertus II. ad 712.	8	25 Anaſtaſius II. ad 715.	3	
27 Aſprandus M.	3	26 Theodoſius III. ad 716.	1	
28 Luitprandus ad 744.	31	27 Leo III. Iſauricus ad 741.	24	
29 Hilprandus 736. M.	7	28 Conſtantin. VI. Copronym. ad 775.	34	
Una cum Luitprando.				
30 Rachiſius ad 756.	6	29 Leo IV. vulgò III. ad 780.	5	
31 Aiſtulphus ad 756.	6	30 Conſtantinus VII. cum Irene ad 790.	10	
32 Deſiderius cum f. Adalgiſo ad 774.	18	Idem ſolus ad 797.	7	
Victo Deſiderio.		Irene ſola ad 802.	5	
33 Carolus Magnus ad 800.	26	*Saracenis tributum pendit.*		
IMPER. OCCIDENTIS. *Reſtituitur* 800.				

Imper. Occidentis		Imper. Orientis		
1 Carolus Magnus ad 814.	14	31 Nicephorus ad 811.	9	Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900
A Leone III. R. Pontifice dictus.		Cùm Filio Stauratio ab 804. ad 811.		
2 Ludovicus Pius ad 840.	26			
3 Lotharius I. ad 855.	15	32 Michael I. Curopal. ad 813.	2	
4 Ludovicus II. ad 875.	20	33 Leo V. Armenus ad 820.	7	
5 Carolus Calvus ad 877.	2	34 Michael II. Balbus ad 829.	9	
6 Ludovicus III. Balbus ad 879.	2	35 Theophilus ad 842.	12	
Vacat Imper. ad 881.		36 Michael III. cum Theodora ad 855.	12	
7 Carolus Craſſus ad 888.	7	Solus Matre pulſa ad 867.	12	
Vacat Imper. ad 892.				
8 Vido Spoleti Dux ad 894.	3			

IMPER. OCCIDENTIS. IMPER. ORIENTIS.

SÆCULUM CHR. X. XI. XII.

	Imper. Occidentis	Imper. Orientis	
	9 Lambertus cum patre ab 893. ad 910. 17 10 Arnulphus ab 896. ad 899. 4 *Simul cum Lamberto.*	37 Baſilius Macedo ad 886. 18 38 Leo IV. Sapicus ad 911. 25	
	11 Ludovicus IV. à 901. ad 902. 2 *Vacat Imperium à morte Lamberti ad 915.* 12 Berengarius ad 924. 9 *Ludovicum Arnulphi f. Conradum, Henricum Aucupem Germaniæ Reges Germani inter Cæſares numerant, ſed veriùs vacat Imper. ad 962.* 13 Otho I. Saxo Magnus à 962. ad 973. 11 *Novos Magiſtratus dat Italiæ, Roncaliarum Conventus inſtituit.* 14 Otho II. f. ad 983. 10 *Italici populi ſub eo libertatem uſurpant.*	39 Alexander ad 912. 1 40 Conſtantinus VII. ad 959. 48 41 Romanus Juvenis ad 963. 5 42 Nicephorus Phocas ad 969. 6 43 Joannes I. Zemiſces ad 975. 6 *Primus nummos imagine Chriſti ſignat.* 44 Baſilius, & Conſtantinus IX. fratres ſimul ad 1024. 50 45 *Baſilius mortuo Samuele Rege Bulgariam adjecit Imperio.*	Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000
Aliis II *Aliis III* *Aliis IV*	15 Otho III. f. ad 1002. 18 16 S. Henricus I. ad 1024. 23 *Dux Bavariæ, ſed Saxo genere.* *Globus aureus cum Cruce inſigne Imperii huic datus à Bened VIII. 1013.* *Burgundia cedit Imperio.* 17 Conradus I. Salicus Franconiæ Dux ad 1039. 17 *Sub hoc, uti dicunt, Feudorum initia apud Germanos.* 18 Henricus II. Franco ad 1056. 17 19 Henricus III. Franco ad 1106. 50	46 Conſtantinus ſolus ad 1018. 3 47 Romanus III. cum Zoe ad 1034. 5 48 Michael IV. Paphlago ad 1041. 7 49 Michael V. Calephates ad 1042. M. Conſtantin. X. Monomach. ad 1054. 12 50 Theodora Porphyrogenita ad 1057. 2 51 Michael VI. Stratioticus ad 1058. 1 52 Iſaac Comnen. ad 1059. 2 53 Conſtant. XI. Ducas ad 1067. 7 54 Romanus Diogen. ad 1071. 4 55 Michael VII. ad 1078. 6 56 Nicephor. Botoniates ad 1081. 3 57 Alexius I. Comnen. ad 1118. 37	Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100
Aliis V	20 Henricus IV. Franco ad 1125. 20 21 Lotharius II. Saxo ad 1138. 13 22 Conradus II. Sveviæ Dux ad 1152. 13	58 Joannes II. Comn. ad 1143. 25 59 Manuel Comn. ad 1180. 38	Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

IMPER. OCCIDENTIS. IMPER. ORIENTIS.

SÆCULUM CHR. XIII. XIV.

23 Fridericus I. Ænobarbus Svevus ad 1190. 37
Egregia ſanè animi indole Imperator, ſi Othones potiùs in tuenda, quàm Henricos in impugnanda Eccleſia eſſet æmulatus.

Aliis VI 24 Henricus V. Svevus ad 1197. 8
Philippus Sveviæ, & Otho Saxoniæ Dux de Imperio contendunt uſque ad 1208.

60 Alexius II. Comn. ad 1183. 3
61 Andronicus Tyran. ad 1185. 2
62 Iſaacius Angelus ad 1195. 10
63 Alexius III. Angelus ad 1203. 8

64 Alexius IV. Iſaaci fil. *à Latinis patrio ſolio imponitur, ſed eodem anno poſt ſextum menſem laqueo perit in carcere.*
Conſtantinopoli expugnata 1204. *occupant Imperium.*

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1100 ad 1300

25 Otho IV. Saxo ad 1219. 10
Vacat Imper. ad 1220.
26 Fridericus II. Svevus ad 1250. 31
Vacat Imperium, dum pro illo contendunt, Guillelmus Hollandus, Richardus Anglus, & Alphonſus Caſtellanus ad 1273.
Imperio vacante initium habuit Societas Civitatum, quæ à Germanica voce Hanſa, dictæ ſunt Hanſeaticæ.
27 Rodulphus Auſtriacus ad 1292. 19
Armis, & pietate clariſſimus, Auſtria Alberto filio data, inclytæ Familiæ nomen fecit.
28 Adolphus Naſſau. ad 1298. 6
29 Albertus Auſtr. ad 1308. 10

LATINI.

65 Balduinus Flander ad 1205. 1
66 Henricus ad 1216. 12
67 Petrus Antiſſiodorenſ. 5
Vacat Imper. ad 1220.
68 Robertus ad 1228. 8
69 Joannes III. Brienn. ad 1239. 11
70 Balduinus II. ad 1261. 23
Dum Conſtantinopoli Latini ſedent, imperant Niceæ in Bithynia Græci, Theodorus Laſcaris I. Joannes Ducas Vatacius, Theodorus Laſcaris II.
Pulſis Latinis redeunt Græci 1261.
71 Michael Paleologus VIII. ad 1283. 23
72 Andronicus II. Paeologus ad 1332. 49

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

30 Henricus VI. Luxemburgicus ad 1313. 5
Clemens V. illi Auguſtalia inſignia ultrò detulit, qui honos antè id tempus eſſet habitus nemini.
31 Ludovicus V. Bavar. ad 1346. 33
Romana Eccleſia hunc inter Cæſares non agnoſcit.
32 Carolus IV. Luxemb. ad 1378. 33
Auream Bullam condidit 1356.
33 Venceslaus Luxemb. ad 1400. 22
Huic ob inertiam abrogatur Imperium.

73 Andronicus III. Jun. Paleol. ad 1341. 9
74 Joannes IV. Paleol. ad 1383. 43
75 Joannes V. Catacuzenus una cum IV ab anno 1347. ad 1355. 8
76 Manuel II. Paleolog. ad 1423. 40
Creſcunt hoc ſæculo Turcarum opes, regnantibus Orchane ab anno 1326. *ad* 1359. *& poſt illum deinceps, Amurathe I. Bajazethe I. uſque ad* 1402.

IMPER. OCCIDENTIS. IMPER. ORIENTIS.

SÆCULUM CHR. XV. XVI. XVII.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

IMPER. OCCIDENTIS.

34 Robertus Palatin. ad 1410. 10
35 Jodocus Moraviæ March. M. 6
36 Sigiſmundus Luxemburg. ad 1437. 27
37 Albertus II. Auſtr. ad 1439. 2
38 Fridericus III. Auſtr. ad 1492. 53
39 Maximilianus I. Auſtr. ad 1519. 26

Princeps eximius, Cameræ Imperialis inſtitutor, ſed venator impotens.

IMPER. ORIENTIS.

77 Joannes VI. Paleol. ad 1449. 26
78 Conſtantinus XII. Paleol. ad 1453. 4

Regnant apud Turcas, Mahometes I. Amurathes II. pater Mahometis II.

Conſtantinopoli capta 1453.

Orientis Imperium occupant TURCÆ.

1 Mahometes II. ad 1481. 28

Magnus à ſuis appellatus, cùm duo ſubegiſſet Imperia, regna quatuor Provincias 20. Urbes 200.

2 Bajazethes II. ad 1512. 31

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

IMPER. OCCIDENTIS.

40 Carolus V. Auſtr. ad 1558. 39

Imperio fortiter adminiſtrato, & piè depoſito Magnus.

41 Ferdinandus I. Auſtr. ad 1563. 6
42 Maximilian. II. Auſtr. ad 1576. 12
43 Rodulphus II. Auſtr. ad 1612. 35

Turca magnam Hungariæ partem occupante, ſub tribus poſtremis Cæſaribus Auſtriacorum opes imminutæ.

IMPER. ORIENTIS.

3 Selimus I. ad 1520. 8

Hujus vox illa Turca Tyranno digna: Nihil jucundius eſſe in vita, quàm ſublato proximorum metu regnare.

4 Solimanus ad 1566. 46
5 Selimus II. ad 1574. 8
6 Amurathes III. ad 1595. 20
7 Mahometes III. ad 1603. 8

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

IMPER. OCCIDENTIS.

44 Matthias Auſtr. ad 1619. 7

Bohemica Defectio 1619. in qua Comes Palatinus Rex dictus, ſed intra annum pulſus.

45 Ferdinandus II. Auſtr. ad 1637. 18

Guſtavo Sueciæ Rege per Germaniam arma victricia circumferente, Res Auſtriaca in magnum diſcrimen adducta.

46 Ferdinandus III. Auſtr. ad 1658. 21
47 Leopoldus Ignat. Auſtr. ad 1705. 47

Viennam à formidabili Turcarum obſidione liberat 1683. ope fœderati Poloniæ Regis Joannis IV. & Caroli V. Lotharingi virtute.

IMPER. ORIENTIS.

8 Achmetes ad 1617. 14
9 Muſtapha fr. M. 2

Ob inertiam cogitur abdicare.

10 Oſmanes Nepos ad 1622. 4
11 Muſtapha iterum. 1

Rurſùs deponitur.

12 Amurathes IV. ad 1940. 17
13 Ibrahim ad 1649. 9
14 Mahometes IV. ad 1687 38

Ob res infeliciter contra Chriſtianos Hungarico bello geſtas depoſitus.

15 Amurathes V. *& paulo poſt*
16 Solimanus III. frat. Mahom. IV. ad 1691. 4

Albam Græcam caſu potius, quàm virtute recipit.

17 Achmetes II. frat. Sol. III. & Mahom. IV. ad 1695. 4

Turcas fere pellit Hungaria, magnis exercitibus deletis, & munitiſſimis Urbibus expugnatis.

Leopoldus ipſe, unà cum Joſepho filio natu majore Rom. Rege, jus omne ſuum ad Hiſpanicam Monarchiam transfert in Carolum ſecundo loco natum Archid. Auſtr. pro eoq. in Italia, Hiſpania, Germania bellum gerit.

A Petrovaradino non ſine clade rejectus Juliam Hungariæ Cæſareis cedere cogitur. A Polonis etiam attritus.

18 Muſtapha II. Filius Ma. IV. ad 1704. 9

*Carolovitii pacem ſancit an.*1699. *cum Imperatore, Polonis, Venetis. Polonis Camenecia reſtituta. Ipſe cum Adrianopoli diutius ageret a Prætorianis id indigne ferentibus imperio exuitur, & in carcerem detruditur.*

48 Joſephus Auſtr. ad 1711. 6

Fratris jura tuetur fortiter, ac feliciter. Italia, Brabantia, & Magna Flandriæ Gallicæ parte potitur; In Hungaria, & Tranſilvania rebelles frangit.

49 Carolus Auſtr. ab 1711. ad 1740. 29

*Idem Rex Catholicus à Pontifice ſalutatus an.*1709. *ab eoque Primarum Precum Indultum accipit an.* 1714. *Pacem cum Gallo ſancit an. eodem. Cum Hiſpano* 1725. *Hungariæ Rex coronatus* 1712. *Bohemiæ* 1723. *Horum Regnorum, totiuſque hæreditariæ ditionis ſucceſſio Archiduci Mariæ Thereſiæ primogenitæ ab ipſo decreta eſt an.*1725. *quæ Pragmatica Sanctio à a S. R. I. Electoribus in Ratiſponenſi Conventu, aliiſque primariis Principibus recepta an.*1739. *Obiit Auguſtiſſimæ Familiæ ultimus. Maria Thereſia Filia natu major Regnorum Hæres.*

50 Carolus VII. Bavar. ad an. 1743. 3

51 Franciſcus I. Lotharingus ab an.1745.

*Idem M. Etruriæ Dux ab an.*1737, *cum qua Lotharingiam commutavit. Ex Conjuge Maria Thereſia Joſeph Princeps Regalis Hungariæ, & Bohemiæ, & Magn. Princeps Hetruriæ, natus an.*1741.

19 Achmetes III. Frat. Muſt. II. natu minor ab anno 1730. 26

Jurejurando Carlovicenſem pacem confirmat: fracti verò aliquanto poſt fœderis pœnas Cæſari dat in Hungaria: graviùs id alibi luiturus, ſi Cæſareis pronum jam victoriarum curſum proſequi licuiſſet.

Exauctoratus, & carceri cum filiis incluſus a militibus Prætorianis, quibus odio erat, propter rapacitatem, ac ſævitiam Miniſtrorum.

20 Mahometes V. ſive Mahamud-Han V. ab an. 1730.

Achmetis Fratris filius: erga Patruum non inhumanum ſe præbet. Albam Græcam & alia quædam 1739. *obtinet, aliquorum ex Chriſtianis defenſoribus, & copiarum ductoribus, vel mala fide erga Cæſarem, vel metu, & imperitia rei militaris potius, quam virtute ſuorum. Cæterum pacis amans, induciarum ſervator, ac fœderum; indociles & novarum rerum cupidos animos non ſine prudentia laude regit.*

Sæcul. XVIII. decurr. Ab An. Chr. 1700 ad 1750

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XV.

R. IMPERII, ET ITALIÆ VICES, RESPUBLICÆ, PRINCIPES.

SÆCULUM CHR. I. II. III. IV. V. VI.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

Armenia, & Pannonia a Tiberio adjunctæ Romano Imperio.

Idem Cappadociæ Rege per ſpeciem amicitiæ evocato, retentoque, ejus regnum in provinciam redegit.

Claudius Britanniam, & Orcades inſulas ſine prælio, & ſanguine ſubigit.

Achaja, Thracia, Lycia, Samus, Rhodus in ditionem Pop.Romani redactæ ſub Veſpaſiano.

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

Trajanus Daciam ſubigit, Armeniam de Parthis recipit, Perſidem, maximamque Aſiæ partem Romano adjungit Imperio.

Idem ad Indiæ fines progreſſus tres novas in itinere provincias fecit, Aſſyriam, Meſopotamiam, Armeniam, quibus Arabiam adjecit.

Hadrianus pacis avidus, tres dimittit provincias, quas in Aſia Trajanus Romano Imperio adjecerat.

Antoninus Pius iterum profert Imperium.

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

Gordianus Perſis devictis Antiochiam, Carras, Niſibim recipit.

Gallieno per ignaviam, & luxuriam ſedente, Romanum Imperium concutitur. Illyricum, Ægyptum, Africam occupant Tyranni. Germani in Hiſpaniam, Alemanni in Italiam erumpunt.

Græcia, Macedonia, Pontus, Aſia à Gothis, Pannonia à Parthis, à Sarmatis, Quadiſque populatur. Dacia, quam Trajanus Imperio adjecerat, in perpetuum amiſſa.

Fanum S. Marini apud Ariminum à D. cognomine conditum ſæviente in Eccleſiam Domitiano, quam in primo exortu nactum eſt libertatem, eam per annos pluſquam 1400. ſervat intactam. *Ex Diplom. Pauli III. & Clementis VIII.*

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Conſtantinus Magnus Sedem Imperii Roma Byzantium transfert.

Conſtantinus poſt translatam Roma Conſtantinopolim Imperii Sedem, quatuor inſtituit Prætorii Præfectos, Orientis, Illyrici, Italiæ, & Galliarum, ac per eos adminiſtrat Imperium à ſe auctum.

Conſtantinus II. Conſtans, & Conſtantius Conſtantini filii partiuntur Imperium ex præſcripto Patris.

Conſtantino cedunt Galliæ, & quidquid terrarum ultra Alpes jacet, Conſtanti cum Illyrico, & Africa Italia, Conſtantio Græcia, Thracia, Aſia, & Ægyptus.

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Aetius Dux, quo Galliæ, & Italiæ ſalus nitebatur, manu Valentiniani III. cæditur.

Hinc barbari omni metu ſoluti Roman.Imperium diripere incipiunt.

Sicilia occupatur à Genſerico 440.

Venetiæ conditæ à Tribunis reguntur uſque ad annum 697.

Syagrio per Clodovæum interempto R.Imperium in Gallia deficit 486.

Theodoricus per inſidias Odoacrem cædit, & Gothorum I. regnat in Italia.

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Aliqua Romanorum Magiſtratuum ſpecies in Italia ſub Gothis Regibus perſeverat.

Sicilia recuperatur à Beliſario 535.

Italia, cæſo Teja, ſub Græco Imper. ad 568. Alboinus Italiam ingreſſus Nepotem Giſulfum primum perpetuum Forojulii Ducem dicit 568. *Sigonius. Campellus.*

Digitized by Google

R. IMP., ET ITALIÆ VICES RESPUB., PRINCIPES.

SÆCULUM CHR. VII. VIII. IX. X. XI.

Longinus Exarchus I. à Juſtiniano inſtitutus Ravennæ ſedem ſtatuit 569.

Langobardi in Italia Regem exoſi 36. Duces inſtituunt 573.

Præcipui ex his Ducibus Spoletinus, Beneventanus 576. *Campellus*.

Reges iterum creantur à Langobardis 585.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Saraceni, Syracuſis expugnatis, totam penè Siciliam populantur.

Langobardi, Rothari regnante, Liguria potiuntur 647.

Iidem novas leges, novos Magiſtratus inducunt, Caſtaldos, Cataneos, Valvaſores &c. per quos provincias, urbes, & oppida regerent. Veneti, accepta ab Adeodato Romano Pontif. poteſtate, primum Ducem eligunt Paulutium Anaphæſtum 697.

Romualdus Beneventi Dux tota fere extrema Italia Græcos expellit.

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Sardinia, poſt domitam Hiſpaniam, à Saracenis ſubacta.

Etruriæ Duces Longobardis regnantibus, mox poſt Carolum Magnum rerum potitum dicti plerumque Comites, aut Marchiones, Lucæ ſedere conſueverant. *Florentinus in Mathild.*

Aiſtulphus Rex Langobardorum Ravenna potitus, cæteriſque Exarchatus oppidis in ſuam ditionem redactis, huic Magiſtratui finem imponit 752. Pipinus fil. Caroli ab an. 781. ad 810. R. Italiæ.

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Sub initium ſæculi Ademarus Genuæ Comes.

Bernardo Caroli Magni Nepote mortuo, Regnum Italiæ Imperio jungitur 818.

Salernitani, & Capuani Principatus initia, Lothario I. imperante.

Saraceni Gariliani arce donati multis circum oppidis potiuntur.

Carolo Craſſo extincto, ſive Cæſares, ſive Reges uſque ad Othonem I. Germaniæ Regem, certaſſe potiùs in Italia, quàm imperaſſe viſi ſunt.

Sigifredus ex Langobardis Etruriæ Principibus Pater Atonis, avus Sigeberti, quem poſtea 967. Otho I. Ateſt's Marchionem dixit.

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Rodulphus Burgundus Italiæ regno, ad quod vocatus fuerat, ſpoliatur 926. Hugo Arelatenſis illi ſuccedit, ſed pellitur 949.

Berengarius II. regnat ad 962.

Otho I. Magnus victo Berengario.

Comites Albintimilii, Claveſanæ, & Saonæ Marchiones, Fliſci Lavaniæ Comites, Maleſpinæ Marchiones Othone I. imperante in tota fere Liguria, & maritimis Alpibus dominabantur. *Sigon.*

Mutilianæ Comes dictus Guido, ex quo claræ per Etruriam, & Galliam Ciſalpinam familiæ 967.

Aleramus Othonis, I. gener I. Montisferrati Marchio.

Grimaldus Antipolis in Gallia III. Monæci in Liguria Dynaſta I.

Sex minores Alerami filii Cævæ, Salutiarum, Boſchi, Ponzoni, Carrecti, & Buſchæ Marchiones ab Othone III. inſtituti. *Sigon.*

Partem Italiæ poſtremam Græci Cæſares recipiunt.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Aliquot Italiæ urbes, quæ, Othone II. imperante, libertatem uſurpare cæperant, ſuas opes augent, inter quas præcipuæ Mediolanum, Genua, Florentia, Piſa, Senæ.

Digitized by Google

R. IMP., ET ITALIÆ VICES, RESPUB., PRINCIPES.

SÆCULUM CHR. XII. XIII. XIV.

Arduinus Eporediæ Marchio ab anno 1002. ad 1015. regnum Italiæ nititur inſtaurare. *Theſaur. in Regno Italiæ*.

Robertus Guiſcardus Normannus à Nicolao II. Apuliæ, & Calabriæ Dux renunciatur 1059.

Hubertus II. Sabaudiæ Comes Aviæ Adelaidis jure multis in Italia oppidis potitur 1091.

Sicilia per Nortmannos Saracenis erepta Duce Maniaco Apuliæ Prætore.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Guido Vicecomes, à quo Spinularum gens, in Porciferæ valle latè Dominus 1102.

Rogerius III. Gibboſi fil. I. utriuſque Siciliæ Rex 1139.

Vicecomites cum Turrianis de Mediolani Principatu contendunt ab anno 1145. ad 1294., quo Matthæus Magnus Vicecomes pulſis Turrianis, & Vicarius Imperialis dictus à Cæſare, rerum in patria potitus eſt.

Rambaldus à Collalto Comes Tarviſinus per Henricum V. 1191.

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

Gherardeſchæ Comites in Etruria opibus præpollentes.

Paſſani Domini, poſtea Comites memorantur.

Fridericus II. Svevus jure matris Conſtantiæ Rex utriuſque Siciliæ 1209. Marchiones à Monte S. Mariæ beneficio Friderici II. Cæſares pluribus oppidis potiuntur.

Ubertus Marchio Pallavicinus Brixiæ, & Cremonæ Dynaſta, Parmæ, Placentiæ, Ticini, & Mediolani rerum arbiter 1259.

Maleſpinæ Luca pelluntur ab Obiziis, quibus Cives ultrò ſe dedunt 1260.

Carolus Andegavenſis R. utriuſque Siciliæ 1263.

Mantua ſibi Conſulem creat 1274.

Piſanorum opes, accepta ad Lamellam à Genuenſibus clade, concidunt 1284. Florentini, Lucenſes, aliique per Italiam populi, empta à Rodulpho Cæſare libertate, Magiſtratus eligunt 1286.

Sub Carolo II. Andegavenſi Regna Neapolis, & Siciliæ dividuntur; hæc Aragoniis cedit 1288.

Obizo II. Ateſtinus Mutinæ, & Regii Dominus 1288.

Theodorus Paleologus jure Jolandæ matris Montisferrati Marchio 1293.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

Carrarienſes Patavii Domini 1308.

Manfredus Pius Carporum Dynaſta 1319. Brancas Auria in Sardinia latè Dominus, & rerum arbiter, brevi à Cæſare Rex appellandus, fato fungitur. *Folietta*.

Guido Gonzaga, cæſo Paſſerino tyranno, Mantuæ I. Vicarius 1327. Poſteri Marchiones.

Simon Bucca Nigra Genuæ Dux I. 1339. Florentiæ pulſa nobilitate Plebs dominatur. Maſtinus Scaliger I. à Veronenſibus Populi Dux eligitur 1368. Joannes Galeatius Vicecomes Mediolani Dux à Venceslao Imper. dicitur 1386.

Lucæ hoc ſæculo Domini Huguccio Faggivola, Caſtruccius Caſtracanus, Gherardus Spinula, qui eam una cum Dertona à Ludovico Bavaro dato pretio acceperat. Indè à Cardinali Gallo, quem Carolus IV. illi præfecerat, libertate donata, turbatur iterum brevi Pauli Guiniſii tyrannide.

Nicenſes Sabaudiæ Comiti ſe, ſuaque ſponte tradunt 1386.

R. IMP., ET ITALIÆ VICES, RESPUB., PRINCIPES.

SÆCULUM CHR. XV. XVI. XVII.

Jacobus Appianus cæſo Petro Gambacurta Piſarum Tyranus 1392. Filius Gherardus Plumbini Domin. 1399.

Genuenſis Reſpublica domeſticis diſcordiis agitata ab anno 1396. ad 1528. aliquandò Ducibus ſuis, ter Galliæ Regi, ter Mediolani Duci, ſemel etiam Montisferrati Marchioni paret.

Boſius Sfortia S. Floræ in Etruria Comes 1400. Poſteri Duces.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

Carrarienſium Patavinorum, & Scaligerorum Veronenſium ruinis Venetæ opes creſcunt. Vercellæ Sabaudiæ Duci a Philippo Maria Vicecomite 1427. & Bobium Ludovico Vermio 1436. ab eodem donantur.

Coſinus Mediceus I. Pater patriæ, Petrus fil., & Laurentius Nepos Florentiæ rerum arbitri.

Sena civilibus diſcordiis implicita externorum dominationem aliquando; mox & civium tyrannidem pati cogitur. Florentini Piſas ad deditionem compellunt.

Franciſcus Sfortia, Philippo Maria Vicecomite ſine virili Stirpe obeunte, Dux Mediolani 1450.

Borſus Ateſtinus Dux Mutinæ 1452. Friderico III. dictus.

Joanna Regina Neapolitana Alphonſum Aragoniæ Regem adoptat, qui Regni potitur; Mox eo exhæredato Ludovicum Andegavenſem vocat ad Sceptrum.

Hinc bellum inter Francos, & Aragonios victores, quibus Auſtriaci poſtea ſucceſſere.

Medicei Florentia pulſi 1494.

Petrus Soderinus novo exemplo perpetuus Floren. Vexillifer ad 1512. Medicei Florentiam redeunt 1512.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

Genua authore Andrea Auria Francorum excutit jugum, & Cæſari adhæret 1528. Fridericus Gonzaga Dux Mantuæ a Carolo V. dictus 1530.

Alphonſus Ateſtinus Dux Regii 1530. Landi Caroli V. munificentia, poſt Joan. Aloyſii Fliſci caſum, plurium oppidorum in Tari valle Dynaſtæ.

Laurentius Cibo 1530. Maſſæ Carrarienſis Marchio; Poſteri Principes, mox Duces.

Mortuo Franciſco Sfortia II. Mediolanum occupatur a Gallis, ſed brevi tranſit ad Auſtriacos 1535.

Cæſeo per inſidias Alexandro Mediceo, quem Florentinis Carolus V. impoſuerat, ſubrogatur a Republ. Coſmus 1537.

Sena in poteſtatem Caroli V. redacta, & mox Mediceis conceſſa a Philippo II. 1555.

S. Pius V. Coſmum Mediceum, aucto tituli honore, Magnum Ducem appellat 1569. Auriæ Oneliam accepto pretio Sabaudo tradunt 1575.

Genuæ concordia, & libertas tandem firmatur opera Gregorii XIII. 1575. *Ex Mſſ. ejuſdem Vita.*

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

Sabaudiæ Dux Sebuſianos Galliæ Regi tradit, ut Salutiis liberè potiatur 1600. Mirandula ex Comitatu Ducatus 1615. Buxeti Marchionatus a Pallavicinis ad Farneſios Parmæ Duces tranſfertur.

Nicolaus Ludoviſius Plumbini Princeps 1634. poſt Appianos, qui jure ſucceſſionis exciderant.

Corrigium vetuſtis poſſeſſoribus ablatum a Cæſare, donatur Franciſco Mutinæ Duci 1635.

Genuenſis Reſpublica Regiam coronam aſſumit 1637.

Digitized by Google

Pinarolium Galliæ R., Montisferrati pars Sabaudiæ Duci cedit 1638. Apuam vulgò *Pontremoli* M. Dux Etruriæ Ferdinandus II. emit ab Hiſp.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab an. Chr. 1700 ad 1750

In Italia bellum ab anno 1701. diu anceps fortuna: anno 1706. a Cæſareis ſtetit. Quid quid ibi eſt Hiſpanicæ ditionis an. 1707. a Philippo V. ad Cæſarem tranſiit.

Sabaudus Siciliæ Rex ab an. 1713. eam tenet ad 1720. Sardiniam a Cæſare accipit an. eodem: Sardiniæ Rex à Pontifice ſalutatur 1727.

Mantuano, ac Mirandulano Ducatus ademptus. Mutinenſis Mirandulam emit à Cæſare, Genuenſes Finarium. Inter hos, & Sardiniæ Regem rixæ de finibus: à Cæſare componuntur.

Eliſabetha Farneſia Philippi V. Regi Catholico nubit an. 1714. Carolo ipſorum Filio natu majori Etruria cum Parmenſi Ducatu, poſt Mediceos, & Farneſios in Pace Viennenſi deſtinatur 1725. Franciſcus Farneſius Parmæ, & Plac. Dux moritur 1727. Antonius Farneſius Frater Succeſſor hoc eodem anno Enriquettam Eſtenſem Uxorem ducit.

Anno 1723. mor. Coſmus III. Magnæ Etruriæ Dux, Ferdinando Filio natu majore an. 1713. vita functo, ſuccedit Joannes Gaſto natu minor.

In Italia bellum inſtaurant Galli, & Hiſpani an. 1732. contra Carolum VI. Quo imparato, rerum fere omnium, quæ Cæſareæ ditionis erant, brevi, & facile potiti. Ibidem inter eoſdem, & Hungariæ Reginam bellum recruduit an. 1741.

An. 1730. Victorius Amedeus regno ſe abdicat. Paulo poſt fruſtra repetit, & invadere tentat. Moritur in arce Monchalerii an. 1732. regnat Filius ipſius Carolus Emanuel, in utroque Italiæ bello clarus, & utrique parti fœdere junctus, prius Gallis, & Hiſpanis, poſtea Auſtriacis.

Antonius Farneſius Parmæ, & Plac. Dux VIII. mortuus an. 1731. Joan. Gaſto I. Magnus Etruriæ Dux VII. mor. an. 1737. Ambo Familiæ ſuæ ultimi. An. eodem mor. Rinaldus I. Eſten. Mutinæ Dux XI. ſuccedit Filius Franciſcus III.

An. 1743. obiit Maria Anna Luiſa Coſmi III. Filia, & Gaſtonis I. ſoror, ex Guillelmo Electore Palat. Vidua, Mulier, fortis, & prudens, digna principatu, ad quem vocabatur, niſi rebus mutatis & tempora, & jura aliud tuliſſent. Corſicæ tumultus adverſus Januenſes an. 1730. Advocati prius Germani, ac deinde Galli, ut eos Reipublicæ ſubigerent, parum profecerunt. Regem ſibi conſtituunt Theodorum Nevvoſium an. 1736. Lætis initiis non reſpondent progreſſus. Regno tandem cedere cogitur. Tumultu populi, Janua pulſi Auſtriaci 1746. eam fruſtra deinde obſident, & oppugnant. Ioſeph Maria Gonzaga Dux Guaſtallæ ex ea Familia ultimus mort. 1746.

Omnia in Italia bello perturbata, & permixta. Arces, Urbes, Ditiones Principum inter ſe pugnantium dominos iterum, atque iterum mutant. Tandem pace compoſita anno 1748. utriuſque Siciliæ regnum ſtetit Carolo Borbonio; Parma, Placentia, (reclamante tamen R. Pontifice) & Vaſtalla Philippo Borbonio, Hiſpaniæ Infantibus. Cæteris, quæ quiſque amiſerat, & nondum recuperaverat, reſtituta.

Digitized by Google

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XVI.

ROMÆ VICES, PONTIFICIS PATRIMONIUM, ET DITIO.

SÆCULUM CHR. I. II. III. IV. V. VI.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

Romæ ſub Auguſto numerata ſunt Civium capita quadragies centum millia, hoc eſt, ut vulgò loquimur, quatuor milliones, & 60. millia.

Sub Claudio cenſa ſunt ſexaginta novem centena, & quadraginta quatuor millia incolarum, hoc eſt ſeptem fere milliones. *V. Ricciol. App. Geogr.*

Triplici incendio hoc ſæculo deformata eſt Roma, primò ſub Claudio, ſecundo ſub Nerone, tertio ſub Tito.

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

Opes Eccleſiæ Romanæ jam exterorum etiam Chriſtianorum egeſtati ſublevandæ ſufficiebant, quemadmodum tradunt Euſebius, & alii apud Baron.

Non moventia tantùm bona, verùm & prædia, ac ampliſſima latifundia poſſidebant Rom. Pontifices. His alebantur Eccleſiæ Miniſtri, & qui Martyrum acta deſcribebant. *Prædiorum poſſeſſionem ad Urbani I. tempora differt Genebrardus, ſed aliter viſum Card. Baron. anno 57. & 387.*

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

Antoninus Caracalla Senatorum principes fortunis exuit, & vita.

Cùm Senatus Gordianum a militibus dictum Imperatorem probaſſet, tanta inter Prætorianos Maximini ſectatores, & populum Gordiani fautorem diſſentio orta eſt, ut omnia cæde & incendio fædè complerentur. *Capitolinus*.

Sub Philippis ingenti ludorum apparatu celebratur annus ab Urbe condita milleſimus, qui fuit à Chriſto nato 247.

Aucti hoc ſæculo Cardinalium Tituli auctas indicant opes Eccleſiæ.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Conſtantinus Baſilicas Lateranenſem, Vaticanam, & D. Pauli, quas à fundamentis erexerat, aureis, argenteiſque vaſis magnificè exornatas opulentiſſimis latifundiis ditat.

Eodem jubente ab Eccleſiis adiri hæreditates Confeſſorum, & Martyrum, quibus morientibus nullus ſupererat ſanguinis propinquitate conjunctus, non Eccleſiæ tantum Romanæ, ſed etiam aliarum opes mirum in modum augentur.

A filiis Conſtantini uſque ad Honorium Urbem plerumque regebat Præfectus Imperatoris nomine.

Honorio Principe Romæ ſedente, Urbs, quæ Principem diù non viderat, reſpirare videtur.

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Alaricus 409. ab Urbis obſidione auro repellitur; ſed 410. eandem ex improviſo adortus proditione capit. In tecta ſævitum eſt, civibus temperatum, Templis e ſacris vaſis intactis. Ataulphus corradit, quod prior clades reliquum fecerat.

Maximus inde Tyrannus Urbem occupat, eoque interfecto Genſericus Vandalorum Rex 455.

Urbem iterum capit Ricimerus Gothus Anthemio Cæſari infenſus 471.

Theodoricus tandem Odoacre per dolum cæſo Ital., & Roma potitur 493.

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Beliſarius Romam, Civibus dedentibus, de Gothis recipit 536.

Fruſtra oppugnatur à Vitige 537.

Totilas Gothorum Rex Civibus fame propemodum enectis Urbem vi captam incendit, ſed incolis parcit, quibus tamen penè vacua facta eſt, aliis alio dilabentibus.

A Narſete recipitur 553.

ROMÆ VICES, PONT. PATRIMON., ET DITIO.

SÆCULUM CHR. VII. VIII. IX. X. XI.

Ampliſſimum fuiſſe hoc ævo R. Eccleſiæ Patrimonium docent Epiſtolæ M. Gregorii, e quibus agnoſcuntur ingentes opes, & latifundia illius in Italia, Sicilia, Sardinia, Gallia, Dalmatia, Africa, & alibi. *Videantur Genebrard. & Sigonius.*

Roma per Ducem à Græco Cæſare, cui poſt Narſetis victorias parebat, miſſum regebatur.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Civilem tamen aliquam poteſtatem exercuiſſe Romæ D. Gregorium liquet ex ejuſdem Ep. 12. l. 5. ubi jure Civitatis exteros donat.

Antequam Saraceni trajicerent in Hiſpaniam, eamque ſubigerent armis, nobiliſſimum regnum annuum Romanæ Eccleſiæ tributum ſolvebat.

Calviſius anno 700. ſcribit Baronii Annales de Hiſpania fuiſſe proſcriptos, quia hoc auſus eſt affirmare, ſed unicum tomum undecimum aliam longè ob cauſam non probatum fuiſſe Hiſpanis norunt & qui nondum ære lavantur.

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Aripertus II. Langobardorum Rex Alpes Cottias Rom. Pontifici donat 704.

Romani, aliique Italiæ populi à Leonis Iſauri Sacro anathemate percuſſi Imperio abrupti, ſponte Gregorio II. Rom. Pontifici parere incipiunt. 730.

Pipinus Francorum Rex Exarchatum, & Pentapolim Sedi Apoſt. donat. 755.

Carolus Magnus Pipini patris donationem cumulat, adjectis Corſica, Sardinia, Sicilia, Benevento, Spoletino, & Tuſco Ducatu 774.

Anglia primo 740. mox pluries, Gallia 782. R. Eccleſiæ fit vectigalis.

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Ludovicus Pius Imperator avi Pipini, & Caroli patris donationes confirmat, eaſque Romæ, aliarumque urbium, & oppidorum acceſſione amplificat 815.

Salomon minoris Britanniæ Rex annuum denarium a ſingulis regni ſui familiis Romanæ Eccleſiæ ſolvi jubet 869. Joannes VIII. Saracenis Urbi minitantibus tributum pendere cogitur 877.

Sæculo inclinante memorantur primò Tuſculani Comites per duo deinceps ſæcula Rom. Pontificibus plerumque infeſti.

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Theodora mater, & mox filia Marotia præpollentes forma, & opibus fœminæ, iis ad opprobrium Romanæ Sedis abutuntur.

Romani Alberico Marotiæ filio duce veterem Reipublicæ formam revocare nituntur 940.

Otho I. priorum Cæſarum donationes novo decreto ſancit 962. ſed mox in Romanos tumultuantes ſævit 964.

Hungaria a S. Stephano Rege Romanæ Eccleſiæ oblata 1000.

Ptolemæi Comites in Latio, & Romæ præpotentes.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

S. Henricus I. donata Romanæ Sedi à Pipino, & Imperatoribus rata eſſe jubet 1014. Idem Bambergam donat, mox ejus loco Beneventum reſtituit 1019.

Romanæ Eccleſiæ Vectigales ſponte fiunt Polonia 1041. 1045. & 1047. Dania 1062. Bohemia 1073. Sardinia, & Ruſſia 1075. Dalmatia, & Croatia 1076.

Roma capta ab Henrico III. ſub Gregorio VII. 1084. Apoſtolorum Petri, & Pauli Ædes direptæ.

Digitized by Google

ROMÆ VICES, PONT. PATRIMON., ET DITIO.

SÆCULUM CHR. XII. XIII. XIV. XV.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Ptolemæus Comes, Petrus Columna, & Abbas Farfenſis abſente Paſchali II. tumultum excitant 1109. *Baronius Petrum Columnam cum Farfenſi Abbate confundit.*

Mathildis Comitiſſa Ditionem ſuam univerſam Apoſtolo Petro moriens legat 1115.

Romani, Arnaldo de Brixia impellente, ab Innocentio II. deſciſcunt, Senatum reſtituunt, ſolam Pontifici Sacrorum procurationem relicturi. Hæ turbæ deinde plures exercuere Pontifices.

Luſitania ſponte fit vectigalis Romano Pontifici 1141.

Innocentius III. Spoletum, Aſſiſium, Picenum feliciter recipit.

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

Joannes R. Angliæ, & Hiberniæ ſuprema jura in Rom. Pontificem transfert 1213.

Hoc, & ſequenti ſæculo Senator Urbis, vel Rex, vel è regio plerumque ſanguine deligebatur.

Inſula Mona vectigalis Eccleſiæ Rom. 1219. Feretranus Comitat. Eccleſiæ Rom. relictus 1261.

Urbinum Friderico Feltrio à Cœleſtino V. 1240.

Camerinum Gentili a Varano donatur ab Alexandro IV. 1261.

Fridericus II. Cæſ. Flaminiam, & Æmiliam occupat 1241.

Picenum cæſo Manfredo notho recuperatur à Clemente IV. 1266.

Rodulphus I. reſtituit quæ Fridericus rapuerat 1275.

Guido Feltrius I. Comes Urbini 1295. Traverſariis aut pulſis, aut extinctis Polentani Ravennæ dominatum uſurpant 1300.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

Romanis Pontificibus Avenione ſedentibus Joannes de Vico, Galeottus Malateſta, Franciſcus Ordelaffus, Gentilis de Moliano, & alii Sedis Apoſtolicæ Patrimonium lacerant, ſed mox ab Ægidio Card. Albernotio Legato pelluntur ab oppidis, quæ occupaverant.

Roma deformatur, ac pene deſeritur. Sciarra Columna Romæ rerum arbiter 1329.

Romæ turbatum per Nicolaum Laurentium 1347.

Ferraria cedit Ateſtinis 1320. Avenio emitur à Clemente VI. 1350.

Bononia Joanni Archiep. Mediolan. venditur à Pepulis 1350.

Malateſtæ Ariminum, & alia circum oppida tenent.

Urbanus V. abrogatis Populi Rom. Septemviris, Urbis regimen Bandereſiis tradit 1367.

Gregorius XI. Romam ſuo reditu recreat 1377. Peruſia occupatur a Briordo 1393. recuperatur 1394.

Alexander Sfortia Piſauri Dominus 1400.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

Bononia a Martino V. recuperatur 1420. Franciſcus Sfortia Piceni Marchio a Pontifice dictus 1434. Aſſiſium, aliaſque urbes occupat, ſed pellitur ab Alphonſo Aragonio 1442.

Valentinenſis, & Dienſis Comitat. in Gallia a Ludovico XI. vel dati, vel reſtituti Rom. Eccleſiæ 1460.

Borſius Ateſtinus ex Marchione Dux Ferrariæ a Paulo II. appellatur 1471. Nicolaus Vitellius Tipherni Principem agit.

Fridericus Ubaldinus I. Dux Urbini 1478. Bononia à Bentivolis, Peruſia occupatur a Bracchio 1488.

Ferrerii Maſſerani Dynaſtæ 1490.

Digitized by Google

Cæſar Borgia Æmiliam, & Flaminiam fere omnem, Columnenſium, Urſinorum, Cajetanorum oppida, qua vi, qua fraude occupat.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

Julius II. Borgiam raptis exſpoliat 1502.

Roborei poſt Ubaldinos Urbini Duces 1509. Julius II. Bentivolos pellit Bononia 1506.

Roma vaſtata a Cæſareis 1527.

Ravenna, quæ fugatis Polentanis, Venetis ſe ultrò tradiderat, ab his reſtituitur 1530.

Parma, & Placentia Petro Aloyſio Farneſio a Paulo III. donatæ, Camertes Apoſtolicæ Sedi redditi 1545.

Ferraria redit ad Apoſtolicam Sedem 1597.

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

Conſentiente Duce Franciſco Maria II. qui Filium ſucceſſurum amiſerat, Urbanus VIII. Ducatum Urbinatem Apoſtolicæ Sedi reſtituit 1626. *Hoffman tom. 4. Lexici ſcribit id factum poſt mortem Victoriæ Roboreæ, quæ Ferdinando II. M. Etruriæ Duci nupſerat, ſed Princeps egregiis animi, corporiſque dotibus inclyta in vivis ſub finem Sæc. XVII agens docuit, quàm turpiter hic Scriptor erraverit.*

Urbanus VIII. Roboreis Urbini Ducibus 1631. extinctis, qui urbis Præfecturam a Sixto IV. gentili tenuerant, Thadæo Barberino fratris filio eundem honorem ritu ſolemni confert, ad tertiam Stirpem in ejus poſteris natu majoribus permanſurum. Innocentius X. Caſtrenſem Ducatum recuperat 1649.

Centumcellis Portus liber conſtitutus ab Innoc. XII. an. 1692.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab an. Chr. 1700 ad 1750

Anni 1708, & 1709. Romæ infauſti. Pars Cæſarei exercitus Comaclum occupat, ac multa Pontificiæ ditionis loca habet infeſta. Trepidatum in Urbe, eductaque è ſanctioribus Laterani adytis vetuſtiſſima Servatoris effigies. Arma etiam diu deſueta a Pontificiis ſumpta; ſed brevi depoſita pietate Cæſaris, & prudentia Pontificis.

Innocentius XIII. ſolitum pro utraque Sicilia Catholicorum Regum tributum, primus Caroli III. nomine accipit a Comeſtabili Fabritio Columna an. 1723. Comaclum Benedicto XIII. reſtituitur an. ſeq.

Romanæ plebis tumultus adverſus Beneventanos, & illorum ſocios & miniſtros poſt mortem Benedicti XIII. & iterum an. 1736. adverſus exteros, Romæ milites colligentes, & abducentes, inſcio Pontifice.

Clemens XII. Ducatum Parmæ, & Placentiæ cum utili dominio ad Sedem Apoſtolicam devolutum declarat an. 1731. iiſque occupatis prius a Cæſareis, deinde a Gallis, & Hiſpanis, reclamat. Anconam portum liberum facit 1733. Dominium Feudale utriuſque Siciliæ confert Carolo Regi an. 1738. Rempublicam S. Marini, Cardinalis Alberoni opera Pontificiæ ditioni adjectam, in priſtinum libertatis ſtatum reſtituit an. 1740.

Aſſidui copiarum tranſitus, curſus, & recurſus Eccleſiæ ditioni graviſſimi. In ea etiam, nec procul ab Urbe caſtra figunt ad aliquot menſes, & ſæpe confligunt Hiſpani, & Neapolitani cum Auſtriacis 1744.

Digitized by Google

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XVII.

REGES GALLIÆ.

SÆCULUM CHR.V. ab an.448. Sæc.VI. VII.

Francorum, ſive Gallorum Regum ſeriem daturus, pauca de tribus eorum Stirpibus præmitto, ita tamen ut ea prorſus omittam, quæ vel fabuloſa, vel fabulis proxima habentur a peritiſſimis vetuſtatis indagatoribus. Hujuſmodi porro cenſentur quæcumque ferme ante Meroveum primæ Stirpis auctorem, nullo antiquo teſte producto a pleriſque traduntur.

Prima igitur Galliæ Regum familia à Meroveo originem, & nomen traxit. Dictaque proinde eſt Merovingiorum, & ab anno 448.ad 751. annos omnino 304.regnavit.

Secunda, quæ in Pipino Brevi cæpit, ſive à Carolo Martello illius patre, ſive à Carolo Magno ejuſdem filio cognomen adepta ſit, dicta eſt Carolinorum,& ab anno 752.ad 987. annos 236. regnum tenuit.

Tertia auctorem agnoſcit Hugonem Capetum Hugonis Magni Franciæ, ac Pariſiorum Ducis, & Aurelianorum Comitis filium. Ab eo poſteri Capetorum cognomento appellati, qui ab anno 987.ad hæc tempora annos jam 763.feliciter imperant. De duabus poſtremis Regum familiis egregiè *Labbeus tom.* 3. *Breviarii Chronol. Introduct. p.*3. *c.*7.*ac proindè eum omnino mibi ſequendum propoſui.*

In prima Stirpe deſcribenda libenter amplector elucubrata à Godefrido Henſchenio *in Vita S. Sigiberti Kal. Febr. in Exegeſi prælim.* 3. *tom. April. & in Diatriba de Epiſc. Tungrenſibus c.*10.*tom.*7.*Maii.*

Chlogion Francorum Rex, à quo teſte D.Gregorio Turon. Meroveus originem traxit, in Caſtro Diſpargi ſedit apud Belgas. Id oppidum nunc Diſthemium in Brabantia cenſetur.

Alii Diſpargum malunt eſſe Tencterorum ad Rhenum urbem.

Priamum, & Faramundum Reges, quos vulgò Meroveo præmittunt, nulli veterum memoratos, fictos omnino cum Henſchenio, aliiſque puto.

MEROVINGII REGES.

Secul. V. Ab an. Chr. 448 ad 500

Meroveus à 448. ad 456.	8
Childericus I. fil. ad 480.	24
Chlodoveus I. fil. ad 509.	30

Primus Pariſiis ſedem fixit.

Primus Chriſto nomen dedit 495.*Ex voto quo ſe Tolbiaca pugna obſtrinxerat.*

Secul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Quatuor Chlodovei filii regnum partiti regnarunt.

Theodoricus I. Metis, Chlodomirus Aureliæ, Childebertus I. Pariſiis Chlotarius I. Sueſſione ad 561. 52

Filii Chlotarii regnant.

Charibertus Pariſiis, Gunthramnus Aureliæ, Sigebertus Metis, Chilpericus I. Sueſſione ad 584. 23

Chlotarius II. fil. ad 630. 46

Poſt hos regni diviſio meritò viſa eſt importuna, ut quæ diſcordiarum, & bellorum Civilium ſemen evaderet.

Secul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Dagobertus I. ad 638. 8

Clarus bellis in Saxones.

Reliqui Reges ad Childericum III. degeneres latent, Regiæ Domus Præfectis, ſive Majoribus omnia permittentes.

Clodoveus II. ad 656.	18
Clotarius III. ad 670.	13

Dagobertus II. S.Sigeberti Auſtraſ. Reg. filius revocatur ex Hibernia in Galliam 661.*occiditur anno* 680.

Childericus II. ad 675.	5
Theodoricus II. ad 693.	18

GALLIÆ REGES.

SÆCULUM CHR. VIII. IX. X. XI. XII. XIII.

Chlodoveus III. ad 698. 4
Childebertus II. ad 711. 13

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Dagobertus III. ad 715. 4
Chilpericus II. ad 720. 4
Theodoricus III. ad 737. 17
Interregnum 6. annorum.
Childericus III. 751. 15
Merovingiorum ultimus in Monaſterium detruditur cum filio Theodorico.
CAROLINI REGES.
Auctoritate Zachariæ Papæ ſuccedunt 752. (a)
Pipinus Brevis ad 768. 16
Carolus Magnus ad 814. 46
Primus è Francis Imperator 800.

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Ludovicus Pius Imper. ad 840. 26
Carolus Calvus Imper. ad 877. 38
Ludovicus II. Balbus ad 879. 2
Boſo Comes coronatur Rex Burgundiæ, & Provinciæ. Hinc Regnum Arelatenſe 879.
Andegavenſium Comitum Origo 880.
Ludovicus III. ad 882. 4
Carolomannus cum fr. & ſolus ad 884. 6
Carolus II. Craſſus Imper. ad 888. 6
Regnare cæpit à morte Ludovici III.
Odo, ſeu Eudes Tutoris nomine ad 898. 10
Carolus III. Simplex ad 923. 25
Filius Ludovici II.

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Lotharingiam recipit 912.
Robertus Odonis fr. *à Gallis contra Carolum electus 922. mox Carolo in Peronæ Caſtro clauſo*
Rodulphus à 923. ad 936. 13
Ludovicus IV. Tranſmarinus ad 954. 18
Ab Anglia vocatur; hinc Tranſmar.
Lotharius ad 986. 32
Ludovicus V. ad 987. 1
Lothario Ludov. fr. rejecto, quia Germanis adhæſerat, ſuccedunt
CAPETI REGES.
Hugo Capetus ad 997. 10
Robertus cum patre ad 1031. 43
Religione inclytus.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Henricus I. ad 1060. 29
Rodulphus Ignavus moriens Burgundiam Conrado Germaniæ Regi donat. 1032. In eo deficit Regnum Arelat.
Philippus I. 1108. 48
Initium Delphinorum Viennenſium à Guigone Seniore VIII. Gratianopolis Comite 1075.
Hanc poſtea Provinciam Humbertus II. Delphinorum poſtremus Philippo Valeſio ea lege vendidit, ut Regis f. primo loco genitus Delphini nomen ſemper ferret. Genebrardus. Alii donatam ſcribunt.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Ludovicus VI. Craſſus ad 1137. 29
Hoc regnante obiit Joannes de Temporibus, quem aliqui fabulantur vixiſſe annos 361.
Ludovicus VII. Junior. ad 1180. 44
Ducta Eleonora Guienam acquirit 1137.
Lilia, ſive potiùs Lilium ſcuto Francico primo inditum. Alii deinde Reges ſcutum pluribus Liliis conſperſere. Meneſtrier.
Philippus Auguſtus ad 1223. 44
Regnandi laude illuſtris Coronæ Comitatus plures adiunxit.

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

Ludovicus VIII. ad 1226. 3
S. Ludovicus IX. ad 1270. 44
Carolus Andegavenſ. Ludovici fr. Uxoris jure Provinciæ Comes, Raimundo Berengario Socero ſine prole maſcula obeunte 1245.

(a) Vid. Nat. Alex. Sæc. VIII. Diſſ. II. & Notas Cl. Roncagliæ.

GALLIÆ REGES.

SÆCULUM CHR. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII.

Robertus S. Ludovici f. tertio loco genitus ducta Borbonii Ducis hærede cognomen in Regiam familiam cum hæreditate transfert.

Philippus III. Audax ad 1285. 15

Philippus IV. Pulcher ad 1314. 29

Tres hujus ff. Regnum adepti magnis afflicti cladibus, ſine ſtirpe periere. (a)

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad1400

Ludovicus X. Hutinus ad 1316. 2

Lugdunum ex permutatione cum Epiſcopo, cui parebat, Regi cedit 1322.

Joannes fil. vixit dies 8. 0

Philippus V. Longus ad 1322. 5

Carolus IV. Pulcher ad 1328. 7

Philippus VI. Valeſius ad 1350. 22

Valeſius à Comitatus titulo ante Regnum adeptum dictus, cognomen poſteris dedit.

Joannes II. ad 1364. 14

Toloſæ Comitatus redit ad Regem 1361.

Carolus V. Sapiens ad 1380. 16

Carolus VI. ad 1422. 42

Rem Gallicam propemodum perdidit ab Anglis profligatus.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad1500

Carolus VII. ad 1461. 39

Henricus VI. Anglus Caroli VI. ex filia nepos adhuc bimulus Pariſiis coronatur Galliæ Rex, qui Titulus adhuc ab Anglo R. uſurpatur.

Tria Lilia in ſcuto Francico primò apparent. Meneſtr.

Normannia, & Aquitania ad Regem redeunt 1450. 1451.

Ludovicus XI. ad 1483. 22

Burgundiæ Ducatus recuperatur 1476.

Carolus Meduanius Provinciæ Comes ſine prole moriens Regem ſcribit hæredem.

Carolus VIII. ad 1498. 15

Ludovicus XII. ad 1515. 17

Britanniam minorem Regno adjungit ducta Anna Franciſci II. Ducis hærede.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad1600

Franciſcus I. ad 1547. 32

Henricus II. ad 1559. 12

Franciſcus II. ad 1560 1

Carolus IX. ad 1574. 14

Henricus III. ad 1589. 15

Hugonotorum hæreſis ſub tribus poſterioribus magnas excitat turbas.

Deficientibus in Henrico III. Valeſiis, Borbonii ſuccedunt in Henrico IV. contra quem Gallicorum Principum fœdus religionis ſive cauſa, ſive obtentu. Victor tamen, & Catholicus regno potitur. (b)

Henricus IV. ad 1610. 21

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad1700

Ludovicus XIII. Juſtus ad 1643. 33

Rupella domita 1628. hæreſis opes fractæ, Regnum firmatum, Pinarolium in Italia Francis additum 1631.

Sedanum Bullionio Duci eripitur à Ludovico XIII., ea tamen lege, ut nomen, & honos principatus Duci, poſteriſque ſervetur 1642.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab An. Chr. 1700

Ludovicus XIV. Magnus ad 1715. 73

Comitatus Burgundiæ bis expugnatus, & à Francis 1680.

Arauſicanus Principatus ereptus Naſſaviis, plures Urbes in Belgio, & Germania captæ, & Regni fines prolati. Adverſam quoque fortunam ultimò expertus, militiæ quidem aliquam Copiarum ſuarum cladem, domi verò acerbum plurium Delphinorum eodem fere tempore interitum vidit. Sed & idem Borbonii ſanguinis Regem, nepotem ſuum Hiſpaniæ, atque Indiæ, opera ſua, tutò jam dominantem vidit.

Galliæ Regno in Vltrajectenſi Pace renuntiat Philippus V. Monarchiæ viciſſim Hiſpaniæ Duces Biturigum, & Aureliæ.

Ludovicus XV. ab an.1715.

ad 1750 *Philippi Aurelianenſis tutela domeſticis bellis, atque diſſidiis caruit: externa compoſuit. Sub ea fuit an.7. Rhemis conſecratus an.1722. Summa celebritate, totiuſque Europæ acclamationibus. Præclariſſimæ indolis, atque inſtitutionis magna eſt expectatio. Ad Regni felicitatem, Europæ pacem, Religionis incrementum initia ſpectant. Mariam Carlottam Leſzezinski Vxorem accipit an.1725. ex eaque duas eodem partu filias ſuſcipit an.1727.*

Idem auxilii nomine pugnat pro Rege Stanislao in Polonia, pro Carolo VII. Imper. in Germania, & Flandria; pro Regiis Hiſpaniæ Infantibus in Italia. Lotharingiam Regno adjicit: in qua Ducem conſtituit Regem Stanislaum Socerum ſuum. Hic actualem, ille eventualem, quam vocant, poſſeſſionem ineunt an.1737.

Ludovico Delphino uxorem dat Mariam Carlottam Philippi V. Hiſpaniæ Regis Filiam an.1744. eaque vita functa, Mariam Joſepham Filiam Auguſti III. Poloniæ Regis 1747.

(*a*) Philippi Pulchri Regis Galliarum Filii tres Ludovicus X, Philippus V, Carolus IV ſine maſcula prole deceſſere, Joanna Caroli IV conjuge Filiam enixa poſt Viri obitum. Tum magna de Jure Regni controverſia. Cum faterentur omnes Coronam deberi propinquiori Agnato defuncti Regis quæſtio erat quis propinquior cenſendus eſſet, num Eduardus III Angliæ Rex, Filius Eliſabethæ ſororis Philippi Pulchri, quique Matrem ſuam repræſentabat, an defuncti Regis Philippi Pulchri Patruelis Philippus Valeſius, qui Joanna Regina ventrem ferente ejus & regni cuſtodiam ſuſceperat. Opponebant Gallorum Juriſconſultorum plures, ſi aliquod ad Regnum Francorum jus Eduardus haberet, a Matre id tranſmiſſum iri, porro ipſam nil habere juris propter ſexus defectum, licet genere eſſet propinquior. Quare Philippus Valeſius erat genere propinquior abſque ſexus defectu. Congregatis Ordinibus hæc probata ſententia eſt, quod tamen Angliæ Reges impulit, ut jus in Galliam experirentur.

Eduardo III, Ricchardo II, Henrico IV Angliæ Regibus ſucceſſit Henricus V, an.1413, qui deinde ſe Normanniæ, Aquitaniæ, Andium, Cenomanorum, Pontini ſupremum dominum, imo legitimum Franciæ Regem conteſtatus ad Carolum VI ſcripſit aſperas pacis conditiones offerens, aut bellum denuncians: Literarum apud *Nat. Alexand. Sæc. XV. in Carolo VI* hæc erat inſcriptio: *Celſiſſimo Principi Carolo Cognato noſtro, & Adverſario Franciæ Henricus Dei gratia Anglorum, & Francorum Rex ſpiritum conſilii ſanioris, & tribuere unicuique quod ſuum eſt.* Reſpondit Carolus VI literis quarum hæc erat inſcriptio: *Celſiſſimo Principi Henrico Cognato noſtro, & Adverſario Angliæ Carolus Dei gratia Franciæ Rex neminem opprimere, nec quidquam contra jus aggredi.* Utriuſque epiſtolæ exemplar Hiſtoriæ ſuæ inſeruit Joannes Juvenalis de Urſinis ad an.1415 quo ſcriptæ fuere. *Anglorum victoriam, tum expulſionem e Galliæ regno vide apud eumdem.*

(*b*) Fridericus Mauritius Turenius Dux Bullionius, & Sedani Princeps 1591. in Gallia celebris.

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XVIII.

HISPANIÆ REGES.

SÆCULUM CHR. I. II. III. IV. V. VI.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

Chriſto Humani generis Reparatore naſcente penes Romanos Hiſpanicarum rerum poteſtas erat.

Hi Cantabriæ novis motibus æſtuanti frænos injecere, præſidiis per Provinciam diſpoſitis. *Mariana*.

Otho Cæſar Bæticæ Præfecturæ Mauritaniam Tingitanam contribuit. *Idem*.

Sub Veſpaſiano, & Domitiano Hiſpania in Bæticam, Luſitanicam, & Tarraconenſem provincias primò diviſa eſt. *Idem*.

Sæcul. II. Ab an Chr. 100 ad 200

Duos hoc ſæculo Imperatores Romæ dedit Hiſpania, Trajanum patria Italicenſem in Bætica natum, ac Ælium Hadrianum Trajani conterraneum, & conſanguineum.

Ælius Hadrianus Hiſpaniam in ſex provincias dividit Bæticam, Luſitanicam, Carthaginenſem, Tarraconenſem, Gallæciam, & Mauritaniam.

Ea ſcilicet Africæ parte Hiſpaniæ contributa.

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

Tetricus ſub Valeriano, & Gallieno Hiſpaniam tenuit, in quam Germanica Natio per Galliam infuſa totis duodecim annis, urbes, agroſque igne, ferroque vaſtavit.

M. Aurel. Carus Imperio ſuſcepto, Carinum filium in Gallia, & Hiſpania curare mandavit, eodemque tempore M. Aurelius in citeriore Hiſpania rem Romanam gerebat.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Hiſpaniæ reguntur à quarto Legato Præfecti Prætorii Galliarum ab an. 331.

Sequenti V. poſt Chriſtum natum ſæculo, Suevi, Gothi, Alani, Silingi, Vandali, Hiſpaniam invaſere; ſed Alanis, & Silingis eodem ſæculo extinctis, Vandalis fugatis, Hiſpaniæ diviſæ fuere inter Romanos, Suevos, & Gothos, de quibus agendum, quia illorum Reges in Caſtellanis adhuc perſeverant. *Mariana*. (a)

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Initium Gothorum Regno dedit Ataulphus Alarici Regis affinis, qui relicta Italia Hiſpaniam petiit 415.

Ataulphus à 415. ad 416. 1
Sigericus regnat m. 7. 0
Vallia ad 429. 13

Vallia regnante, fugati Vandali, deletæ Alanorum reliquiæ.

Theodoredus ad 451. 23
Theoriſmondus ad 452. 1
Theodoricus ad 367. 15
Euricus ad 483. 17

Romanos ex univerſa pellit Hiſpania.

Alaricus ad 507. 23

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Geſelaricus ad 511. 4
Amalaricus a 507. ad 531. 24
Theudus, ſeu Theuda ad 548. 17
Theudiſelus ad 549. 1

Multi ſubditorum, inſidiis aut afflictis criminibus per eum ſublati, ut eorum uxoribus abuteretur: Quare Hiſpali, impetu in Regiam facto inter prandendum obtruncatus eſt.

Agila ad 554. 5
Athanagildus ad 568. 14

Romanos auxiliares, quos Euricus ejecerat, vocat in Hiſpaniam.

Limba, ſeu Liuba I. ad 573. 5
Leovigildus frat. ad 586. 13

Gallæciam Suevorum regnum armis occupat.

Flav. Recaredus I. ad 601. 15

Ab hoc Flavii cognomentum tulere Caſtellæ Reges uſque ad Mauros.

Digitized by Google

HISPANIÆ REGES.

SÆCULUM CHR. VII. VIII. IX. X. XI. XII.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Limba, ſeu Liuba II. ad 603. 2

Vittericus ad 610. 7

Gundemarus ad 612. 2

Siſebutus ad 621. 8

Recaredus 621. m.3. 0

Suintilla, & Ricimerus ad 631. 10

Siſenandus ad 636. 5

Chintila ad 640. 4

Tulga ad 642. 2

Chindaſuindus ad 649. 6

Riciſuindus ad 672. 23

Bamba ad 680. 8

Ervigius ad 687. 7

Ægica ad 701. 14

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Vitiza ad 711. 10

Rodericus ad 712. 2

Mauri 713. Hiſpania ſubacta rem Gothicam in plura regna diſtrahunt.

Pelagius ad 717. ad 737. 20

E regio ſanguine regnat Oveti in Aſturia.

Garzias Aynſa Rex Suprarbienſis 724.

Legionenſe Regnum 737.

Favila ad 739. 2

Alphonſus I. Catholicus ad 757. 18

Froila ad 768. 11

Aurelius ad 774. 6

Silo ad 783. 9

Maurogatus ad 789. 6

Mauris annuum puellarum tributum pendit.

Veremundus Diaconus ad 791 3

Alphonſus II. Caſtus ad 842 52

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Alphonſus abſtinens ab uxore Caſti cognomen invenit.

Caſtellæ Comes Ovetenſi Regi parebat.

Enecus I. Navarræ Rex 819.

Ramirus I. ad 850. 8

Ordonius ad 866. 16

Garcias II. ducta Uraca Navarræ Regno Aragoniam jungit 867.

Alphonſus III. Magnus ad 910. 44

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Godefridus de Arria Comes Barcinonenſis à Carolo Craſſo inſtitutus.

Sanctius Abarca VII. Navarræ I. Aragoniæ Rex.

Garzias ad 913. 3

Ordonius II. ad 923. 9

Sedem Oveto Legionem tranſtulit, dictuſque eſt Rex Legionenſis.

Froila II. ad 925. 2

Alphonſus IV. ad 928. 3

Ramirus II. ad 950. 22

Caſtellæ Comitem liberum eſſe jubet ob æs alienum, cui ſolvendo par non erat.

Ordonius III. ad 955. 5

Sanctius Craſſus ad 967. 12

Ramirus III. ad 985. 18

Veremundus II. ad 999. 15

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Alphonſus V. ad 1027. 28

Sanctius III. Navarræ, & Aragoniæ Rex, & Comes Caſtellæ, ducta Nunna Sanctii filia.

Veremundus III. ad 1037. 10

Ramirus I. Aragon. ſolus Rex.

Ferdinandus Magnus ad 1065. 29

Sanctius II. Fortis ad 1072. 7

Garzias cum fratre ad 1074. 2

Alphonſus VI. ad 1109. 36

Toletum recipit 1085. eoque Sedem transfert.

Henricus Burgundus è Regio Gallorum ſanguine ducta Thereſia, Alphonſi Reg. filia, dicitur Comes Luſitaniæ, quam Mauris ademerat 1080.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Alphonſus VII. Alphonſi VI. Nepos ex Uracca ejuſd. f. ad 1126. 17

Alphonſus VIII. ad 1157. 31

Alphonſus Henrici Comitis filius Primus Luſitaniæ Rex ab exercitu ſalutatur 1139. confirmatur ab Alexandro III. 1172.

HISPANIÆ REGES.

SÆCULUM CHR. XIII. XIV. XV. XVI. XVII.

Sanctius III. ad 1157. 1
Ferdinandus II. ad 1188. 31
Alphonſo Comite Barcinonis ad Aragoniæ regnum vocato, Catalaunia jungitur Aragoniæ 1162.
Alphonſus IX. ad 1214. 26

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

Henricus I. ad 1217. 3
Alvarus Laræ Comes turbas excitat.
Ferdinandus Sanctus filius Alphonſi Legionenſis ad 1252.
Alphonſo patre extincto, Legionenſi Regnum Caſtellano addit 1230.
Cordubam, Hiſpalim, aliaque oppida Mauris eripit. Regium Caſtellæ Senatum inſtituit. Regnum Granatenſe recuperat 1237.
Alphonſus X. Sapiens ad 1284. 32
Carthaginen. Silvam, Pacium de Mauris recipit.
Sanctius IV. Strenuus ad 1295. 11
Fratris primogeniti filiis Alphonſo, & Ferdinando dejectis.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

Ferdinandus IV. ad 1312. 17
Alphonſus XI. Juſtitiarius ad 1350. 38
Bello Clarus Mauros cladibus attrivit.
Diſſidiis Civilibus lacerata Reſpublica.
Petrus Crudelis ad 1369. 19
A fratre notho victus, & interfectus crudelitatis pœnas dedit.
Henricus II. Petri fr. ad 1379. 10
Poſt Henricum II. Guſmanæ filium ex Ordine S. Dominici conſcientiæ Moderatores elegerunt Caſtellæ Reges. *

* *ad Carol. II.*

Joannes I. ad 1390. 12
Henricus III. ad 1407. 16

Sæcul. XV.

Hujus frater Ferdinandus jure matris Eleonoræ 1410. Martino obeunte. Regnum Aragoniæ adeptus eſt.

Ab an. Chr. 1400 ad 1500

Joannes II. ad 1454. 47
Henricus IV. ad 1474. 20
Turbæ in Caſtella, aliis Joannæ Henrici filiæ, aliis Iſabellæ ejuſdem ſorori Regni ſucceſſionem deferentibus ad an. 1479.
Ferdinandus Cathol. Aragon. Rex. *Iſabellæ uxoris jure ad 1506.* 36
Aragoniam, & Caſtellam jungit.
Huic ſive datus, ſive reſtitutus eſt Catholici titulus à Julio II.
Filia Joanna nupſit Philippo Auſtriaco, & hinc in Hiſpania.

AUSTRIACI REGES.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

Philippus I. Auſtriac. 1506. vix 1
Caſtella magnis motibus agitatur.
Ferdinandus iterum ad 1516. 10
Joanna impare ob mentis defectum.
Navarram occupat 1513.
Carolus V. Imper. Hiſpan. I. ad 1556. 40
Philippus II. ad 1598. 42
Nemo fortaſſe ab Orbe condito latiùs imperavit.
Matriti Sedem figit. Henrico Rege obeunte Luſitania potitur 1580.
Philippus III. ad 1621. 23

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

Philippus IV. ad 1665. 44
Luſitani Bragantiæ Ducem Joannem Regem eligunt 1640.
Catalaunicæ turbæ 1640. Neapolitanæ 1647.
Carolus II. ad 1700. 36
Pater moriens matri optimæ Mariæ Annæ, ſimulque ſex Conſiliariis Carolo impubere regnum adminiſtrandum reliquit.
Anno 1698. totius Hiſpanicæ Monarchiæ hæredem inſtituit Ferdinandum Joſephum Filium natu majorem Maximil. Eman: Elect. Bav. & Mariæ Antoniæ Auſtriacæ.

Digitized by Google

Sæcul. XVIII. decurr. Ab an. Chr. 1700 ad 1750

Hoc autem, duos poſt Menſes, morte ſublato.

An: 1700. Monarchiæ itidem univerſæ hæredem Teſtamento facit Philippum Ducem Andegavenſem Ludovici Delphini, & Mar: Annæ Chriſtinæ Bavar. filium ſecundo loco natum.

Philippus V. ad 1724. 24

Rebus ſuis in Hiſpania jam dudum feliciter reſtitutis, & conſtabilitis, tum ſucceſſione prolis, tum populorum amore, terrenarum curarum pertæſus regno ſe abdicat 14. Januar. 1724.

Ludovicus Philippus ad 31. Aug. m. 7. d. 12.

Filio præpropere mortuo.

Philippus V. iterum regnat ad 1746. 46

Ferdinandus ex I. uxore Ludovica Gabriella Saband. ſecundo genitus, adhuc impuber, Monarchiæ præſumptivus, quem vocant, hæres renuntiatur 1724. Idem Philippus V.

Tribus Filiis ex ſecunda uxore ſuſceptis, duos in Italiam miſit cum magnis copiis, & iteratis expeditionibus, felici tandem ſucceſſu. Religionem tuetur, & amplificat, præſertim in Africa, & America.

Ferdinandus VI. a 1746.

Inſigni pietate, ac reverentia in Patrem, & ſecundam Patris uxorem, quamvis regnorum præſumptivus hæres jamdiu declaratus fuiſſet ab omni publica adminiſtratione abſtinuit. Dominatu accepto, paci ſtudet, ac populis ſublevandis, & Monarchiæ rectè ordinandæ. Regiis omnibus virtutibus ſplendet, & omnes Catholici Regis partes implet.

(a) De Suevorum Regno in Hiſpaniis pauca hæc accipe. Sæculo V Suevis imperabat Hermenericus, cui ſucceſſit an. 440 Rechila Fil. qui Bætica ſubacta, redactaque in provinciam Hiſpali, converſis deinde in Luſitaniam armis, Emeritam expugnavit, deletis Alanorum reliquiis. Demum Carpetaniam, & Carthaginenſem Provinciam occupavit 448, ſucceſſorem reliquit Recciarium fil. qui primus Suevorum Regum Chriſto nomen dedit. Regnum deinde uſurpavit Acliulphus; inde pars Suevorum Frantam, pars Maſdram elegit intra biennium à ſuis occiſum; cujus fil. Remiſmundus fœdere cum Franta icto, Luſitaniam ad Romanorum ditionem revocatam igne, ferroque depopulatus, ſubigere prorſus non valuit. In Frantæ Regis defuncti locum, Factionis ſuffragiis ſubſtitutus Frumarius. Æmulus Remiſmundus univerſam Suevorum Gentem invaſit, atque obtinuit, Frumario interim defuncto: Mox Luſitaniam ſubegit, acceptaque in conjugem filia Regis Gothorum Theodorici regnum fœdere firmavit. Arianæ uxoris blanditiis, & calliditate Aiacis hominis Arriani, quem filiæ comitem Theodoricus dederat, Remiſmundus, & per eum Suevorum Gens univerſa Arrianiſmo infecta eſt. Tandem poſt medium Sæc. VI. Theodomerus Genti imperans filium ex morbo gravi decumbentem S. Martino Turonenſi commendans, miſſis ad ejus ſepulchrum Legatis, ipſo ſanitati reddito Arrianiſmum ejuravit cum tota Gente, quæ ab annis 100 eam hæreſim profeſſa fuerat. *Plura ex Mariana de Rebus Hiſpaniæ perſtringit Nat. Alex. Sæc. VI cap. ult.*

Digitized by Google

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XIX.

ALIOR. PER EUROP. REGNOR., ET PRINCIPAT. INITIA, ET VICES. SÆCULUM CHR. I. II. III. IV. V. VI.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

Thraciæ Regum Tacitus, & alii meminere.

In Germania Maroboduus ab Arminio victus pellitur. *Tacit.*

Britanniæ, Hiberniæ, Daniæ, Norvegiæ, Sueciæ Reges hoc ſæculo à neotericis memorantur.

Metellanus Scotorum Rex, Chriſto naſcente ſecundum regni annum numerabat.

Corbredus cognomento Galdus, ſive Galgacus Scotorum Rex, ut eſt apud Tacitum *in Vita Agricolæ*.

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

Trajanus, victo Decebalo, Dacorum regno finem imponit 206.

Scotorum Reges hoc ſæculo numerantur Luctacus, Mogaldus, Conarus, Ethodius, Satrael, & Donaldus I.

Gothi ſive ex Scandia, ſive ex Getarum regionibus erumpentes, multis afflictis provinciis, ad utramque Viſurgis ripam ſedes figunt 184.

Gothorum nomen ſupra quadringentos ante Chriſtum natum annos auditum fuiſſe ſcribit Trithemius; ſed ſine antiquo teſte.

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

Gothi Thraciam populantur, & poſt Decii cladem 251. plures occupant Rom. Imperii provincias ſæculis 3.4.5. & 6.

Quadi, & Sarmatæ per Gallieni ignaviam Pannonia potiuntur.

Dania ſub eodem Gallieno Romanum jugum excutit, nunquam ampliùs ſubitura.

Probus Baſtarnarum centum millibus ad præſidium contra barbaros in Thracia ſedes aſſignat 281.

Carantius, ſive Carauſius Scotus, Romanis victis, Rex Bitannorum appellatur 290. *Leſlæus in Hiſt. Scot.*

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Rauſimundus Rex Sarmatarum à Conſtantino cæditur 319.

Eugenius I. Scotorum Rex moritur. Romani rerum in Scotia potiuntur, incipit interregnum 386.

Fritigildis Marcommanorum Regina maritum ad Romanorum obſequium adducit.

Alaricus Gothis imperat 381. circiter.

Hunni ſub Balamiro, & Mundiſico Attilæ patre 382.

Vandali ad Viſtulæ ripas ſub Modigiſilo ſeu Gondigiſilo circ. 382.

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Ferguſius II. Scotorum Regnum à Romanis everſum inſtaurat 410.

Burgondiones a Rheno ad Occidentem Solem progreſſi, regioni, quam occuparunt ſub Honorio Imper. nomen fecere.

Attila Rex Hunnorum, & Buda Hungarorum regno dant initium 442. Aliis Bleda.

Caba Attilæ filius cum Hunnis fugatur ab Arderico Gepidarum R. 454.

Angli Saxonum gens à Britannis adverſus Pictos, Scotoſque acciti poſt fractam horum audaciam, Britanniam ſubjecere, eamque in ſeptem regna partitam, Angliam appellantes, tenuere ad annum 1017.

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Theodo Agilolphingus Dux I. Bavariæ 508.

Avarius Hunnorum Rex, Norici partem, quam bello domuerat, Bavariam dicit 525.

Slavi Auſtriam occupant 522. mox Illyricum poſt 587.

Langobardi Pannoniam occupant 549. Garibaldus I. Rex Bojariæ, ſive Bavariæ 568.

ALIOR. PER EUROP. REGNOR., ET PRINCIPAT. INITIA, ET VICES.

SÆCULUM CHR. VII. VIII. IX. X. XI.

Bulgari gens hactenus ignota à Borealibus finibus egreſſa, Myſia potitur.

Polonici Principatus initia per Lecchum gente Slavum circa annum *600.*

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Garibaldus II. iterum Dux Bojariæ *607.*

Zeccus Slavus I. Bohemiæ Dux anno ferme *649.*

Bulgari Pannoniam, & Thraciam occupant prope annum *680.*

Extinctis Lecchi poſteris in Polonia anno fere 700. XII. Palatinis, quos populi elegerant, in tyrannidem prolabentibus, creatur Dux I. Cracus, à quo Cracovia nomen invenit.

Raguſa, quæ poſt dirutum à Saracenis veterem Epidaurum, à Polymiro Belo Boſſinorum R. condita fuerat, liberæ urbis more a propriis Magiſtratibus regi cæpit. *Tubero l.5.*

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Poſt Cracum II. & Lecchum Craci I. filios, Vanda imperat in Polonia uſque ad 760. Poſt Vandam XII. iterum Palatini, quibus tres Lecchi ſuccedunt, ac deinde poſtremi filius Popielus. Hunni reduces iterum Pannonia potiuntur 744.

Carolus Magnus victo Vitiloni Bavariæ Duci Taſſilonem II. ſubſtituit mox hunc rebellem in Monaſterium detrudit, ac ipſe Regem ſe Bavariæ dicit 788.

Flandria antea inculta fit Comitatus *792.*

Biornus III. Chriſtianorum I. in Suecia Rex 800.

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Carolus Magnus, Saxonibus victis Witikindum Ducem imponit 804.

Egebertus Angliæ univerſæ Rex I. moritur 837. Sivardus II. Daniæ Rex à Ludovico Pio Friſiam accipit.

In Polonia poſt interregnum 20. annorum eligitur Piaſtus Dux gentis 842. Pictorum gens univerſa cum regno deleta à Kenneto Scotor. Rege 850. Auſtraſia à Lothario R. Lotharingia dicitur. Polæmon Dux I. Lithuaniæ *900.*

Ingo Suecorum Rex Ruthenos, & Moſchos ſuæ ditionis facit 900.

Raguſei, pulſo Demejano tyranno, Venetorum ope, ab his per aliquot annos annuum Prætorem admittunt. *Tubero l.5.*

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Marchiones cuſtodiendis Regionum finibus: Burgravii juri dicendo inducti.

Bavaria iterum Ducatus 911.

Sigefridus I. Marchio Brandeburgicus *927.*

Leopoldus Auſtriæ Marchio I. *932.*

Miſniæ Marchio ab Henrico Aucupe inſtitutus.

Hermannus I. Luneburgi Dux dicitur ab Othone I. *960.*

Sigefridus Ardennenſis I. Comes Luxemburgi.

Imperium Moſcoviticum *990.*

Suetonus Daniæ Rex Sueciam acquirit *998.* Saraceni Creta inſula ejecti per Baſilium, & Conſtantinum Imperatores.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Sabaudiæ Comitatus per Beroldum Saxonem incipit 1010. Dani occupant Angliam *1016.* Rege I. Canuto Magno.

ALIOR. PER EUROP. REGNOR., ET PRINCIPAT. INITIA, ET VICES.

SÆCULUM CHR. XII. XIII. XIV. XV.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Boleslaus I. cognomento Chrobri ex Duce I. Rex Polon. Henrico I. Imper.

Guillelmus Nortmanniæ Dux hæres à S. Eduardo dictus, pulſo Haraldo Dano, Angliam ſubigit 1066.

Bavaria tranſit ad Ateſtinos in Welphone Actii filio 1070.

Polonia, ob cædem S. Stanislai Cracovienſis, privatur Regis titulo 1079.

Uladislaus II. per Henricum III. Rex Bohemiæ primus 1087.

Bullionis Ducatus 1096. venditus Leodienſi Epiſcopo à Gothofredo Lotharingiæ Duce.

Sigefridus è Duce Lotharingiæ Moſellanicæ I. Comes Palatinus 1101.

Hermannus è Ducibus Zeringiæ I. Marchio Badenſis ſub Henrico IV. 1120.

Welphonibus, ſive Ateſtinis Auſtriaci in Bavaria ſuccedunt 1138.

Albertus Urſus Princeps Anhaltin. March. Brandemburg. 1142.

Auſtriæ ex Marchione Dux 1154.

Regnum Hiberniæ paret Anglis 1162.

Otho I. Witelſpachius 1162. poſt Ateſtinos Dux Bavariæ, in qua imperant ejus poſteri.

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

Valdemarus II. primus Danorum, & Vandalorum ſimul Rex 1203.

Nerius, ſive Rainerus Acciajolus Achajæ Princeps, Athenarnm Dux.

Otho Paruus è gente Ateſtina I. Dux Brunſvicenſis, & Luneburgenſis 1230.

Ducatus Brabantiæ ex Lovanienſi Comitatu 1247.

Eduardus I. ab Henrico III. patre primus è Primogeniti Regum Anglorum dictus Walliæ Princeps, cæſo Leolino 1254.

Chios à Michaele Paleologo donatur Genvenſibus 1260.

Islandi Naquino Norvegiæ Regi ſe ſponte tradunt 1265.

Auſtria, Stiria, Tirolis, & Carinthia, Rodulphi Imper. familiæ cedunt 1282. moxque etiam Burgundia, & Bohemia.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

Primislaus Polonus Regium nomen repetit 1295.

Nicolaus Acciajolus Magn. Regni Neapolit. Seneſcallus, Corinthi Dynaſta.

Dux Geldriæ ex Comite 1306.

Libertatis Helveticæ Tabulæ 1315.

Albertus ſub Carolo IV. Dux. I. Megalopolitanus.

Franciſc. Cataluſius Patrit. Genvens. Lesbi Princeps 1350.

Caſimiro Magno Piaſtorum poſtremo extincto, eligitur à Polonis Ludovicus Rex Hungariæ 1370.

Robertus II. primus è Stuartorum ſanguine regnat in Scotia 1370. Juſtiniani Genvenſes patritii inſula Chio donantur à Joanne IV. Paleologo 1374.

Jagello, poſtea è Sacro fonte Uladislaus V. ducta Hedvige Rex Polon. 1386.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

Dania, Suecia, Norvegia uni Regi fere ſemper parent ab anno 1396. ad 1523.

Amedeus VIII. ex Comite Dux I. Sabaudiæ à Sigiſmundo Cæſare dicitur 1416.

ALIOR. PER EUROP. REGNOR., ET PRINCIPAT. INITIA, ET VICES.

SÆCULUM CHR. XVI. XVII. XVIII.

Adolphus Dux I. Cliviæ 1417.

Fridericus Burgravius Nurimberg. à Sigiſmundo Cæſare 1417. donatur Marchia Brandeburg. quam poſteri tenent.

Rhætorum fœderatio cæpta 1424. ſtabilitur 1471.

Norvegia hæreditario jure obnoxia Daniæ ab anno 1448.

Ducatus Witembergenſ. initia 1470.

Navarræ Regnum 1483. tranſit ad Albretos, Franciſco Phœbo ſine prole obeunte.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

Suecia ſeparatur à Dania, electo in Regem Guſtavo 1523. Hungaria, & Bohemia tranſeunt ad Auſtriacos 1526.

Capta Rhodo, Melita Hieroſolymitanis Equitibus dono datur à Carolo V. 1530. Navarræ jura Antonio Borbonio cedunt 1553. Batavica defectio ab Hiſpanis 1572. ex qua nova, potenſque Reſpublica.

Deficiente in Sigiſmundo Auguſto virili Jagellonum Stirpe 1572. primò Henricus Gallus, mox Stephanus Battoreus, inde Sigiſmundus Suecus à Polonis eligitur 1587. Hujus diadema Suecicum rapitur à Patruo Carolo 1589.

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

Jacobus Scotiæ Rex VI. poſt obitum Eliſabethæ Reginæ Magnæ Britanniæ, & Hiberniæ I. 1603.

Bavariæ Dux inter Septemviros 1625.

Provinciæ Fœderatæ in Belgio ab Hiſpanis liberæ declarantur 1648.

Britannia 1649. ex Regno Reſpublica ſub Tyranno Cromvelo. Reſtituitur Carolo II. Regi 1660.

Abdicante Chriſtina, Sueciæ Regnum Carolo Palatino cedit 1655.

Caſimiro V. e Suecâ Vaſarum Familia poſtremo abdicante 1668. Michael Coributus Poloniæ 1669. Rex eligitur, eoque obeunte 1673. Joannes Sobieski prudentia, & bellica gloria clariſſimus.

Veneti Cæſari, & Polono fœderati Poloponeſum de Turcis fortiter, & feliciter recipiunt.

Anglia 1689. deficit à Jacobo II. Rege ad Auriacum Principem. Scotia aliquandiu nutat, mox cedit, Hibernia bello ſubigitur 1691.

Dux Hannoveranus inter Septemviros 1692. Marchio Brandeburgicus inter Reges 1700. De utroque reclamatum a Pontifice.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab an. Chr. 1700

Frider. Auguſto Elect. Saxon. Poloniæ Rege electo ab a. 1697. ſeptennio poſt ab adverſa procerum factione, Sueco victore adnitente, Polon. Rex ſub Stanislai nomine renuntiatur Palatin. Poſnan. Auguſtus regno cedit an. 1706. Triennio poſt, Sueci ope, & impulſu deficiente factioſis, regnum iterum accipit. Friderico Auguſto Principi Elector. nubit Maria Joſepha Imperatoris filia natu major an. 1719.

Jacobus II. Angliæ Rex in Gallia mor. 1701. Paulo poſt equo collapſus mor. Guilielmus Naſſoü. Sceptrum Annæ traditur Jacobi II. filiæ hæret. excluſo per injuriam Jacobo Catholico, ac ſubinde etiam armis repulſo. Ea tandem Angliam, & Scotiam in unum Magnæ Britanniæ regnum conjungit 1707. Obit 1714.

ALIOR. PER EUROP. REGNOR., ET PRINCIPAT. INITIA, ET VICES.

SÆCULUM CHR. XVIII.

Anna Regina.

Succeſſorem habet Georgium Ludov. Ducem Brunſuic. Elect. Hannov. Hic vero improviſa morte ſublatus 1727. Georgium II. Auguſtum. Alexius Petrovitzius Magni Moſcorum Ducis filius abdicatur à Patre 1718. Regni jura transferuntur in Petrum. Ambo brevi moriuntur. Pater autem mor. 1725. Succedit Catharina Albendilla uxor altera, ac ſub ejus tutela Petrus Alexiovuitzius Petri Alex. nepos. Ea mortua 1727.

Sæcul. XVIII. ad 1750

Carolus XII. Sueciæ Rex utriuſque fortunæ extrema quæque bello expertus, ultimo in Friderifo-Kalli obſidione minoris tormenti globo interfectus 1718. Succedit Ulrica Eleonora ſoror cum Conjuge Frider. Principe Haſſo-Caſſellano.

Similes aliquot fortunæ vices expertus Maximil. Eman. Dux, & Elect. Bavar. Ditioni, dignitatique ſuæ cum honore reſtituitur 1714. Ejus filius Carolus Albertus Dux, & Elector uxorem ducit 1722. Mariam Amaliam Joſephi Imperatoris filiam ſecundo loco natam.

Sæcul. XVIII. decem. Ab an. Chr. 1700

Joannes V. Luſitaniæ, & Algarbiorum Rex appellatione *Fideliſſimi* ſalutatur a Benedicto XIV. 1749. Eccleſiæ Romanæ addictiſſimus multa ad illius ſimilitudinem Summorum Pontificum conceſſu Ulyſippone conſtituit. M. Thereſia Hungarici regni coronam Presburgi accipit 1741. Regni Bohemiæ Pragæ an. 1743. Jus ſuffragii ad Imperat. Elect. pro Bohemiæ regno tradit Franciſco a Lothar. conjugi nunc Cæſari an. 1741. Auguſtus II. Poloniæ Rex mor. anno 1732. conſequuta duplex electio, aliis Stanislao Palat. Poſnan. aliis Auguſti Filio Duci Saxon. faventibus, qui regni coronam accepit Cracoviæ 1734. Plures annos pugnatum armis auxiliaribus. Hic tandem vicit, & pacifice regnat Auguſti III. nomine. Stanislaus regno ceſſit 1736.

Fridericus Guilelmus Elector Brandeburgicus mor. 1740. ſuccedit Filius Carolus Fridericus. Contra Reginam Hungariæ ante omnes arma movet; Sileſiam invadit, & occupat, eamque hac conditione retinet, ut Religionem Catholicam indemnem relinquat. Pax inter Electorem Bavariæ, & Reginam Hungariæ firmata an. 1745.

Chriſtianus VI. Rex Daniæ mor. 1746. Succedit Filius Fridericus V. Sueciæ Regina Caroli XII. Soror mor. 1741. Dux Carolus Olſthein Gottorp Sueciæ regno ſucceſſor datur 1742. Paulo poſt declaratus Princeps Imperialis Moſchorum, & Succeſſor Imperii, Sueciæ regno renuntiat.

Petrus II. Magnus Dux Moſchorum obiit an. 1730. ſuccedit Anna Ivannovuna, mentis, & animi pluſquam muliebris. Aulam transfert Petroburgum 1733. Ceſſit è vita anno 1740. ſuccedit Joannes III. Brunſuvychius ſub tutela Matris Annæ Principis Volfembuttel. Sed paulo poſt, his ab imperio amotis, in magno totius regni conventu, ex teſtamento Petri I. cognomento Magni, Moſchorum Imperatrix renunciatur Eliſabetha, Petri ejuſdem Filia, ex ſecunda uxore. Patrem imitatur.

SUPPLEMENTUM DE INITIIS TURCARUM.

Turcas alii cum Laonico Chalcondila ex Scythis, alii ex Parthis, quidam ex Turca Perſarum Urbe magna, atque opulenta, nonnulli ex Cœle-Syria, & Arabia ortos volunt. Eorum Imperium

Sæc.XIII condidit *Othomanus*, ſive *Oſman*, Filius *Orthogulis*, ſive *Ertuculis*, hujus Nativitatem ac regnum Annales Turcici prædictum referunt a Vate Mahumetano, cujus filiam ubi adolevit, ſibi duxit uxorem. Anno Chriſti 1298. regni initia poſuit. Quippe ex Sogutha Myſiæ Vico, unde erat oriundus in reliquam Aſiaticam Myſiam infudit ſeſe, pluribus urbibus ſubactis Pruſam Bithyniæ Urbem ad Olympi radices, quæque Myſiæ Aſiaticæ inferiori accenſetur, opibus florentem expugnavit, fame devictam, Regnique Sedem conſtituit anno 1300. Eo regnante octo Turcarum millia in Europam per Helleſpontum trajecere, captoque præſidio, quod Græci Cherſoneſo impoſuerant, in Thraciam irruerunt, & ad Iſtrum prædabundi.

Othomano an. Ch. 1326. defuncto poſt regnum an. 28. ſucceſſit *Urchanes* fil. qui Lydiam univerſam ditioni ſubjecit, Nicæam expugnavit, Aſiam reliquam Græcis eripuit. In hoſtem Chriſtianorum Joannes XXII, Philippus Valeſius Rex Galliæ, Robertus Siciliæ Rex, Dux Venetorum Franciſcus Dandulus, & Magiſter Rhodiorum Equitum, icto fœdere, claſſem inſtruxerunt, qua Turcæ ad 5000. cæſi, incenſis navibus majoris alvei 250. Joannis Cantacuzeni filiam in matrimonium duxit Urchanes, quem cum 32. an. regnaſſet, Amurathes Filius excepit an. 1387.

Is Callipolim Adrianopolim, ac circumjectas provincias cæpit, frequenti clade Chriſtianis Europæis attritis. Joannem Paleologum Græcorum Imperatorem Stipendiarium habuit, ejuſque filios Caſtra ſua ad nutum ſequi compulit, Triballis etiam, Myſiiſque domitis.

Bajazethes *Jacupe* minori fratre poſt mortem patris a Proceribus Turcis necato Rex ſalutatus 1390. in conſpectu exercitus Triballorum, quorum Rex Lazarus mox prælio redintegrato victus, captuſque ante Bajazethis oculos in fruſta conciſus eſt. Mœſia Europæa, Bulgaria, & Vallachia devaſtatis, diuturna obſidione Conſtantinopolim fatigavit; ſolvit tamen, ut contra Sigiſmundum Hungariæ Regem procederet, quem magna clade affecit an. 1393. Rurſus anno 1396. ad Nicopolim Turcas inter, & Hungaros, Galloſque fœderatos pugnatum eſt: Chriſtiani ad 20. millia in prælio cecidere, Turcarum ad 60. millia. Tandem a Tamerlane victus, caveæque incluſus dedecoris impatiens, mortem ſibi conſcivit ſub an. 1403.

Mahometes Bajazetis fil. Iſmaeli *Sinope* Principi bellum denuntiavit, quod ille tributo redemit. Bellò Venetos laceſſivit propter regionem, quæ Ioniam ſpectat; victi Turcæ commiſſo navali prælio, & Lampſacum præterea per Venetos expugnatum. Sed miſſis legationibus mox ſancita pax. Caramaniæ oppida quædam obtinuit, Vallachos bello aggreſſus, iis tributum imperavit: Serras etiam illuſtrem civitatem occupavit.

Lege *Leunclav. in Annal. Turcicis &c.*

Succeſſit 1422. fil. Amurathes II. Hungaros attrivit relicto an. 1451. fil. Mahomete II, qui *Corinthum*, *Lemnon*, *Mytilenam*, *Euboeam* Venetis eripuit, *Caffa* Genuenſibus, Græcis Conſtantinopolim: Vid. rel. in Imper. Orien.

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XX.
INITIA, VICISSITUDINES REGNORUM EXTRA EUROPAM.
SÆCULUM CHR.I. II. III. IV. V. VI.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

Herodes Aſcalonita moritur an.1. Filii Archelaus Judææ Rex, Herodes Antipas Galilææ, Philippus Ituræ Tetrarchæ dicuntur ab Auguſto 2.

Archelaus an.6. relegatur.

JudææProcuratores conſtituuntur.

Herodes Agrippa I.primò per Caligulam Galilææ Rex 38. mox, & Judææ per Claudium 41. Agrippa II. ſuccedit 43. Hoc mortuo Judæa iterum Procuratoribus creditur.

Parthorum, Æthiopum, Arabum, Armenorum, Cappadocum Reges à vetuſtis Scriptoribus, Sinarum à Neotericis memorantur.

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

Pacoro apud Parthos regnante, bellis civilibus eorum opes atteruntur, quare facili negotio ſub Coſroë II. à Trajano victi ſunt.

Trajanus victum Coſroëm II. in ordinem redigit, Parthiſque Partamaſpatem imponit 112.circiter, ſed eo à popularibus pulſo, Coſroës redit, à quo cum Hadriano firmata pax.

Aſſyria, Meſopotamia, & Armenia revocatis ab Hadriano, qui eas liberas eſſe voluit, Præſidibus, Reges eligunt 119.

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

Abagarus Oſroënorum, ſive Edeſſæ Rex dolo captus à Caracalla 216. *Calviſius perperam putat, eum fuiſſe, ad quem Chriſtus literas dediſſe fertur.*

Abagarus, ſive Abgarus nomen commune fuit omnibus Edeſſæ Regibus, ut rectè monet Noris in Epoch. Syro-Macedon.

Zenobia Palmyrenorum Regina Syria potitur, & Phœnicia.

Alexander Severus Hebræos a Præfecto, qui Syrus Archiſinagogus diceretur, regi patitur 224.

Artaxerſes, ter victo Artabano Parthorum Rege, regnum transfert ad Perſas 227.

Extincta apud Sinas Hana, quæ plura ſæcula Imperium tenuerat, regnat Cyna Familia 264.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Servi Sarmatarum Dominos è Sarmatia expellunt,eaque potiuntur 334.

Hannibalianus Conſtantini Magni ex fratre nepos, ab eodem Rex Ponti dicitur 335.Imp.Rom.finibus ab Ortu ad Indos, à Meridie ad Æthyopes, ab Aquilone ad Sarmatas, ab Occaſu ad Oceanum Britannicum propagatis, plurima Regna in Aſia, Africa, & Europa extinguuntur.

Sapor II. Hormiſdæ II. filius Perſarum Rex Romanis infeſtus Perſicas opes auget; potitur Armenia 368.

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Iſdegerdes hujus nominis I. apud Perſas, cui Arcadius moriens filii Theodoſii tutelam permiſit 408.

UſaiFamilia apud Sinas regnat 419.

Bonifacius Dux bellicis laudibus clarus, à Caſtino Valentiniani Duce læſus ab eo deficit, & Africa occupata, Vandalos, Albanoſque in eam evocat ex Hiſpania. Sic Africa Vandalorum ditionis facta eſt 427.

Colchorum, ſive Lazorum Reges in Aſia hoc ſæculo memorantur. *Genebrardus Lazos malè locat in Perſide.*

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Saraceni populi ex Iſmaele originem, a Sara Abrahami conjuge nomen trahentes, ex Arabia erumpunt in Syriam, Palæſtinam, & Phœniciam, hoc ſæculo ineunte.

Turcæ, ut liquet ex Plinio, Scytharum populi, è Portis Caſpiis Armeniam, & Cappadoc invadunt 516.

Digitized by Google

INITIA, VICISSITUD. REGNOR. EXTRA EUROP.

SÆCULUM CHR. VII. VIII. IX. X. XI. XII.

Beliſarius, victo, & capto Gilimero, Regno Vandalorum in Africa finem imponit 533.

Africa in ſeptem Provincias diviſa, & Imperio ſubjecta 534.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Heutay apud Sinas, diviſo regno, dominantur 628. Mahometes primò ſervus, mox vates, inde Dux Exercitus in Arabia moritur 631. Huic ſuccedit Abukara, & poſt eum Omar, ſive Haomar, qui Perſidem ſubigit, mox Syriam, & Ægyptum. Hic primus dictus eſt Calipha. Hali Mahometis gener poſt Haomarum.

Muhavias I. Damaſci Calipha.

Abderamus I. Miramolinus in Mauritania Tingitana fuga evaſerat cum aſſeclis Abdallæ Caliphæ Damaſceni interempti. *Miramolinus, ideſt Princeps, ſeu caput Fidelium.*

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Ulit Saracenicæ dominationis fines latiùs extendit, & Imperii ſedem iterum figit Damaſci. Saracenis Haly ſectatoribus impellentibus, Maurofores Chorazami dominos occidunt, Marvanum Calipham cædunt 752.

Inde ſub Muhamad Abubalas Saracenorum Imperium in tres partes dividitur, quarum primam Abubalas tenuit in Perſide, Salim Ægypto præfuit, & Abdalla Syriæ. Hinc ſtirps Bilæ apud Perſas celebris. Arrakid Bila, ſive Aaron Carolo Magno amicus.

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Abdezar Maracem inter Saracenos illuſtris, utpote qui, octo Regibus domitis, Principes eorum urbes victor expugnavit. Creta a Saracenis occupatur 821. Jacub-Leys celebris apud Saracenos Perſas regnat. *Poſt hunc diù ſilet Perſarum Hiſtoria.*

Celeberrimi erant hoc ſæculo Babylonius, ſeu Baldacenſis, & Ægyptius Calipha. *Hac Arabica voce, quæ Succeſſorem, vel Hæredem ſignificat, nempè Mahometis, primò appellatus eſt ſupremus Saracenorum Princeps, mox & alii minores.*

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Muſtaphi, ſive Muſtapha Babyloniorum Calipha, ſive Amiras, victo Ægyptio, totum fere Saracenorum Imperium ſibi ſubjicit 908. Calecuti apud Indos ſedem habere capit Saracenus Amiras 909. Sunga Familia apud Sinas regnare incipit 923. Perſarum Reges Daules, & Boytes è Stirpe Darii Hyſtaſpis a 936.

Hiſtoria Perſica iterùm deficit.

Ingas Peruvianos Cuſchi ſedentes ab hoc ſæculo numerant Americani.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Turcæ initio ſæculi Perſis infeſti, mox ab eorum Calipha, ſub quo meruerant, deſciſcentes, & Saracenis debellatis Tangrolipice Duce, eorum ſectam cum regno ſuſcipiunt 1038.

Turcæ dividuntur in Orientales, & Occidentales 1060. Hieroſolyma expugnata, Cruce ſignati ejus Regnum Gothofredo Bullionio, cujus potiſſimum virtute receptam eſſe conſtabat, omnium conſenſu deferunt 1099. Antiochia Bohemundo, Edeſſa Balduino, Galilæa Tancredo ceſſerunt.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Goraſmii in Perſide 1139. Noradinus è Turcis Occidentalibus Syriam occupat 1143. Saladinus è Turcis Orientalibus Ægypto potitur 1178. Eruptio Tartarorum, & plures per eos Provinciæ Septentrionis occupatæ 1188. Rucradinus Turca I. Iconii Sultanus 1189.

Digitized by Google

INITIA, VICISSITUD. REGNOR. EXTRA EUROP.

SÆCULUM CHR. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII.

Cypri Regnum jure permutatum in Hieroſolymitanum 1191.

(a) Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

Alexius Comnenus Trapezuntini Imperii fundamenta jacit 1203. Capta Conſtantinopoli Balduinus Imp. Venetis Cretam, Jonii, & Fgæi maris inſulas, Bonifacio Montisferratenſi Theſſaliæ Regnum, aliis alia præmia virtutis attribuit 1204. Chingiſcamus Tartarus, Choraſmiis domitis, regnat in Perſide 1227. & poſt eum Zagathay, ſive Hallon. Mamelucchi in Ægypto regnant 1245. Tartari Sinas occupant 1278. Aladino Sultanorum Iconii ultimo extincto 1290. Turcarum Regnum in ſeptem Dynaſtias dividitur. Caſſanus Tartarus 40. Saracenorum millibus in Syria cum Sultano Ægyptio profligatis, redit in Perſidem 1292.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

Othomanus Ortoguli filius domitis aliis Turcarum Dynaſtis, Pruſam, magnamque Aſiæ partem ſubigit 1301. *Manſit deinde omnibus Turcarum Regibus Othomani cognomen.*

Gempſa I. Parthorum Sultanus victo Carbandare Tartaro potitur Perſide ab anno 1350. ad 1390.

Ta Iminga Familia, pulſis Tartaris regnat apud Sinas 1368. *Martinius.*

Tamerlanes Tartarus 1391. fugatis Parthis, ſuos reducit in Perſidem.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

A duobus Tamerlanis filiis Mogolis, & Samarchandæ Regna initium habent 1406. Gempſa II. victis Tamerlanis filiis Parthos iterum Perſis imponit 1407. Uſſumcaſſanus I. Turcarum potitur Perſide 1458.

Mehemetes II. Trapezunte, univerſaque Chalcide armis domita, Trapezuntinum Imperium evertit. Luſitani Braſiliam, Americi Veſpucii induſtria luſtratam, armis occupant.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

Iſmael Sophi Turcas pellit è Perſide, eamque ſibi ſubigit 1501. Amether Saracenus Monachus aſſumpto Seriphii nomine Feſſæ, Marochii, & alia Mauritaniæ Regna occupat religionis obtentu. Selimus Turca Sultano debellato, Syriam occupat, mox victo Tomumbejo, Mameluchorum in Ægypto regno finem imponit 1517. Mexicum per Corteſium ſubigit Caſtellanus 1519. & Peruvia potitur Petrus Pizzarus 1525. Lomellini Genuenſ. patritii Tabracæ inſulæ ad Africæ oram Domini anno circ. 1540.

Arabia Felix à Solimano occupatur 1570. Abdemelechus Marochii, & Feſſæ regna ſuæ ditionis facit 1575.

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

Batavi in Oriente magna ſubigunt.

Buſſerius, & Xequus Marochi, & Feſſæ regis filii Hametis patris regna dividunt 1603. Tartari ex Familia Ta-Scinga Sinarum regno potiuntur 1644. *Martinius.* Batavi a Luſitanis Braſilia pulſi 1654. Tafilettus Feſſæ, & Marochi regna iterum jungit.

Æthiopum Reges nunquam interrupta Serie adhuc perſeverant, omnium fortaſſe antiquiſſimi.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab an. Chr. 1700

Anno 1722. Pe-Kini moritur Sinarum Imperator Kam-hi regni an. 62. Ex compluribus ipſius filiis quartus nomine Yeu-Theim imperio adlegitur annos 40. natus.

Rex Arabum apud Marrabam victus, atque interfectus a Turcis 1709. Ab iiſdem ſimul in Perſide Juvenis Sophi aliquot provinciis ſpoliatus: toto verò jam fere regno a Miriveio, & Eſchereſſio, rebellibus:

Digitized by Google

ad 1750 Ab his ingentibus cladibus attriti Turcæ res ſuas ibi vix ſuſtinent.

Mauri in Africa cæſi ab Hiſpanis 1720. Soluta Urbis Septenſis obſidio annorum quinque ſupra viginti.

Angli, & Batavi in America, multis pagis, atque arcibus aucti 1704. Indicæ negotiationis ab Oſtendæ mercatoribus, non ita pridem inſtitutæ magni progreſſus, & commoda.

Anno 1735. Sinarum Imperator Yen-Theim mor. ſuccedit Kien-Long Filius Chriſtiani nominis hoſtis, vel propria indole, vel Mandarinorum inſtinctu.

Thamas Chouly-Kam Perſarum Regem, victis rebellibus, regno reſtituit an. 1730. Deinde ipſe an. 1736. partim dolo, partim vi regnum uſurpat, iiſdemque artibus tenet an. XI. Plura bellà gerit, ac plerumque feliciter. Turcas ingenti clade attetrit 1735. In Magni Mogolis Imperium irrumpit, Regem Machmet-Chack bello vincit, ejus theſauros aſportat an. 1740. Tartaros Uſbechos, & Dagheſtunenſes populos ſubigit 1741. Tandem ab Optimatibus regni tyrannicum ipſius imperium non ferentibus una cum tota familia occiditur an. 1747. Ad regnum evehitur Aly-Scack.

(a) Eodem ſæculo XIII. Balduinus alter, ſive II a Michaele Paleologo Imperio, ac regia Urbe ejectus an. 1261. vixit deinde annis XI. calamitati ſuperſtes, dum ad recuperandam Conſtantinopolim auxilia in Occidente conquireret. Filium unicum reliquit Philippum, cui Caroli Siciliæ Regis filiam *Beatricem* deſpondit, Conſtantinopoli promiſſa, ſi ejus ope recuperari poſſet. Obiit Philippus, ſolo titulo Conſtantinopoleos Imperator 1285. Filiam unicam reliquit *Catharinam* quæ Carolo Comiti Valeſio, Fratri Philippi Pulchri Galliarum Regis nupſit, Bonifacio VIII. Conſanguinitatis impedimentum diſpenſante, & Græci Imperii jura ad ipſum tranſmiſit 1301. ea conditione, ut in eadem Imperii jura proles ſuccederet. Catharinam Valeſiam peperit. Hæc Matri an. 1308. defunctæ ſucceſſit in nomen, ac jura Imperii. Nupſit *Philippo Siciliæ* Tarentino Principi, in Conſanguinitatis impedimento diſpenſante *Clemente V.* anno 1313. Philippo Imperatore hujus nominis II. obeunte Neapoli 1332. remanſere Imperii jura penes Catharinam uxorem, quæ in Græciam profecta eſt, quò Achajæ, ac Moreæ provincias in ſui, ac Filii obedientia conſervaret. Poſt ejus mortem an. 1346. Robertus ex Philippo Tarentino Primogenitus, Conſtantinopolitani Imperatoris nomine uxorem duxit, diſpenſante Clemente VI. Mariam Borboniam, Ludovici I. Borbonii Ducis filiam: Annus tunc 1346. vertebatur. Poſt Robertum II. ejus Frater Philippus Tarentinus Princeps Imperator Orientis appellatus. Duas habuit Uxores. *Mariam Siculam* filiam Caroli Calabriæ Ducis & Mariæ Valeſiæ, eaque defuncta Eliſabetham filiam Stephani Hungari, Sclavorum, & Dalmatarum Ducis. Obiit Philippus Conſtantinopolitanus Imperator hujus nominis III. anno 1374. Nulla ex eo prole relicta *Jacobus Baucia* Andriæ Dux, ac Nepos in Philippi jura, nomenque ſucceſſit. Conſule Carolum Du Freſne in Hiſtor. Bizantina; quæque ex eo transfert Nat. Alex. Sæc. XIII. de Orientis Imperatoribus.

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XXI.

BELLA CLARIORA.

SÆCULUM CHR. I. II. III. IV. V. VI.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

Auguſtus Imper. Ducibus Tiberio, & mox Germanico, rem Romanam in Dalmatia, Sarmatia, Pannonia, & Germania proſperè gerit.

Corbulo ſub Nerone Parthos, & Armenos bello domat.

Hebræi ob Flori Procuratoris latrocinia, & cædes, à Romanis deficiunt, & hinc horum in eos bellum Veſpaſiano, & Tito Ducibus.

Agricola Dux Romanus ſub Domitiano per Britanniam, & Hiberniam arma circumfert, & plerumque feliciter. *Tacitus in Vita.*

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

Trajanus in Decebalum Dacorum Regem, ac poſtmodum in Scythas bellum gerit.

Idem Trajanus Judæos in Cypro rebelles armis proſequitur. Mox contra Parthos felici, contra Arabes infelici Marte contendit.

Rebelles iterum Judæos bello plectit Hadrianus.

L. Verus contra Parthos, Marcus Aurelius contra Marcomannos bellum feliciter gerunt. *Marcomanni Cæſari primùm memorati, ſi Sanſoni, & Brietio credimus fuere, ubi nunc Bohemi, vel potius Moravi.*

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

Picti, & Scoti mutuis cladibus atteruntur.

Imperatores Sept. Severus, & Caracalla in Parthos, & Britannos fauſto ſucceſſu bellum integrant.

Artaxerſes Perſarum Rex poſt victum Artabanum, infeliciter movet in Romanos, a quibus ejuſdem Succeſſorés plerumque hoc ſæculo victi.

Contra Gothos, hactenus Romanis ignotos, pugnant Gordianus, Decius, & Claudius II.

Sub Diocletiano, & Collegis Cæſaribus Aſia, Africa, Sarmatia, & Anglia in Europa bellis arſere.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Romanorum Cæſarum bella Civilia ſub Conſtantino, ejuſque filiis.

Julianus in Gallia, & Germania bellum habet.

Denuo cum Perſis ſub Sapore II. 350. diuturnum, & atrox bellum, quo fractæ Romani Imperii vires.

Iterum bella Civilia inter Romanos, ſive Cæſares, ſive Tyrannos.

Romani pluries cum Hunnis, Alemannis, Gothis fere ſemper victores ſigna contulere.

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Gothi ſub Radagaſio, Alarico, Ataulpho, & Theodorico Regibus latè per Europam arma circumferunt.

Attila Hunnorum Rex, Dei flagellum cum 400. armatorum millibus Illyrico, & Thraciæ, Mæſiæ, Daciæ, Macedoniæ, Theſſaliæ, Germaniæ, Galliæ, Italiæ bellum, ſeu potius vaſtitatem infert.

Odoacer Herulorum Rex Italiam armis petit. Franci ſub Meroveo contra Gallos Vandalos, Gothos, ſub Clodoveo contra Germanos, & Viſigothos bella gerunt.

Saracenorum nomen incipit armis in Aſia clareſcere anno circiter 500.

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Juſtinianus Beliſario Duce Perſas in Aſia, Vandalos in Africa, bello, & cladibus atterit.

Eodem Beliſario, & Narſete Ducibus Gothos in Italia profligat.

Langobardicum nomen Italicis bellis inclareſcit.

Scoti, & Picti cum Arturo Britannorum Rege ſæpe confligunt.

Digitized by Google

BELLA CLARIORA.

SÆCULUM CHR. VII. VIII. IX. X. XI.

Perſæ ſub Cavade, Coſroë I., & Hormiſda III. Regibus cum Græcis Imperatoribus varia fortuna decertant.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Coſroës II. Rex Perſ. fœdè lacerat Rom. Imperium ſub Phoca, mox ab Heraclio pluribus cladibus atteritur.

Saraceni circa 637. latè per Aſiam, & Africam victores ſub Heraclio, & Conſtantino filio.

Saraceni inter Halys, & Mahometis aſſeclas diviſi bellum Civile gerunt. Angliæ populorum bella, quæ narrantur a Beda.

Dagobertus I. Francorum Rex bellum habet cum Slavis 622. 623.

Orientis Cæſares a Conſtantino Pogonato ad Michael: Paphlagon. cum Bulgaris per 6. fere ſæcula, aut bellum, aut ſuſpectam pacem habuere.

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Saraceni in Hiſpania 713. Inde bella adverſus eos Pelagii, Alphonſi Caſti Regum integro fere ſæculo, & plerumque proſperè geſta.

In Gallia bella Civilia Carolo Martello victore; mox ejuſdem contra Saracenos.

Pipini contra Saxones, Aquitanos, & Langobardos in Italia, contra Saracenos in Hiſpania, & Saxones in Germania arma felicia. *Quæ de rebus contra Anglos geſtis narrantur, commentitia cenſentur.*

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Dani Anglis moleſti in Britannia.

Carolus Magnus bellum Saxonicum conficit, quod annos 33. duraverat.

Græci Cæſares contra Bulgaros bellum habent varia fortuna.

In Francia, & Germania bellum civile Filiorum contra Ludovicum Pium, & poſtea inter ſe.

Nortmanni egreſſi e Dania 836. Galliam invadunt.

Saraceni in Italia, & Hiſpania bellis furunt.

Bella de Imperio certantium in Italia uſque ad Othonem I. Imperat. (a)

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Hungari Germaniam, Italiam, Gallias populantur.

Nicephori Phocæ de Perſis victoriæ ſub Romano Juniore.

Orientis Imperatores bellum habent cum Saracenis, Ruthenis, & Bulgaris.

Saraceni in Italia adverſa plerumque fortuna pugnant.

Rodulphi Burgundi, Hugonis Arelatenſis Regis, & trium Othonum in Italia bella inter ſe, nec non contra Græcos, & Saracenos.

Turcæ, vel in fine hujus, vel ſub initium ſequentis ſæculi Perſas vexant.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Germanorum Cæſarum bella in Italia pro R. Pontificis, & Imperii dignitate, in Hungaria pro defenſione Regum.

Nortmannorum in Italia, mox in Græcia, & Sicilia arma felicia.

Græci Cæſares contra Bulgaros feliciter, infeliciter cum Nortmannis, & Turcis bellum habent.

Belli ſemina inter Genuenſes, & Piſanos 1050. cùm hi partem illis Corſicæ ademiſſent.

Subacta per Guillelmum Nortmannum Anglia, Galliæ Regi Philippo I. natus eſt æmulus, bellumque, quod primò Francos, & Anglos commiſit 1077. circiter.

Hiſpani contra Mauros arma proſperè tractant.

Digitized by Google

BELLA CLARIORA.

SÆCULUM CHR. XII. XIII. XIV. XV. XVI.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Genuenſes, & Piſani, de dando Corſicæ Epiſcopo contendentes ad bellum veniunt, quod ingenti animorum, armorumque contentione multos per annos, eventu vario geſtum eſt.

Græci Cæſares cum Turcis, Scythis, Serviis, Hungaris bellum habent.

Eleonora Guinenſis a Ludovico VII. Galliæ Rege repudiata, ſecundi, ejuſdemque atrociſſimi belli inter Gallos, & Anglos initium fecit 1152.

Turcarum Noradini, & Saladini bella, quibus Syriam, & Ægyptum domuere.

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

In Anglia bella civilia inter Eboracenſes, & Lancaſtrenſes Duces, ſub Albæ, Rubræque Roſæ nomine, quibus poſt 30. prælia, trium Regum, & plurimorum Principum cædes Henricus VII. Angliæ Rex anno 1485. finem imponit.

Tartarorum contra Perſas, & Saracenos toto fere ſæculo bella proſpere geſta.

Fridericus II. Cæſ. bello plerumque inglorio, Guelforum, & Gibellinorum factionibus revocatis ab anno 1234. ad 1250. fœdum in modum Italiam lacerat.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

Bellum Anglogallicum tertium, quo Gallia tantùm non periit, per annos ferme ducentos oritur 1336.

Bellum inter Venetos, & Genuenſes per plura luſtra vario eventu geſtum cæpit anno 1350.

Rodulphus bellum cum Ottocaro Bohemo, Helvetiis, Burgundiſque feliciter gerit.

Sicilia poſt crudeles Veſperas à Petro Aragonio occupata, illorum jacta ſunt inter Gallos, & Hiſpanos bellorum ſemina, quæ ſopita ſæpius, nunquam extincta poſt tria ſæcula adhuc dolemus.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

Florentini cum Piſanis, Veneti cum Mediolani Ducibus, Andegavenſes cum Aragoniis armis decertantes Italiam deformant.

Angli cælitus prius ab Aurelianenſe puella fracti, mox à Carolo VII. Rege pluries victi, tota fere Gallia pelluntur.

Ferdinandus Hiſpanus, Granata per vim potitus, Maurorum in Hiſpania regnum exſcindit 1485.

Tamerlanis in Aſia, Turcarum Regum Amurathis II. Mahometis II. & Bajazethis item II. in Aſia, Græcia, & Pannonia bella memorantur.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

Caroli V. Imper. cum Gallis, cum Turcis, cum Mauris, cum Germaniæ Poteſtantibus bella eventu vario.

Bellum Belgicum atroci contentione gerendum oritur anno 1576.

Galli in Italia prius, mox inter ſe civilibus armis contendunt.

Henricus VIII. Angliæ, & Jacobus IV. Scotiæ Reges: Poloni, & Moſchi bello decertant.

Turcæ in Aſia contra Perſas, in Africa contra Ægyptios, in Europa contra Hungaros Marte plerumque felici belligerant.

Sæcul. XVII.

Germani Cæſares contra perduelles, & Suecos in Germania, contra Turcas in Hungaria, Gallorum Reges contra Calvinianos in Gallia, contra Hiſpanos in Hiſpania, Italia, & Belgio.

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

Poloni cum Coſacchis, Suecis, Moſchis, Tartaris, Turcæ cum Perſis, Moſchis, Polonis, Hungaris bellum gerunt.

Sinæ à Tartaris domiti 1644. poſt bellum 20. ferme annorum.

Hungaricos tumultus Tekelio incentore ſequutum eſt Turcicum bellum in Hungaria, & Græcia 1682.

Ab anno 1688. magna Europæ parte in Gallos fœderata, Chriſtiana Reſpublica bellico ardet incendio.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab an. Chr. 1700 ad 1750

Poſt obitum Caroli II. bellum Cæſaris cum Rege Gallorum pro Hiſpanica Monarchia, quod totius fermè Europæ non animos ſolùm, ac ſtudia, ſed opes etiam, vireſque diſtraxit in partes: aliis pro Cæſare, aliis contra pro Gallo terra, marique pugnantibus.

Venetos, qui ab hoc bello abſtinuerant, an. 1715. laceſſit Turca. Iis hortatu, atque exemplo Pontificis, auxilio eſt terra quidem Cæſar, mari autem Luſitani, Melitenſes, Hiſpani, Florentini.

Inter hæc bellum jam plures annos ſopitum ab Hiſpanis iterum excitatum in Italiæ maritimis. Opponunt ſe Angli, & Galli, ac pro pace Italiæ fœdus cum Cæſare ſanciunt 1718.

Præterea bellum Sueci cum Polono ab anno 1701. cum Moſco 1709. cum Boruſſo, & Dano 1715. inter Turcas, & Moſcos 1710. inter Helvetios Catholicos, & Hæreticos 1712. Nulla fere pars Europæ bello vacua.

Ab an. 1731. tota ferme Europa bello arſit. Bella clariora ſub præcedentibus Titulis, prout neceſſitas, vel opportunitas tulit, notata. Mortuo Antonio Farneſio, bellum Gallorum, & Hiſpanorum cum Cæſare. Poſt mortem Auguſti II. bellum Cæſaris, & Moſchorum cum Gallis, & aliis Regis Stanislai partes propugnantibus. Carolo VI. vita functo contra Reginam Hungariæ plerique Europæ Reges, ac Principes arma ſumpſerunt, Rex Chriſtianiſſimus, Rex Catholicus, Rex utriuſque Siciliæ, Boruſſus, Polonus, Palatinus, Bavarus, Mutinenſis, Januenſes. Auxilio fuerunt Angli, ac Rex Sardiniæ. Auxiliarium copiarum, quantum opus eſſet, eidem obtulit ipſe Magnus Turca, quas religionis cauſa recuſavit. Quòd ſua partim defenderit, partim recuperarit, acceptum maxime refert fidelitati, & virtuti Hungarorum.

(a) Poſt obitum Caroli Craſſi uſque ad Othonem Imperium Occidentis ſciſſum. Arnulpho pars maxima ceſſit: Pars Italorum Berengarium Eberhardi Forojulienſis Ducis filium, Vidonem altera Spoletanum Ducem elegit. Vidone mortuo an. 894. Filius Lantbertus Imperatoris nomen uſurpavit, quo vita functo Italiæ Regnum in Berengarium recidit. Poſt cujus an. 924. occiſi obitum Italiæ Regnum Hugonis Provinciæ Comiti delatum an. 926. Berengarius II prioris nepos adverſus Hugonem res novas molitus ad Othonem confugit, cujus authoritate diu dominatus eſt, tandem propter Tyrannidem pulſus 961. Othone rerum potito. *V. Nat. Alex. Sæc. IX, & X., ex Coævis Scriptor.*

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XXII.

PRÆLIA, ET BELLORUM EVENTUS CELEBERRIMI.

SÆCULUM CHR. I. II. III. IV. V. VI.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

Legiones Romanæ ſub Q. Varrone à Germanis cæſæ 9. *Clades hæc Auguſto lacrymas expreſſit*. Domitius Corbulo, fugato Tiridate Armeniæ Rege, capta Artaxata, eam comburit, & delet ſub Nerone. Svetonius Paulinus cæſis 80. Britannorum millibus Monam occupat 61. Subacta eſt à Tito Hieruſalem, ubi undecies centena mortalium millia fame, aut gladio periere, centum millia publicè vendita 70.

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

Trajanus gemina, ſed cruenta victoria intra IV. & V. Conſulatum bellum Dacicum conficit. Hadrianus Hebræos rebellantes maximis obterit cladibus. L. Verus, victo Vologeſe Parthorum Rege, Parthicus appellatur 162. M. Aurelius Antoninus Chriſtianæ Legionis beneficio de Marcomannis triumphavit 173. Septim. Severus triennali obſidione Byzantium circumſidet 195.

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

Alexander Severus inſigni de Artaxerſe Perſa victoria relata, Romæ triumphat 234. Gordianus Gothos, Sarmatas, Germanoſque Thraciam incurſantes acie delet 239. Decius Imper. grandi clade à Gothis accepta fugiens mergitur in palude. Valerianus Imper. à Sapore Perſa victus, captuſque 260. Cæſa ſcribuntur à Claudio II. pluribus præliis CCCXV. Gothorum millia, navium 2. millia ſubmerſa. Aurelianus, ter devictis acie Gothis, ſervat Italiam 271.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Conſtantius 60. Alemannorum millia cædit in Gallia 301. Conſtantinus Magnus Maxentium ad Pontem Milvium, Cælo per Crucem oſtenſam favente, profligat 312. Licinium primo 315. mox iterum 324. vincit, Sarmatas 319. Gothos 332. cædit. Prælium ad Murſam inter Conſtantium, & Magnentium 351. Sapor Perſarum Rex, victo Conſtantio, Conſtantinopolim pervadit 363. Theodoſius I. Eugenium, & Arbogaſten Tyrannos cælo, ac tempeſtate favente, victor opprimit 394.

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Celebre ad Pollentiam prælium inter Stiliconem, & Alaricum 402. Radagaſius Rex cum 200. Gothorum millibus ad Feſulas victus 405. Franci Modogiſilum cum 20. Vandalorum millibus profligant 405. Theodorico Hiſpano, Meroveo Franco, & Aëtio cum Attila ad Arelatem confligentibus utrinque ad 180. mortalium millia una die cadunt 451. Ricimerus Alanos in Italia 464. Clodoveus Alemannos in Gallia 496. inſigni clade atterit.

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Alaricus Gothus manu Clodovei cadit, exercitus ſtrage immenſa afficitur 507. Arturus Britonum Rex anno 520. ad Badonis montem Saxones ingenti prælio profligat. Juſtinianus per Beliſarium Vandalos cladibus atterit 535. Narſes Totilam ad Buſta Gallorum profligat 552. Juſtiniani copiæ ad Phaſim à Perſis fractæ 554. Bucelinus prælio ad Capuam a Narſete vincitur 555.

Sæcul. VII.

Coſroes II. Perſarum Rex, cùm plures Imperii provincias fœdè laceraſſet, Carthaginem expugnat 614.

Heraclius Coſroem pluribus victoriis exultantem, divinitùs debellat 622.

Digitized by Google

PRÆLIA, ET BELLOR. EVENTUS CELEBERRIMI.

SÆCULUM CHR. VII. VIII. IX. X. XI. XII. XIII.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Saraceni Conſtantinopolim obſidentes à Chriſtianis profligantur 674. Conſtantinus Pogonatus per imprudentiam fœdam accipit à Bulgaris cladem 684. Tiberius II. cæſis 200. Saracenorum millibus, feliciter auſpicatur Imperium 698.

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Saracenis cum Roderico Hiſpano confligentibus 700. hominum millia utrinque cadunt 713. Cum Solimano Saraceno 300. hominum millia fruſtra Conſtantinopolim tentant 715.

A Carolo Martello Franciæ Principe Saracenorum 375. millia uno prælio cæſa 732. Carolus Magnus Saxones immenſis cladibus afficit. Saracenorum 700. millia ab Alphonſo Caſto mactata pluribus præliis.

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Pipinus Caroli Magni filius Venetorum priùs victor, mox ab iiſdem victus Ravennam migrat inglorius 811.

Celeberrima apud Scotos Kennethi Regis victoria, qua Pictorum gens cum Rege Druskeno ad Taum fluvium penè deleta 838. *Bœth. Leslæus.*

Ramirus I. Legionis Rex, cæſis ad Clavigium ſexaginta Maurorum millibus, Alveldam, & Calagurrim ipſis eripit 846. Arnulphus Germaniæ Rex Romam diù fruſtra oppugnatam, per occaſionem leporis forte in eam refugientis capit. *Sigebertus & alii.*

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Saraceni arce Gariliàni pulſi, cæduntur 915. Cremata per Hugonem Italiæ Regem Claſſe, Saraceni deſerunt Fraxinetum 931. Henricus Auceps, voto nuncupato, Hungaros prælio victos penè delet 933.

Ramirus II. Rex Legionenſis Mauros ad Septimancas, triginta millibus cæſis, profligat 934.

Petrus Urſeolus Dux Venetus inclytam de Saracenis victoriam refert 976. Egregia de Saracenis victoria Veremundi Regis Hiſpani 998.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Quadraginta Nobiles Northmanni Hieroſolymis reduces Salernum ab obſidione Saracenorum liberant 1002.

Maniaces Michaelis Paphlagonis in Sicilia Dux unico prælio 50. Saracenorum millia cædit 1040.

Sexcenta Scytharum millia, precibus Conſtantini Ducis, & populi divinitùs fuſa 1065. Itali, Victore III. R. Pont. impellente, Africam ſub Vexillo S. Petri aggreſſi, centum Saracenorum millia interficiunt 1087.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Calojannes Imper. nobilem de Scythis victoriam reportat 1123. Ægyptii apud Aſcalonem tanta clade affecti à Dominico Michaele Veneto, ut mare ad duo milliaria ſanguine cæſorum rubeſceret 1124.

Alphonſi I. Luſitani Regis Orichienſis de Iſmaro, & quatuor aliis Mauris Regibus victoria celeberrimis comparanda 1137. *Hiſt. Luſit.*

Idem Alphonſus, & filius Sancius I. innumerabiles Maurorum copias cum Marochiorum Imperatore, & tredecim ſimul Regibus ab Scalabim cædunt 1183. *Ibid.*

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

Theodorus Laſcarus parva manu ingentes Turcarum copias delet, obtruncato Sultano 1209. Miramolinus cognomento Viridis cum 600. Saracenorum millibus profligatur à Regibus Alphonſo Caſtellæ, Petro Aragoniæ, Sancio Navarræ 1212.

Octingenti Cruce ſignati, Duce Simone Monfortio Toloſanorum, & Aragonum 100. millia fundunt 1213.

Digitized by Google

PRÆLIA, ET BELLOR. EVENTUS CELEBERRIMI.

SÆCULUM CHR. XIV. XV. XVI. XVII.

Pugna Bovienſis, in qua à Philippo Auguſto Galliæ R. victi Otho Cæſar, Joannes Anglus, Ferdinandus Flander, qui certi propemodum victoriæ, catenas captivis vinciendis attulerant 1214.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

Philippus Pulcher Galliæ Rex gravem paſſus eſt jacturam in pugna ad Curtracum edita 1302. ubi temeritate Roberti Atrebatum Comitis flos Gallicæ nobilitatis a Flandris exciſus.

Alphonſus XI. Caſtellæ Rex 450. Saracenorum millia cædit, 20. dumtaxat è ſuis deſideratis 1340.

Clades Gallorum per Anglos ad Creſſiacum 1346. Veneti à Genuenſibus, quos pacem flagitantes rejecerant, ad Sapientiam inſulam gravi clade funduntur 1354. Pugna Pictavienſis inter Anglos, & Gallos, horum clade funeſtiſſima 1356.

Petrus Auria Genuenſis claſſis Præfectus Venetos pacem orantes propoſitis duriſſimis conditionibus ad deſperationem adigit, mox ipſe fame ad deditionem compellitur 1379.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

Tamerlanes Tartarus ductis duodecies centenis militum millibus, Bajazethem Turcam profligat, cæſis 140. millibus 1402. Claſſis Hiſpana vivæ calcis beneficio a Genuenſi victa, captique duo Reges Aragoniæ, & Navarræ 1435. *Blondus*.

Uladiſlaus Poloniæ, & Hungariæ Rex ad Varnam pugnans cum Amurathe, obtruncatur à Turcis. Perit, & Julian. Card. Cæſarinus Legatus 1444.

Joannes Hunniades, Stephanus Vaivoda, & Bathoreus celebres de Turcis victorias referunt.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

Jacobus IV. Scot. R. & flos nobilitatis ad Floudonium montem cæſus ab Anglis Duce Thoma Hauvarto 1513. Rhodus à Solimano Turca in deditionem accepta eſt 1522.

Vienna à Solimano fruſtra obſidetur 1526. Sophi Turcarum 400. millia cædit 1557. Gallorum clades ad S. Quintinum 1557. Moſchus Turcarum 600. millia delet 1560. Melita à Turcis obſeſſa, ſed fortiſſimè defenſa 1565. Victoria Chriſtianorum de Turcis ad Echinadas 1571.

Sebaſtianus Luſitaniæ Rex in Africa pugnans cum flore Regni perit 1578. Pariſii ab Alexandro Farneſio liberati 1590. Antuerpia ab eodem capta 1595.

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

Oſtenda expugnatur à Spinula 1604. Celebris de Oſmane Turca Polonorum ad Chocimum victoria 1621. Rupella a Ludovico XIII. expugnata 1628. Sueci ad Nortlingam victi ab Auſtriacis 1634. Caſimirus Polonus Tartaros memorabili clade cædit 1669. & Joan. Sobieskus poſtea Rex Turcas ad Chocimum 1672.

Vienna a Turcis fruſtra oppugnata 1683. Buda de Turcis recepta 1686. Belgradum Maximil. Eman. Bavari virtute fortiter expugnatum 1689., ſed anno ſequenti iterum amiſſum.

Galli de Fæderatis primùm in Oceano Britannico, mox in Campis Fleuriacis iterum victores 1690. Montes in Hannonia, Nicæa in Liguria, Mommelianum in Sabaudia Gallis cedunt 1691. In Oceano victi a Fæderatis Galli, paulò poſt Namurcum expugnant 1692.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab an. Chr. 1700 ad 1750

In primo ex iis bellis, quæ proximè memorata ſunt, inſignes victoriæ Cæſari partæ ad Hochſtectam 1704. prope Taurinum 1706. ad Ramilliacum an. eodem. Expugnatæ Inſulæ 1708. Tornacum, Montes, Duacum, aliæque munitiſſimæ arces ſequentibus annis. Landavia à Rege Roman. bis capitur 1702. & 1704. bis à Gallis recipitur 1703. 1713. Carolus in Hiſpania Victor ad Almenariam 1710. ad Cæſaraugustam an. eodem: Philippus contra Victor ad Almazanum 1707. Ad Briviegam, & Villaviciosam 1710. Cæſi à Gallis Cæſarei ad Schaldim, receptæque eodem tempore ab illis aliquot arces. Fœderatæ Claſſis victoria celebris ad Vicum Spacor. in Mari Atlant. 1702. Gibraltariæ potitur 1704. Utriuſque Pityuſæ, & Balearis 1706.

In ſecundo Peloponnenſus amiſſa 1715. Corcyra, atque adeo Italia defenſa 1716. pugnatum fortiter in Ægeo Mari ad Imbrum, & ad Tænariam 1717. In Hungaria cæſi Turcæ à Cæſareis ingenti clade ad Carolovicum 1716. ad Savum 1717. Captæ Themeſvaria, & Alba Græca. Vicinarum provinciarum maximi tractus Cæſari accedunt.

In tertio, Hiſpana Claſſis everſa à Britannica ad Promontorium Pachinum 1718. Meſſana, ejuſque arx eodem fere anno bis expugnata, primò ab Hiſpanis, deinde à Cæſareis.

In reliquis, memorabiles Sueci clades ad Paltoviam 1709. qua profligatus a Moſco. Ad Rugiam, ad Sundam 1715. ad Wiſmariam 1716. quibus Pomerania ſpoliatus, ac Germania pulſus à fœderatis.

An. 1734. Prælium memorabile apud Parmam in pervigilio diei SS. Apoſtolis Petro, & Paulo ſacri, Utriuſque partis ingenti clade. Occubuit, utrum a ſuis, an vero ab hoſtibus occiſus, incertum Cæſarei exercitus ductor ſupremus Mercy, miles melior, quam Imperator.

An. eod. cæſi a Moſchis Poloni; res Stanislai ſemper in pejus ruunt. Obſidetur, & expugnatur Danzica. Prælium inter Perſas, & Turcas 1735. inter Moſchos, & Turcas 1736. Turcæ in utroque victi. Aſophium, & aliæ arces a Moſchis expugnatæ. Prælium inter Cæſareos, & Turcas 1739. victi Cæſarei, Alba Græca Turcis dedita. Auſtria ſuperior, & Praga ab Auſtriacis recepta 1742. Hæc iterum capta a Boruſſo, & Gallis, & iterum recepta ab Auſtriacis 1744. Alia plura per eoſdem annos prælia magna utrinque hominum ſtrage. Prælium navale Anglorum cum Hiſpanis, & Gallis, prope Tolonem 1744. Hiſpani multas naves amittunt, ſed fortiter dimicant. Galli magno prælio victores apud Tornacum 1745. totam Flandriam occupant. Caput Britannicum in nova Francia amittunt: & paulo poſt claſſem, quam ad illud recuperandum eo miſerant 1746. Prælium commiſſum apud Placentiam an. eod. Secuti Auſtriacorum, ac Regis Sardiniæ magni progreſſus, parum conſtanti fortuna.

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XXIII.
BELLI DUCES NOBILIORES.
SÆCULUM CHR.I. II. III. IV. V. VI.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

Sentius Saturninus, & Valerius Meſſala Auguſto imperante.

Germanicus Cæſar Druſi filius.

Arminius Cheruſcorum Princeps.

Tacfarina Numida cum Romanis varia fortuna congreſſus.

Mutianus, & Antonius Veſpaſiani aſſeclæ.

Agricola Hivorici Taciti Socer rebus in Britannia geſtis nobilis.

Trajanus bello clarus, mox Imperator. Galgacus Scotus cùm Agricola ſiniſtro plerumque marte congreſſus, ſed ſemper fortis.

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

Artemon Judæorum in Cypro rebellantium Dux, à quo ducenta, & quadraginta hominum millia obtruncata 114. Andreas Hebræorum Dux in Ægypto.

Placidus, poſtea S.Euſtachius Dux ſub Trajano inſignis. Barchochebas clarus Judæorum Dux.

Julius Severus ſub Hadriano.

Septimius Severus adeo felix, ut nullo congreſſu non diſceſſerit victor.

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

Aurelius, & Claudius Duces ſub Gallieno, deinde Tyranni.

Zenobia Palmyrenorum Regina ſæpe victrix, tandem victa. Odenatus Zenobiæ maritus.

Carantius, ſive Carauſius Scotus, à quo victi Romani 287.

S.Mauritius Dux Thebææ legionis.

Fincomarchus Scotorum Rex, qui victis Romanis, Octavium Britanniæ Regem profugum reſtituit. *Leſlæus.*

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Antemius, poſtea martyr ſub Juliano. Gallicanus Dux, & Conſul, mox martyr. Jovinus Magiſter Equitum ſub Valentiniano II.

Sapor II. Perſarum Rex juſſu patris in utero matris coronatus, poſtea bello fortiſſimus, & Romanis formidandus. Theodoſius Hiſpanus Imperatoris cognominis pater.

Ardaburius pater, & Aſper filius, Aſpebetus Perſa Chriſto tandem addictus. Terentius Dux Maximus ſub Valent. Arbogaſtes Comes, mox proditor 394.

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Stilico gente Vandalus, Rhadagartus Gothus Coſ.& Dux egregius, poſtea proditor ſub Arcadio, & Honorio.

Ferguſius II. R. Scotorum bello inclytus. Attila Rex Hunnorum, Dei flagellum.

Aëtius Patritius, & Romani Imperii columen ſingulari conſilio, ac virtute cum Meroveo Francorum Rege Attilæ impetum repreſſit, atque avertit. Bonifacius Dux bellicis laudibus clarus, ſed Africæ demum Tyrannus. Aurelius Ambroſius Brito vir, & morum probitate, & bellicis victoriis admirandus.

Clodoveus bello, & pietate inclytus Francorum Rex.

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Elesbaanus Æthiopum Rex victoriis, & Religione inclytus.

Totilas Gothorum Rex fortis, & aliquando felix, ſed poſtea victus à Narſete. Beliſarius, & Narſes Juſtiniani Duces celeberrimi.

Joannes, qui opibus à Juſtiniano ſpoliatus, vitam mendicando ſuſtentavit. *Procop. Hinc fortaſſe nota de Beliſario fabula.* Priſcus, & Philippicus ſub Mauritio. Arturus Anglorum Rex, nobile fabularum argumentum, cujus orbicularis menſa, & enſis caliburnus celebrantur.

Digitized by Google

BELLI DUCES NOBILIORES.

SÆCULUM CHR.VII. VIII. IX. X. XI. XII.

Mummolius Patricius, & Comes Antiſſiodorenſis.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Trebellius Dux Bulgarorum fortiſſimus. Coſroës Perſarum Rex illatis Rom. Imperio cladibus clarus, ſed tandem ab Heraclio victus, & à filio cæſus.

Rotharis Langobardorum Rex victoriis, & aucto regno nobilis.

Omar Arabum Rex, ſeu meliùs Calipha à Mahomete tertius.

Halys à Mahomete V., qui rerum ſucceſſu elatus, Mahomete major dici, credique voluit. Ex eo Saraceni in duas ſectas diviſi. Bamba Hiſpaniæ Rex armis, & pietate inſignis.

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Carolus Martellus, Caroli Magni Avus, cui ob res e re Chriſtiana feliciter geſtas à Gregorio III. Chriſtianiſſimi titulus datus eſt.

Pipinus Caroli Magni pater, Galliæ Rex. Carolus verè Magnus Imperator, & Bellator.

Rolandus, quem Itali corrupta voce Orlandum appellant, ſub Carolo Magno. Pelagius è regio Gothorum ſanguine Cantabri Comitis fil. Hiſpaniæ reſtitutor.

Azer, cujus virtute Aragones Maurorum jugum excuſſere. Alphonſus Caſtus Rex Ovetenſis.

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Enechus, cognomento Ariſta, belli operibus ingens I. Navarræ Rex.

Bonifacius Comes è progenitoribus Mathildis Comitiſſæ, rebus in Corſica geſtis, inclytus.

Regnerus Rex, amorum, & rerum geſtarum ſimilitudine Danorum Hercules. Robertus Fortis ſui ſæculi Machabæus apud Gallos 866.

Vido III. Spoleti Dux, & Imperator.

Andreas Romani exercitus Dux, à quo cæſi Saraceni ad Padum 886.

Atto, ſeu Actius Mathildis Comit. proavus bello per ea tempora clarus. *Florent.*

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Ferdinandus Conſalvus Caſtellæ Comes, Maurorum malleus.

Alphonſus Caſtellæ Rex verè Mag.

Vitzereus Suecus ſub Olao I.

Almanſor Saracenor. Dux inclytus.

Petrus Venetor. Dux bello clarus.

Conradus Franco, mox Germaniæ Rex.

Joannes Zemiſces Græcus Imper.

Ezelinus Germanus Onaræ Dynaſta.

Grimaldus I. Monæci Princeps, non armis minùs, quàm ſanguine nobilis.

Ericus VII. Suecorum Rex, cognomento Segerſelius victoriis clarus.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Gregorius Maniaces ſub Michaële Paphlagone 1040. Conſtantinus Monomachus ante adeptum Imperium belli gloria nobilis.

Robertus, & Rogerius in Italia Nortmannorum Ductores, & Principes bellica virtute clariſſimi.

Gothofredus Bullionius Dux, Hercules Chriſtianus.

Raymundus Comes Toloſanus, & Boëmundus Normannus, cum Tancredo, Bullionii in ſacra expeditione ſocii. Huna Anglorum bellicoſiſſimus. Rodericus Didaci vulgò Cid apud Hiſpanos celeberrimus 1099.

Robertus Wiſcardus Normannus Dux fortiſſimus.

Sæcul. XII.

Henricus cognomento Leo, Dux Brunſuicenſis è gente Ateſtina.

Guillelmus Dux Aquitaniæ ſtrenuiſſimus. Dominicus Michaël Venetorum Dux.

BELLI DUCES NOBILIORES.

SÆCULUM CHR. XIII. XIV. XV. XVI.

Jacquellinus de Mayli, quem Saraceni S. Georgium, & Chriſtianorum propugnaculum appellabant.

Rainaldus Marchio Ateſtinus 1177.

Sanctius I. Luſitanorum Rex nobilibus victoris celeberrimus contra propinquos Maurorum Reges egregiè rem geſſit.

(Ab an. Chr. 1100 ad 1200)

(Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300)

Simon Comes Monfortius bellica laude, & pietate clariſſimus.

Nicolaus Spinoſa, Anſaldus, & Andreolus Marii ſub Friderico II. Cæſare. Actius IX. Ateſtinus Italiæ, & Eccleſiæ propugnaculum.

Matthæus Montmorantius Mars Gallicanus.

Guillelmus Vallaſæus Scotiæ Columen. Alphonſus Perez Guſmanus Tariffæ Præfectus. Farinata de Ubertis Florentinus. Ezelinus a Romano Patavii Tyrannus. Ubertus Auria, Lambus Auria Genuenſium Claſſium Præfecti celebres.

(Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400)

Robertus Bruſæus Scot. Rex inclytus. Amedeus V. Sabaud. Comes Rhodo à Turcis liberata clariſſimus.

Amedeus VI. Sabaud. Italiæ Achilles. Matthæus Gripho Florentinorum Ductor.

Hilarion Græcus Monachus, Luchinus Vermius a Petrarca laudatus.

Paganus Auria victoriis illuſtris.

Canis Scaliger pater, Maſtinus filius, Petrus Rubeus Parmenſis Venetor. Ductor.

Huguccio Faggivola, Caſtruccius Caſtracanus.

Ægidius Card. Albernotius, Petrus Farneſius.

Joannes Acutus Anglus rebus in Italia geſtis celebris.

(Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500)

Paulus Sabellus, Paulus Urſinus, Joannes Ziſca. Joanna Darcia vulgò Puella Aurelianenſis, Nicolaus III. Ateſtinus, Joan. Franc. Gonzaga.

Albertus Brandeburg. Achilles, & Ulyſſes a Pio II. dictus. Blaſius Axeretus Genuenſ. Albericus Agidarius Cunii Comes.

Brachius a Montone, Jacobus Caldora, Mutius Attendolus cognomento Sfortia, Franciſcus Carmaniola, Joan. Card. Vitelleſchus.

Matthias Corvinus, Joannes Huniades, Stephanus Vaivoda, Caſtriotus vulgò Scanderbechus, Stephanus Battoreus.

Fridericus Ubaldinus, Eraſmus vulgò Gattamelata. Robertus, Joannes Antonius, & Virginius Urſini Proceres. Petrus Navarra, Conſalvus vulgò Dux Magnus.

Nicolaus, Camillus, Paulus, & Vitellotius Vitelli.

Robertus Sanſeverinus, Pandulphus, Sigiſmundus, & Robertus Malateſtæ.

(Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600)

Campſon Gaurus Ægyptius, Joannes Mediceus, Gaſto Fuxius, Jacobus Trivultius, Bartholomæus Livianus, Ludovicus Gonzaga, vulgò Rodomontius.

Proſper, Fabricius, Marcus Antonius Salerni Princeps, Stephanus, Marcus Antonius Paliani Dux clariſſima Columniæ gentis lumina.

Thomas Hauvartus Anglus.

Petrus de Terrail Balardus, Alphonſus Albuquercius, Villerius Rhodius, Ferdinandus Corteſius, Andreas Grittus, Guido Rangonius.

Joannes Baptiſta Sabellus, Andreas Auria celeberrimus, Antonius de Leva.

BELLI DUCES NOBILIORES.

SÆCULUM CHR. XVII. XVIII.

ad 1600

Marchio Vaſtii, & March. Piſcariæ Avali. Joau. Jacob. Mediceus March. Mariniani. Emmanuel Philibert. Sabaudus, Ferdinand. Toletanus, Petrus Strozza, Camillus Urſinus.

Alexander, & Chiappinus Vitellii, Cæſar Neapolitanus, Joannes Auſtrius, Franciſcus, & Henricus a Lotharingia Guiſiæ Duces, Alexander Farneſius D. Parmæ, Zamoſcius Polonus.

Georgius Baſta, Martinus Schenchius, Petrus Frneſtus Mansfeldius, Chriſtophorus Mondragonius.

Flaminius Delphinus.

Camillus, & Blaſius Capizucchii.

Appius de Comitibus.

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

Mauritius Naſſovius, Carolus Eman. Sabaudus, Ambroſius March. Spinula, Ladiguerius Galliæ Conneſtabilis.

Carolus Comes Buquojus, Torquatus de Comitibus, Forcia, & Toiraſius Mareſcalli, Guſtavus R. Sueciæ, Walſtainius, Tyllius, Poppenaimus, Bernardus Veymarus, Joannes Wertius, Uladislaus IV. Polonus, Andreas Cantelmus, Comes Arcurtius, Chiuperlius Viſirius, Vicecomes Turenius Mareſcallus, March. Montecuculus, Armandus Princeps Condæus.

Carolus V. Dux Lotharingiæ Chriſtianorum columen, Turcarum terror.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab an Chr. 1700 ad 1750

Frider. Auguſtus Polon. Rex Elect. Saxon. Victor Amed. Sard. Rex Dux Sabaud. Maximilianus Eman. Elect. Bavar. Ludovicus Princeps Badenſis, Duces Bervicii, & Vendocini.

Ludovicus Dux Villarſius, Guidus Comes Starembergius, Enriquus Comes Thaunius, Johannes Comes Marlborurgius, Catinatius, Ledenſis, Sculemburgius.

Eugenius Princeps a Sabaudia in Italia, Germania, Flandria, Hungaria, illuſtribus clarus victoriis, atque omni bellorum genere ſpectatiſſimus: Sacro Pileo, atque enſe donatus a Clemente XI. 1716.

Inter hos omnes merito ſuſpiciendus Petrus Alex. Moſcorum Imperator, qui gentem ſuam omnibus quidem diſciplinis, atque artibus, ſed præcipuè bellicis excoluit: ingentes exercitus ipſe duxit, præclaras victorias retulit.

Inter eos, qui ſuperioribus annis claruerunt, & hoc tempore mortui ſunt: Bervicius ſub mœnibus Philippoburgi, ictu majoris tormenti bellici occiſus 1734. Princeps Eugenius obiit 1736. In his ultimis bellis excelluerunt Thraun, & Cheveniller Ductores Auſtriaci. Mauritius e Saxonia, & Luneville Ductores copiarum Chriſtianiſſimi Regis: Regis Catholici, Marchio a S. Cruce, & Gages. Eadem cum laude armis Moſchorum præfuerunt Munichius, & Laſcy. Nulli ſecundus Leopoldus II. Analt Deſſau armis ſuis ab Electore Brandeburgico præpoſitus.

Inter Juniores Carolus Odoardus Princeps Stuardus, & Dux Cumbriæ Gulielmus Auguſtus. Magnus Equitum Melitenſium Magiſter Emmanuel Pintus ſacro Pileo, & Enſe donatus a Benedicto XIV. Mancipiorum conjurationem, jam prope erumpentem detegit, & opprimit a. 1749.

Digitized by Google

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XXIV.

CASUS TRAGICI, ET CALAMITATES PUBLICÆ.

SÆCULUM CHR. I. II. III. IV. V. VI.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

Fidenis, ruente amphiteatro triginta hominum millia obtrita ſunt 27.

Sejanus a Tiberio accuſatus, unco in Tiberim trahitur 31.

Herodes Agrippa Rex populi acclamatione ſupra humanum faſtigium elatus, manifeſta Divini Numinis ira, fœda vermium tabe conficitur.

Fames dira Romæ, & in Italia, imò per totum fere Terrarum orbem 50.

Quatuor Imperatores Populi Rom. Nero, Galba, Otho, Vitellius intra biennium per ludibrium periere.

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

Hadrianus poſt ſummam vitæ felicitatem gravi, diuturnoque morbo implicitus, expertus eſt quam miſerum eſſet, cupientem mori non poſſe 138.

Incendium Romæ, quo abſumuntur inſulæ 340. an. 152.

Pacis Templum cum univerſis Hieroſolymitani Templi ſpoliis, illic a Veſpaſiano repoſitis igne perduntur 193. Severus ſupra quadraginta Conſulares, & Prætorianos Feſcennii, & Albini ſectatores occidi jubet 200.

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

Antoninus Caracalla impotens iræ Alexandrinorum dicacitatem ingenti eorum ſtrage vindicat.

Decium altero principatus anno, clade a Gothis accepta, fugientem obvia palus haurit.

Roma magnam partem accenſa nocturnis ignibus 249. itemque amphitheatrum 254. & Templum Dianæ Epheſinæ 263.

Valerianus a Sapore Perſarum R. captus 259. miſerabili apud hoſtes ſenectute conſeneſcit, ac tandem excoriatus ſale conditur.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Galerii Maximiani horrenda mors 311. Diocletiani 316.

Lues, fames, & omnis generis calamitates exundant.

Conſtantinus Criſpum filium falſo Fauſtæ Novercæ crimine circumventum ſupplicio afficit 326.

Ablavius dictus fortunæ pila ruit 337. Fames poſt hominum memoriam atrociſſima, tum alibi, tum in Cappadocia 363.

Valens in tugurio crematur a Gothis 378. Eos quos contra Catholicos foverat, cœleſtis iræ miniſtros expertus.

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Aëtius Rom. Imperii columen Valentiniani Imperator. manu cadit 454.

Maximus Imper. lapidibus obrutus, & diſcerptus 455.

Univerſi Orbis opes a Vandalis direptæ, furente mari abſorptæ 455.

Conflagrat Conſtantinopoli Bibliotheca librorum millia centena vicena continens 476.

Zeno Imperator vivus ſepultus, obſtante Ariadna non extractus miſerè perit 491.

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Anaſtaſius Imp. fulmine perit 518.

In Italia præ fam. nati vorati a matribus 539. *Genebrard.*

Peſtis per malos Angelos immiſſa 544. per annos 50. vexat Orbem terrarum. Chramnus a Clotario patre intra tugurium cum uxore, & filiabus incenſus 564.

Beliſarius Conſtantinopoli obit Inglorius 565.

Poſt Tyberis inundationem atrox lues Urbem invaſit, in qua plures alioqui valentes ſternuendo, aut oſcitando animam efflabant.

Digitized by Google

CASUS TRAGICI, ET CALAMITATES PUBLICÆ.

SÆCULUM CHR. VII. VIII. IX. X. XI. XII.

Romilda publicè palo infixa a Cajano, cujus amore capta, poſt mariti mortem, Forum Julium prodiderat 600.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Cajanus Avarum Rex captivos innumeros mactat, quòd eos Mauritius Imperator viritim quatuor ſiliquis redimere noluiſſet 601.

Mauritius Auguſtus a Phoca, poſt conjugem, & liberos ante os ejus trucidatos jugulatur 602. Non alius Auguſtus, aut majorem cladem, aut fortiùs tulit.

Phocæ ſuperbiam in miſeria retinentis collum pedibus calcat Heraclius. Brunichildis decem Regum trucidatrix equinis caudis alligata diſcerpitur.

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Aripertus Langobardorum Rex, ingenti accepta ab hoſtibus clade, fugiens, in trajectu amnis auro degravatus mergitur 712.

Artemius in Sicilia dictus Imperator crematur 718.

Peſtis ſæviſſima in Thracia, viciniſque provinciis furit.

Copronymi claſſis navium 2660. fluctibus hauſta 732.

Conſtantin. Pſeudopatriarcha C.P. inter opprobria trucidatur 767.

Conſtantinus Imper. ab Irene matre excæcatur 797.

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Bernardus Ital. R. juſſu patrui Ludovici Pii excæcatus præ mærore obit 818. Horrenda per locuſtas Galliæ depopulatio, quam conſequuta peſtis tertiæ mortalium partis exitio 876.

Bardas Cæſar juſſu Michaelis Imper. in fruſta conciditur 866. Baſilius Macedo cervi cornibus transfoſſus, effuſis inteſtinis efflavit animam 886.

Carolus Craſſus regio nomine exutus, Arnulpho fratris filio in tutelam datus ab eo victum emendicabat.

Arnulphus veneno ſtolidus effectus, a phtiriaſi conſumptus perit. *Friſing.*

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Genua à Saracenis capta, omnes in ea præter pueros, & fœminas occiduntur 936.

Otho II. Italicis Proceribus Romæ ad convivium invitatis, inter epulas, de ſeditioſis pœnas, cæteris inſpectantibus, ſumit. Hinc *Sanguinarii* cognomentum Othoni factum.

Idem, immenſæ claſſis accepta ſtrage, vix natando evadens, mœrore perit 983.

Peſtis atrociſſima in Germania poſt hyemem media æſtate ſubortam 991.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Creſcentii Nomentani olim uxor Othonem III. chirothecis veneno infectis, pro munere amatorio ad eum miſſis extinguit 1002.

Baſilius Imper. 15. Bulgarorum captivorum millibus effodi oculos jubet, unico ſingulis centenariis luſco duce relicto. Dani per Angliam uno impetu ex condicto cæſi 1011.

Locuſtis, & fame vexati Cappadoces, Armeni, & Paphlagones ſolum vertunt 1040.

Romanus Diogenes Imper. captus a Turcarum Sultano, ei aſcenſuro, & deſcenſuro in Solium pro ſcabello fuit. *Tyrius*.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Henricus IV. Regno ſpoliatus, eò mendicitatis, & miſeriæ redactus eſt ut ab Epiſcopo Spirenſi victum ſibi, ac locum Clerici in Choro nequicquam quæreret.

Latini innumeri cujuſvis ordinis a Græcis cæſi 1183.

Digitized by Google

CASUS TRAGICI, ET CALAMITATES PUBLICÆ.

SÆCULUM CHR. XIII. XIV. XV. XVI. XVII.

Andronicus Alexii nepotis ſtrangulator, altera manu, & oculo mutilatus, ſcabroque camelo præpoſterè impoſitus, ac circumductus, vulgi furore, harpagonibus ferreis fruſtulatim diſcerpitur.

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

Otho IV. Imperio dejectus, multis tum in Italia, tum in Germania attritus cladibus, in Saxoniæ latebram ſe recepit, ubi haud ita multò poſt obiit ex mærore 1218.

Lue abſumpta pecorum vis immenſa in Gallia, & Germania 1223.

Conradinus Suevus, & Ferdinandus Auſtriæ Dux ſecuri percuſſi Neapoli 1268.

Veſperæ Siculæ, in quibus ad condictum Veſperarum ſignum, Galli omnes * in Sicilia cæſi 1282.

* *ad 8. millia.*

Hugolinus Gherardeſchæ Comes, duo ejus filii, totidemque Nepotes Piſana turri clauſi, dira fame necantur 1289.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

Andreas Rex Neapolit. Joannæ conjugis malignitate ſtrangulatur 1344.

Carolus Dyrrachinus Joannam Neapolitanam regno exutam, pulvillo ſuffocat, & mortuæ ſpolium thronum inſcendit 1382.

Peſtis triennis Œcumenica, mediam hominum partem perdit 1349.

Amurathes trigeſies, & ſepties victor a ſervo confoditur 1390.

Carolus II. Navarræ Rex, cùm ad excitandam libidinem, aqua, quam ardentem dicimus, corpus perfudiſſet, ambuſtus eſt.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

Bajazethes Rex Turcarum a Tamerlane victus, captuſque in ferrea cavea ad ludibrium reſervatur infeliciſſimus obit 1403.

Alvarus de Luna apud Joannem Caſtellæ Regem maximè gratioſus, ejuſdem juſſu obtruncatur 1453.

Ludovicus Luxemburgenſis Comes S. Pauli Magiſter Equitum Galliæ capite plectitur 1475.

Carolus Burgundiæ Dux cognomento Audax in prælio ad Nancejum vulgaris militis manu cadit 1497.

Morbus qui a Gallis nomen invenit, ex America in Europam advectus.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

Sultanus Ægyptius poſt multa probra, à Selimo ferreo unco ſuſpenditur 1509.

Chriſtiernus Danus, tribus regnis ſpoliatus in cavea clathrata moritur 1522.

Ludovicus II. Hungariæ, & Bohemiæ Rex à Solimano poſt captum Belgradum victus, fugiens perit in palude 1526.

Sudor Anglicus primò innoteſcit 1529. Thomas Volſæus ex Iro Craſſus, denuo Irus infeliciſſimus.

Locuſtæ Solem inumbrant in maxima Europæ parte 1542.

Peſtis, cui nomen Arietis factum, quòd præcipuè caput urgeret, totam penè peragrat Europam 1580. 1581.

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

In Anglia peſtis horrenda, Londini præſertim 1603.

Demetrii Magni Moſchorum Ducis caſus 1606.

Capta per Tartaros Regia Peking Zungchinius Sinarum Imperator nubilem filiam obtruncat, ipſe, & Regina ſe ſuſpendunt. *Martinius*.

Rebelles in Anglia Carolum I. Regem inaudito exemplo, carnificis manu in foro obtruncant 1649.

Peſtis in Italia, ſed Neapoli præcipuè, & Genuæ furit 1656.

CASUS TRAGICI, ET CALAMITATES PUBLICÆ.

SÆCULUM CHR.XVIII.

Peſtis per Aſiam, & plures Europæ provincias à 1678.ad 1680.

Spira, & Vormatia ferro, flammiſque à Gallis exſcinduntur 1689.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab an. Chr. 1700 ad 1750

In Polonia peſtis ab anno 1705. in Hungaria ab an.1710. in Gallia ab an. 1720. Ubique magna hominum ſtrages: Charitatis victimæ ex multis religioſis Ordin. Ex Soc. Jeſu fere 200.

In Italia, ac præcipuè in Pontificia ditione lues pecorum ab an.1712. Ibidem frumenti inopia 1715., & 1723. In Gallia verò totius Annonæ Caritas an.1709.

Capta Peloponneſo, horribilem in modum ſævitum a Turcis in Pueros, fœminas, ſenes præſertim verò in homines religioſos: Eadem in Chriſtianos Maurorum crudelitas, capto Aurano.

In Polonia peſtis ſæviſſima a.1731. ac crebræ Tartarorum incurſiones. Lues peſti ſimilis ex Germania in Italiam incubuit ac totam percurrit, multorum interitu an.1733. & iterum an.1737.

Vera peſtis, & contagio ex Oriente inter aliquas merces advecta Meſſanam brevi interfecit ad quinquaginta hominum millia 1743. Fretum tranſgreſſa, Rhegium invaſit magna pariter hominum ſtrage. Regis providentia factum eſt, ne in utroque Regno ultra ſe funderet.

Conſtantinopoli peſtis 1746.

AD CALAMITATES PUBLICAS APPENDIX.

Fames memorabiles ante Chriſtum.

AN. ſupra 1800. Fames in Ægypto, annorum 7, de qua *in Geneſi*. Fames in Judæa tempore Judicum, de qua Ruth.I. an. ſupra 1300.

Ante Chr. & Fames in Samaria, de qua 4. *Regum* an. ſupra 800., & Romæ poſt peſtem an.*610 ex Livio Dec.*1. *L.*4. & alia 439., ob quam multi ſe in Tiberim præcipitant *ex Liv.L.*4.& an.417. Fames *Melica* (quæ abiit in proverbium) in *Melo* Oppido *Theſſaliæ* obſeſſo a *Nicia ap.Thucid. L.*5. & an.400. Fames *Rhegina* obſidente Dyoniſio Rhegium ex *Diodoro L.*14. & maxima Athenis obſidente eas Demetrio Polyorcete *ex Plut.in Demetrio* & Fames *Saguntina* obſidente Annibale Saguntum, & *Caſilina* eodem non multo poſt Caſilinum obſidente; Tandem Fames in Judæa an.13.Herodis.

Digitized by Google

AD CALAMITATES PUBLICAS APPENDIX.

Fames memorabiles poſt Chriſtum.

Poſt Chr. ANn.6. Fames Romæ valde aucta ita ut Modius aureis 27. venderetur, & Juſtitium indictum ſit *ex Dione L.55. Svet. in Aug. c.42. & Euſeb. Ch.Græc.* & Fames Univerſalis ab Agabo Proph. prædicta *Act.*11. quæ fuit an.9.& 10. Claudii Imper. an.Ch.49.& 50.& Fames Hyeroſ. obſidente Tito an.70, ut Modius Frumenti Talento venierit. *Ex Joſeph &c.*

Sæcul. I.

Sæcul. IV. Fames inſignis in Imperio Rom.ſub Maximino, & Licinio, de qua *Euſeb.L.9.c.*8. an.311.& alia 363.de qua *Sozomenus L.6.c.2.& Theodor.L.4.c.4.*

Sæcul. V. Fames Romæ an.409. obſidente Alarico, de qua *Sigonius L.*10. *Occid. Imper.*, & an.450 in Italia ſub Valentiniano II, de qua *Sigon.L.13.Occ.Imp.*

Sæcul. VI. An.534 fames dira in Italia, *ex Caſſiodoro L.*11. *variar. ep.*27, & 28. An.538 Fames Luctuoſiſſima in Liguria & Æmilia Vitige Gothorum Duce Mediolanum obſidente, de qua *Sigon. L.18.Occ.Imp.* quæ aucta eſt an. ſeq. in Italia, vi cujus aliqui alternatim ſe eſitarunt, duæ Fœminæ viros 17.occiſos manducarunt, in Liguria multæ Matres filios vorarunt, in Piceno plus quam 50000 hominum periere præ inedia, & longe plures extra Jonicum Sinum; ita qui præſens erat *Procopius L.2.Belli Goth. & Miſcella,V.Bar. ad h. an.* Fames Placentina an.546. obſidente Placentiam Totila *Sigon. L.19. Imp.Occid.*& Fames Romæ Totila obſidente an.547. ita ut quidam ſtercore veſcerentur, aut carnibus mortuorum equorum. *Proc. L.3.Bell.Goth.*

Sæcul. VII. An.605 Fames in Italia ex magno frigore orta, de qua *Sigebertus in Chron.*, ubi quod Sabinianus Papa ter increpitus fuerit a S.Greg. quod modium frumenti 30 ſolidis exponeret, nec gratis daret.

Sæcul. IX. & XI. An.850. Fames dira in Germania *Annal.Fran. & Sigebert.*

An.1006. Germaniam & Galliam fame, & totum orbem peſte vexatum adeo ut ſepelientium Tædio vivi adhuc, cum mortuis traherentur ſcribunt *Marian. Scotus, & Sigebert.* & an.1083 fames in Italia matres ad filios edendos urgens, de qua *Sigonius L.9. de Regno Italiæ*, & in Dania an.1089 poſt occiſum a Fratre S.Canutum, de qua *Saxo L.*12.& in Scotia eodem an. de qua *Hector Boethius L.*13, & Univerſalis fames an.1095. de qua *Sigebertus in Chron.*

Sæcul. XII. An.1146 Fames magna in Gallia, de qua *Robertus Abbas in Chron.* & 1177 fames in Italia, qua Sextarius frumenti vendebatur 32 ſolidis argenteis, *Sigon. L.14.de Regno Italiæ.*

Sæcul. XIV. Fames Uuiverſalis an.1315, & 1716. qua ob pluvias tota æſtate una cum peſte abſumpta eſt tertia pars Mortalium. In Sileſia ac Polonia quidam non abſtinuere a vorandis filiis, cadaveribus, ſtercore. *Spondanus.*

Sæcul. XV. An.1439 Fames in Thuringia, & deinde peſtis dira, de qua. *Leonardus Fuchſius L.*2. Inſ.Med.Iterum 1468 in Polonia: *Cromerus L.*21.

Sæcul. XVI. An.1516 Fames Veronæ obſeſſæ a Gallis, & Venetis, in qua carne equina, & aſinina utendum fuit, *ex Sabellico in Supplemento*, An.1527 fames Romæ a Borbonio obſeſſæ, de qua *Jovius in Proſpero Columna.* A.1557 Fames in Germania, in qua triginta millia pauperum Rex Philippus aluit. An.1569 Fames in Italia. De his V.Ricciol. in Chronol. Ind.III.

Digitized by Google

AD CALAMITATES PUBLICAS APPENDIX.

Inundationes Tyberis in Vrbem ante, & poſt Chriſtum.

Ante Chr. ANn.364. Inundatio, de qua *Livius* l.7.& an.214. Inundatio, de qua *Eutropius*, & an.206, & 195, & 103.Inundationes ex *Livio*. & an.10. Inundatio, de qua *Horatius* in Ode: Vidimus flavum Tyberim retortis &c., quam *Baronius* falſo confert in an.2 Chr. cum certum videatur *Horatium* obiiſſe an.8. ante Chr.Epocham, quæ cadit in an. Urb.Varronianum 754.

Poſt Chr. Sæcul. I. & II. An.3. Inundatio, quæ Pontem Sublicium diruit ex *Xiphilino*, & a.41. inundatio, quæ multos merſit, pontemque Sublicium ſubmovit ex *Svetonio*, & *Tacito*, & an.83. alia inundatio ex Trajani Vita.

An.132 Inundatio ex Spartiano in Hadriano, & 141 alia ex Euſebio & Platina in Teleſphori vita, & alia 151 ex Capitolino, denique 161 ex Capitolino in Antonino.

Sæcul. III. An.223 Inundatio ex Capitolino in Severo.

V. An.411 Inundatio.

& VI. Et anno 555 adeo gravis, ut ſuperaverit Mœnia ex Paulo Diacono, & an.570 domos multas diruit ex Platina in Joan.III.

Sæcul. VII. An.685 Inundatio, &

Sæcul. VIII. An.717 adeo magna inundatio, ut per ſeptem dies lintribus navigatum ſit Romæ: *Platina in Gregorio II.* & 778 inundatio, quæ Portam Flaminiam ſubruit, Pontem Sublicium ſtravit, ac multa ædificia, & 791 Decembri per Triduum inundavit. *Ex Plat.*

Sæcul. IX. An.860 Inundatione domus ſubverſæ, Arbores evulſæ ex *Platina in Nicolao I.*

Sæcul. XIII. An.1229 Tyberis ſupra modum inundavit & anno 1280 excrevit ad Altare S. Mariæ Rotundæ pedibus plus 4. *Ricciol. in Ind.3.Tom.3.*

Sæcul. XIV. An.1378 Die 8. Novembris Aqua Tyberis crevit ad palmos 10 *ex Lapide S. Mariæ ad Minervam.*

Sæcul. XV. An.1412 crevit ad palmos 7. Ibidem, & 1476 ad 8. palmos ibidem, & 1495. 5 Decembr. ad palm.10.

Sæcul. XVI. An.1514 crevit ad palmos 12 d.12 Decemb.& 1530 d.12 Octob.pal.15 *ex Lapide Caſtelli S.Angeli*, & in Foro Navonenſi 17, & an.1547 Septemb. 14 magna ædificiorum jactura navigabili Urbe crevit ad pal.14 *ex Lapide S.Mar.ad Miner.*& 1571 d.Decemb.31 adeo Tyberis intumuit, ut S. Pius V ad terrorem adimendum civibus, Deo fretus, juſſerit per Archiepiſcopum projici Agnum Dei Cereum in Tyberim, quo facto ſtatim detumuit, ac retroceſſit & an.1589 d.10 Nov. crevit uſque ad pal 10 *ex Lap. prope Vrſum*, & an.1598 d.24 Decemb.crevit pal.15 Clem.VIII. in Urbem reverſo.

Sæcul. XVII. An.1606 d.23 Januar.crevit palm.9, & 1637 d.22 Febr. pal.6.& 1647 d.24 Decemb.ad palm.11, & 1660 d.5 Novembr. crevit ad 10.palmos, & deinde duas fere tertias Urbis partes opplevit: Hæc Ricciolius ſe diligenter collegiſſe dicit Tom.3 Chron. Indice III. Reliquarum inundationum limites vide ad Tyberim contra Eccleſiam S. Rochi.

Digitized by Google

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XXV.

MOTUS ELEMENTORUM, ET SIGNA DE CŒLO.

SÆCULUM CHR. I. II. III. IV. V. VI.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

Tyberis inundatio Romæ 3. & iterum 41. anno poſt noſtræ ſalutis initium. Eclypſis, & terræmotus Chriſto Domino moriente 33. *Illius meminit Phlegon apud Euſebium*.

Duodecim Urbes Aſiæ, in quibus Epheſus, & Sardis nocturno terræmotu collapſæ 33.

Nova inſula inter Theram, & Theraſiam Ægæi maris emergit 46.

Ignis è Veſuvio copioſus, & cineres, quibus inter alios obrutus Plinius, Herculanum, & Pompeii Urbes ſepultæ 75.

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

Antiochia horribili terræmotu corruit cum ingenti civium, aſſeclarumque Trajani tantæ ruinæ ſpectatoris clade. 115.

Terræmotus magni, & crebri, inundationes, lues, aliæque calamitates Antonino Philoſ. imper. *Jul. Capitol.*

Tactum de Cælo Capitolium, & magna Romæ Bibliotheca conflagrat 188. Tres circa Solem Stellæ apparent 193.

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

Solis eclypſis admodum horrifica 203. Veſuvius ingenti fragore, & horrore flammas, & ignitos cineres eructat 203.

In Africa diluvium, ignes nocturni Carthaginis mœnibus proximè imminentes 203.

Horrendi terræmotus, quibus Urbes aliquot cum populis hauſtæ 243.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Luna Saguinei coloris 302.

Terræmotus horribilis apud Tyrum, & Sidonem, Urbes multas, populoſque innumeros opprimit 306. *Euſeb.*

Nicomediæ dirus terræmotus, & incendium per 50. dies 358. *Hieronym.*

Terræmotus, quales antea nunquam extitiſſent, Orbem terrarum propemodum univerſum concutiunt, maria intumeſcunt, & urbes hauriunt 365.

Grando inuſitatæ magnitudinis Conſtantinopoli 367. *Idatius, & alii*.

In Arteſia pluvie mixta cadit lana 367. *Hieronym.*

Nicæa per terræmotum penitùs everſa 368. *Idatius, & alii*.

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Cometa ad terram uſque pertingens Conſtantinopoli. *Ricciolius*.

Uticæ terra per annos ſeptem mugiit 410. *Sigebert.*

Terræmotu in Palæſtina Urbes, ac pagi non pauci ſubverſi 419.

Terræmotus in Oriente Urbes complures, & magnam Byzantii partem ſolo æquat 446.

Toloſæ rivus ſanguinis toto unius diei curriculo defluxit. 461. *Geneb.*

Terræmotus in Oriente horrendus 466. Ignis maxima eruptio a Veſuvio 472, 473, 474. *Marcellin. Procopius.*

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Italia flammeos in Cælo videt exercitus, cum ſanguinis effuſione, magnaque Tiberis inundatione 510. *Palmer.* Antiochia gravi terræmotu everſa 524. Horrendus per 40. dies terræmotus Conſtantinopoli, & multarum adjacentium urbium æquatio 533. Terræmotus, ac portentoſus, ubique maris æſtus cuncta devaſtat 552.

Mons Rhodano imminens a contiguo mónte abjunctus poſt longos mugitus domos, ac mortales ingenti numero obtrivit 562. *Genebrard. & alii*.

Diluvium Venetiis, & alibi, mox peſtis Romæ a fætore ſerpentium, in Tyberis ripas ejectorum 589. *Palmerius, & Ciacconius*.

Google

MOTUS ELEMENTORUM, ET SIGNA DE COELO.

SÆCULUM CHR. VII. VIII. IX. X. XI. XII.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Signum de Cœlo inſtar Gladii, & terræmotus triginta dierum 632. *Sigebertus*. Nicomedia, & Nicæa iterum graviſſimo terræmotu concuſſæ 633.

Cometes 678. quem ſiccitas trium annorum conſequuta eſt, & peſtilentia, quæ funeribus Italiam exhauſit.

Stella per noctem Cælo ſereno, nubilo infecta ſub initium Januar. 685. apparuit; mox alia Februar. meridie, cum magno fulgore ad Orientem decurrit. *Sigon*.

Martio verò Veſuvius per dies aliquot ignes evomuit, atque omnia virentia circumquaque aduſſit. *Sigonius*. Eodem anno Romæ Tyberis inundatio.

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Tanta Solis Eclypſis, ut Stellæ in die apparerent 3. Jun. 718.

Scutum nigerrimum in Orbe Solari 733. Pluvia cineris in Oriente 744.

Tenebræ horrendæ per Orientem a 4. Auguſti ad Kal. Octobris 746.

Prodigioſi terræmotus in Oriente, & peſtis triennis 746.

Tanta fuit hyemis ſævitia, ut Pontus Euxinus gelu coaleſceret, & a Danubio ad Euphratem uſque regiones continua glacie connecterentur 764. Conſtantino à matre Irene excæcato, Sol per dies 17. viſus eſt latere. *Theoph: & alii*.

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

In Italia horrendi terræmotus, quibus, & aliquæ Urbes dirutæ, & montes disjecti 801.

Sunt qui tradunt maculam in Sole viſam per dies octo 807.

In Saxonia terra ad trium millium ſpatium intumuit 823.

Grando ſtupendæ magnitudinis in Gallia, & gelu 15. pedes longum 6. latum cadit è Cœlo 825.

Prodigioſa Solis defectio, qua viſa, Ludovicus Pius ſupremum morbum contraxit 840. Terra immaniter concuſſa horrendum immugit 862.

Pluvia ſanguinea per triduum in agro Brixiano 869.

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Genuæ fons ſanguinis futuram ſequentis anni calamitatem prænunciat 935. Sol per aliquot dies viſus eſt ſanguinem effundere. Prodigium plurimi morbi, & interitus conſequuti ſunt 940. Gemini Soles per biduum viſi, & acies in Cœlo confligentes 919.

Cruces in veſtibus apparent 979.

Ignis è Rheno exortus ſtrages ingentes edit 991. Horrenda ignis eruptio è Veſuvio 993. Terræmotus permagnus, aliaque prodigia 1000.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Prodigioſa Ligeris inundatio in Gallia 1003. In Lotharingia fons aquæ ſaluberr. in ſanguinem verſus 1011.

Nubes ingens in Belgio ſoluta multos mortales mergit 1014.

Cometes trabis ſpecie per quadrimeſtre 1039. Tam copioſa nix in Occidente, ut ſylvæ onus non ſuſtinentes, frangerentur 1041. *Sigebert*.

Terræmotus per biennium in Bithynia. Sereno Cœlo de die viſa Stella 1077. Ingens ſoli mugitus 1082.

Multis in locis, ac præſertim in Italia eluviones inſolitæ 1086.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Viſi gemini Soles 1105. & acies cæleſtes permultæ 1109.

Ravennæ pluvia ſanguinea 1113.

Terræmotus in Italia quadragenarius, villam aliò transfert 1117.

Padua ex alveo ſublimis extat in fornicis modum, data tranſeuntibus via 1117. In Gallia tellus præ calore flammas emittit 1135.

Digitized by Google

MOTUS ELEMENTORUM, ET SIGNA DE COELO.

SÆCULUM CHR. XIII. XIV. XV. XVI. XVII.

Ingens mortalium clades ex Belgica Oceani effuſione per 12. millia 1164.

Ætna ſolito vehementius deflagrante, tota Sicilia terræmotu concuſſa eſt, magna hominum ſtrage, plura proſtrata oppida, Catana in primis, in qua nulla domus ſuperfuit 1164. *Fazell. Bonfil. ex Baron.* 1169.

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

Cometa inſignis 1211.

In Friſia mare effuſum centum hominum millia mergit 1218.

Ob horrendam Solis Eclypſim 6. Octobris Stellæ in die viſæ 1241.

Mons in Burgundia a reliquis dehiſcens, multa ruſticorum millia opprimit 1241.

Saturni Stella in die apparuit 1283.

Piſcis Marinus Leoni ſimilis captus in mari Thyrreno 1281.

Horrendus in Italia terræmotus 1298. Cometes plane prodigioſus, qui tres ante menſes ardere cæperat, Urbano IV. moriente evaneſcit 1264.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

Eruptio pumicum, & cinerum horrenda ex Ænaria inſula, vulgò *Iſchia* 1303.

Viſæ ſimul in Cœlo tres Lunæ 1314.

Ætna vomit plurimum ignem 1323.

Terræmotus quadragenarius Urbes viginti ſex proſternit in Pannonia 1348. Mare Flandricum ruptis aggeribus multa oppida mergit 1377.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

Per plures leucas conſtrictus frigore Pontus impune calcatus 1420.

In Hiſpania Terræmotus multa oppida evertit 1431.

Mare ad Dordracum ruptis aggeribus, hominum ſupra centum millia, & pecorum greges infinitos perdit 1446.

Cometæ bini in Italia viſi 1456.

Ignea Pyramis, ſeu columna in aere ſuper Mexicana Urbe diù ſuſpenſa proximam Evangelii lucem viſa eſt indicare. *Florim. Remond. l.1.c.2.*

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

Cruces ſanguineæ veſtibus ſubitò inſperſæ 1501.

Eclypſis horrifica 1518. Tres Soles 1524.

Ad Nicæam *Vari* vici aliquot ſubito terræmotu abſorpti, & ad Oeni ſalinas igne aliqui de Cœlo tacti 1524.

Maris in Anglia retroceſſio magna, & mons loco motus evulſis arboribus 1571.

Pluvia triticea in Quadis 1571.

Nova Stella in ſigno Caſſiopææ ab anno 1572. ad 1574.

Quinque ſimul Soles 1588.

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

Terræmotus ingens in Helvetia 1601. in Peruvia 1604. in Brutiis, ubi everſa Siberina 1627. In Sinis quindecim magnis urbibus dejectis 1628. Herbipoli 1638. in Brutiis 1659. à Pyreneis ad Lemovicum in Gallia 1660. qualis non ante auditus in nova Francia 1663. Raguſium concutit 1669. Ariminum 1672. Peruviam 1686. Simyrnam, ubi periere 40. hominum millia 1688. Neapolim, & Beneventum 1689. Siciliam fere totam 1693. vel omnino, vel magna ex parte deletis pagis, oppidis, urbibus pluribus, inter quas Syracuſæ, Catana, Leontini, ſepultiſque, ut fama fert, centum ferme hominum millibus.

Araris eluvio in Gallia 1602.

Iris ſanguinea Strigonii per noctem 1604.

Plurium Rhætorum oppidum propinqui montis ruina cum incolis opprimitur 1618.

Veſuvianum incendium horribile 1631. Ætna circumjectum agrum torrentibus igneis latè vaſtat 1669.

Cometes arcus ſpeciem referens, totumque occupans hemisferium, qualis vix fortaſſe ab Orbe condito nunquam antea viſus 1682.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab an Chr. 1700 ad 1750

An. 1703. terræmotu Roma bis quatitur. An.eod.conquaſſatur Aprutium: Aquila, aliæque Urbes, atque oppida ſubverſa, Incolæ ad 20000. oppreſſi ruina an.1726. concuſſa Sicilia, Panormus graviſſimè.

Londini, Conſtantinopoli, aliiſque in Urbibus maxima incendia: Buda ferè tota noviſſime abſumpta: an.1727. Peterburgum.

Neapolitanum agrum Veſuvius miſerè vaſtat 1706. Ibidem diluvium horribile anno 1727. itemque Toloſæ. Matriti 1724. Inundationes inſolitæ Hamburgi, Romæ, in tota fermè Gallia Ciſalpina ſuperioribus ann.

In Piceno inuſitatæ magnitudinis grando, trium Librarum pondo an. 1714. Librarum ſex, & alicubi etiam duodecim an.1727.

Anno 1726. Campaniam inter, & Latium in agro minimè aquoſo lacus non modicus ſubitò extitit, hodieque manet.

Lumen Septemtrionale his annis perſæpe viſum præſertim in Germania. Igneæ Navis ſpecies Anglis oblata in Oceano Britannico, quæ poſt aliquot excurſus cum tronitrù evanuit. Igneæ pariter nubes, Columnæ, Cruces, aliaque ejuſdem generis meteora alibi viſa.

In Polonia Columna primùm varii coloris, deinde mutata paulum figura, ad ejus latera equi duo, unus cæruleus, alter ſanguineus 1698.

Magna incendia, quibus urbes ferè integræ conſumptæ. In Hiſpania an.1730. In Sileſia 1731. In Anglia. In Britannia minori ad Occidentem ignis lapſus è cœlo an. eod. Eruptio Veſuvii an.1737. Neapolim perterrefacit, & vicina oppida deſtruit.

Inundatio Arni magno Florentiæ damno 1745. Item Rhodani in Gallia, & aliorum fluminum, etiam Tyberis, Ingenti terræmotu everſa Nurſia. aliæque urbes, & oppida in Aprutio, & Pontificia ditione graviter concuſſa. Roma ipſa perſenſit: inventa labes in fundamentis plurium domorum an.1730. Foggia ſubverſa 1741. ad 4000. ſepulti ruinis. Eadem plaga percuſſa Etruria, & maxime Liburnus an.1742. Plura ædificia collapſa, aliqui oppreſſi ruina.

Totum Chilis regnum, & aliæ finitimæ regiones an.1730. per dies 27. contremuerunt. Sequuta inundatio, quæ ſe pluribus urbibus alte ſuperfudit. Mortui ad vicies centena hominum millia.

Romæ an.1745. turbo inſolitus vehemens, & igneus, tum intra, tum extra urbem longo tractu procurrit. Et quacumque pertranſiit, domos detexit, multis in locis muros etiam valde firmos dejecit: magnas arbores, quercus, pinos, cupreſſus evulſit radicitus, minores exuſſit. Turbo alius ejuſdem generis paulo poſt in alia parte agri Romani. Januæ alius eod.an. De quibus ſcripſerunt multi. Sicut etiam de inſigni Cometa an. 1744. Ab initio ſæculi Cometæ numerantur duodecim; omnes viſibiles, quamvis nec omnium calculi exhibeantur. Extiterunt autem a.1702. 1706.1707.1717.1718.1723.1729. 1737.1739.1742.1743.1744. *D.Halley in Cometographia.*

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XXVI.

RES MEMORABILES, SIVE SACRÆ, SIVE PROPHANÆ. SÆCULUM CHR. I. II. III. IV. V. VI.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

Meſſala Corvinus Orator celebris duobus ante obitum annis ſui etiam nominis obliviſcitur.

Phœnicem ſub Tiberio viſum teſtantur Tacitus, & Dio; verum de anno diſcrepant.

Nero magnam Urbis partem obſcuris ædibus informem, per ludum incendit, ut ardentis Trojæ imaginem exhibeat. Joſeph Anani, per ſeptennium lamentabili voce futuras Hieroſolymæ calamitates prænunciat.

Titus Fulonius 150. annum agens Bononiæ ſub Claudio vivebat. *Geneb.*

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

M. Antonini Pii tanta fuit Juſtitiæ fama, ut Bactrianos, Hyrcanos, Indos, aliaſque barbaras nationes compulerit, depoſitis armis, eum arbitrum ſumere.

M. Aurelius Antoninus ad belli ſumptus exhauſto ærario, ne cuiquam gravis foret, inſtrumentum omne Imperatorii cultus vendidit, mox parta victoria ex manubiis redemit.

Ælius Pertinax tantæ ſuſcepto Imperio modeſtiæ fuit, ut nec uxorem Auguſtam, nec filium Cæſarem ab Senatu appellari paſſus ſit.

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

Alexander Severus Chriſtum in Deorum numero reponere fruſtra conatus, in Lario ſuo privatim coluit.

Idem Magiſtratus nullos venales eſſe voluit, dictitans fieri non poſſe quin vendat, qui emerit, nec poſſe à Principe animadverti in eum, qui vendat, quod emerit.

Plotinus Philoſ. fruſtra petiit à Gallieno, apud quem gratia valeret, ut Urbs diruta inſtauraretur, quæ Platonis legibus viveret, atque inde Platonopolis diceretur.

Urbs Phrigiæ Chriſtiana, imperante Diocletiano, pro Chriſti nomine tota comburitur.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Ex non ita pridem vulgato Firmiani Lactantii libello de Mortibus Perſecutorum didicimus, non ſponte, ſed coactos Diocletianum, & Maximianum abdicaſſe anno 364.

Criminoſos diſſidentium Epiſcoporum libellos in ignem conjicit Conſtantinus dictitans: *Ego verò Epiſcopum delinquentem, ſi viderem, hac purpura operirem.*

Tanto honore Conſtantinus in Nicæno Concilio Epiſcopos coluit, ut poſtremus ſederet Auguſtus.

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Memorabili Pulcheriæ Sororis prudentia Theodoſio II. puero ſtetit Imperium.

Eadem, obeunte fratre, Martianum in virum deligit, integra tamen virginitate, Imp., non thori conſortem.

S. Leo divina planè eloquentia Attilam ab Urbis obſidione deterret 452.

Eccleſia Catholica perſtat, tametſi omnes Principes, aut hæretici eſſent, ut Anaſtaſius Imp. Reges Italiæ, Hiſpaniæ, & Africæ, aut Pagani, ut Anglorum, Francorum, & Germanorum Reges.

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Alexandriæ plurimi utriuſque ſexus à Dæmone correpti, canum inſtar latravere 515. SS. Medardus, & Gildardus fratres eodem die nati, eodem Epiſcopi facti, eodem quoque die in Cœlum evolarunt 8. Junii 564.

Romildæ filiæ matri diſſimiles, ut ab Avaribus caſtitatem tuerentur, crudorum pullorum carnes inter mamillas putrefaciendas locarunt 600.

Digitized by Google

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Coſroës Perſarum Rex, argentea ædicula ad id excitata, Sacram Crucem, quam captis Hieroſolymis aſportarat, veluti collegam adſcitam, ad dexteram in aureo ſolio ſtatuit 615.

Pyrrhi CP. Patriarchæ Monothel. damnationem ſcripturus Theodorus Rom. Pontif. Chriſti ſanguinem è calice miſcuit atramento 648.

Dum lues horrenda Italiam, & Romam præcipuè popularetur, diabolus multis ſpectantibus Urbem cum haſta obiens ad Angeli imperium cuſpide domorum januas feriebat, & poſtero die mortuorum numerus haſtæ ictus æquabat 680.

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Gregorius III. Luitprandum Langobardorum Regem, ſuum petentem caput, ultrò adit: ille verecundia ſupplicis Rom. Pontificis ſeſe ad ejus pedes abjicit 739.

Rachiſio Longobardorum Regi Peruſinos obſidenti Zacharias Pontifex cœleſtis Numinis iram intentat. Ille ſubita religione perfuſus, obſidionem ſolvit, ſeque cum uxore, & filia conſecrat Deo 750.

Cùm Leo IV. Imper. coronam auream, gemmiſque inſignem ex Æde S. Sophiæ ſacrilegè raptam capiti impoſuiſſet ſuo, ſtatim peſtifera correptus febri miſerè interiit.

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Crunnus Nicephori Cæſaris cæſi calvariam vertit in craterem 811.

Carolus Magnus quidquid moriens in theſauris habuit, pauperibus, & ſacris Ædibus legatum voluit.

Baſilius Macedo, quoties judiciis vacaret, per præcones populo denunciabat, adeſſe Auguſtum ejus ope, & opera uti volentibus.

Trebellius filium, cui Monachum induens, Bulgariæ regnum reliquerat, effoſſis oculis in cuſtodiam tradit, quia populos ad falſorum Numinum cultum revocabat 880.

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Joannes Zemiſces Imper. de Bulgaris victor, B. Virginis ſimulacrum triumphare voluit in curru 971.

Robertus Rex Galliæ ob illicitum conjugium ab Epiſcopis ſacris diris devotus a ſuiſmet famulis deſeritur 998.

Auguſta Othonis III. uxor falſi criminis architecta, quo inſontem Mutinenſem Comitem inſimulaverat, igne de Mariti ſententia libidinis, & calumniæ pœnas exſolvit.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Conradus Salicus morti proximus Imperatoris inſignia ad Henricum Saxoniæ Ducem mittit, à quo nuper ingenti prælio victus fuerat; eum præ cæteris Imperio parem æſtimans 1039.

Caſimirus Regia Stirpe natus ex Monacho Cluniacenſi Rex Poloniæ, annuente Benedicto IX. PP. 1041.

Gothofredus Bullionius Rex Hieroſolymæ renunciatus, nec inſigne, nec nomen regium uſurpare voluit, ubi Chriſtum meminerat Regem per ludibrium appellatum.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Joannes Comnenus Imper. multiplici de Turcis, Scythis, Hungaris parta victoria, Deiparæ, cujus ope ope vicerat, imaginem pro ſe triumphare voluit.

Manuel Comnenus Auguſtus, poſito genu afflictum ex caſu generi ſui Balduini III. Hieroſolym. Regis brachium ſua manu curare voluit, amore vincente majeſtatem.

Digitized by Google

RES MEMORABIL., SIVE SACR., SIVE PROPHAN.

SÆCULUM CHR. XIII. XIV. XV. XVI. XVII.

Fridericus Ænobarbus, cum ab Alexandro III. ſe totum avertiſſet Gibellinorum, & Guelphorum nominibus ex veteri Germaniæ diſcordia repetitis, peſtiferas tota Italia factiones excitat. Qui partes Auguſti ſequerentur Gibellini, qui Pontificis Guelphi appellati.

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

S. Ludovicus Galliæ Rex oblatam ſibi à Rom. Pontif. Sacerdotia conferendi poteſtatem non admittit, ſatis ſibi curarum, & periculi dictitans in prophanis adminiſtrandis 1268.

Natalis Deiparæ domus, deficiente cultu, ex Aſia in Europam Cœleſtium miniſterio tranſit, ac primò in Dalmatiâ, mox in Italia conſidet, à loci domina Laureta, Lauretana dicta 1294.

Factiones Alborum, Nigrorumque Piſtorii exortæ tota penè Italia propagantur. Pro Gibellinis Albi, pro Guelphis Nigri appellati.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

Genuenſes Matronæ, inſigni pietatis, & religionis exemplo, ad comparandam in Saracenos claſſem muliebr. mundum ſponte diſtrahunt 1301.

Veneti Ducem electum, ſed majeſtatis reum ſecuri percutiunt 1354.

Tamerlanes ex paſtore latro, ex latrone militum ductor, ex ductore ſummus Imperator, ac terror Orbis terrarum.

Margarita Hollandiæ Com. unico partu 363. liberos parit; qui omnes Sacro Fonte luſtrati periere. *Genebrard. ex Annal. Holland.*

Sæcul. XV.

Mulier Marina nuda, & muta in lacu Purmerio capta veſtem induere, panem, & lacticinia edere, ac honorem exhibere Deiparæ diſcit. *Spondan.* 1403.

Ab an. Chr. 1400 ad 1500

Gregorius XII. concordiæ cauſa Pontificia inſignia deponit 1415. & à Martino V. Pontif. Piceni Legatus conſtituitur 1417.

Joannes XXII. coactus abdicat, & Florentiæ ab eodem Martino in numerum Patrum cooptatur; quare eadem ætas duos vidit ex Pontificibus Cardinales.

Novus Orbis detectus à Chriſtophoro Columbo Ligure 1492.

Vaſcus Gama Luſitanus ſuperato Bonæſpei promontorio Indos Orientis patefacit 1497.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

Henricus VIII. poſt raptas tota Anglia Cænobiorum, & Sacr. Ædium opes, ipſa præda factus eſt pauper.

Eodem fere tempore, quo Chriſtiana religio invecta eſt per Monachos in Americam, turbata per Lutherum Monach. in Europa, in Mahometica ſuperſtitione novæ Sectæ excitatæ ſunt per Monachum Saracenum Techellim in Aſia apud Perſas, & per Ametherem pariter Monachum Saracenum in Africa inter Mauros. *Florim. Remond. l.* 1. *c.* 4.

Regii tres juvenes à Chriſtianis Japoniæ Regibus ad Gregorium XIII. Pontif. miſſi.

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

Chriſtina Svecorum Regina Catholicæ Religionis agnita veritate, ut eam amplectatur, Regno valedicit 1653.

Jacobus II. Magnæ Britanniæ Rex nobiliſſima legatione ad Innocentium XI. Rom. Pontificem vetuſta ſuæ gentis erga Apoſtolicam Sedem obſequia renovat 1687.

Innocentius XII. Apoſtolicæ Cameræ Magiſtratus vetat eſſe venales 1692.

Digitized by Google

Idem pauperes, quos Nepotes ſuos appellat, tota Urbe collectos, alendos ſuſcipit, illiſque Lateranenſes Pontificum ædes habitandas tribuit 1692.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab an. Chr. 1700 ad 1750

Clemens XI. & Benedictus XIII. omnium ſuffragio ad ſummum Pontificatum electi, ſummo honori diù reſiſtunt, ac Religionis objectu cedunt. Sacram Purpuram recuſat Gabriel Philippuccius an.1706.

Jacobus III. Magnæ Britanniæ Rex, ac Clementina Regina Romæ clariſſima relinqunt Chriſtianæ pietatis exempla. Nati Romæ Carolus Eduardus Walliæ Princeps 31. Dec. 1720. Henricus Benedictus Dux Eboracenſis 6.Mart. 1725.

Innocentius XIII. an. 1723. adeſt generali Franciſcanorum Conventu ad Aram Cœli. Benedictus XIII. Clementem Auguſt. Bavar. Electorem Colon. Epiſcopum conſecrat, Viterbii an.1727.

Idem Lateranenſem Baſilicam, aliaque Urbis templa ſolemni ritu dedicat. Templum itidem Montis Caſini an.1727. Pontificia munia per ſe ipſum aſſiduè exercet; Eccleſiaſticam diſciplinam ſaluberrimis decretis, ac ſanctiſſimis exemplis inſtaurat.

Benedictus XIV. Annum Jubilæi 1750. aperit conſuetis cæremoniis, & magno populorum concurſu. Idem religionis, ac pietatis exemplo præit Fidelibus ad cultum Auguſtiſs. Sacram. Euchariſtiæ, & B. Mariæ ſemper Virginis.

Rex Chriſtianiſſimus in patrocinium, & tutelam B. M. V. Regnum ſuum committit an. 1738. Ejuſdem patrocinio ſub titulo Conceptionis Im. populos ſibi ſubjectos committit Rex utriuſque Siciliæ an.1749. illuſtri etiam monumento erecto.

Comes Nicolaus Biolski Romæ Senator creatus a Clemente XII. anno 1737.

Magnus Turca Mahamud V. in ſupremo ſuorum concilio tanquam Romanorum Imperatorem agnoſcit Franciſcum I. a Lothar. Magn. Etruriæ Ducem; Imperatricem vero Mariam Thereſiam Hungariæ, & Bohemiæ Reginam an.1747.

Libera negotiationum commercia inter Portam Otthomanam,& utriuſque Siciliæ Regem ab an. 1740. acceſſere Mauri Tripolitani 1741. Inter Otthomanos, & Magnum Duc. Etruriæ an.1747. Inter eundem & totam Mauritaniam an.1748.

Pax generalis inter octo Principes bellum gerentes ſancita an.1748. Aquiſgrani.

Digitized by Google

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XXVII.

SCHOLÆ, ACAD., LITERAR. INCREMENTA, ET DETRIMENTA.

SÆCULUM CHR. I. II. III. IV. V.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

Athenæ quamvis minori jam gloria docerent, præcipuum tamen adhuc doctrinarum Emporium erant.

Rhodum plerique, alii Maſſiliam Græcis florentem artibus ſtudiorum Magiſtram habere conſueverunt.

Publica ſcriptorum recitatio, & mutua inter literatos eorumdem emendatio plurimum ſtudiis proderat.

Auguſtus, & Veſpaſianus Cæſares Mercurialium virorum amantiſſimi.

Poſtremus è Fiſco ſtipendium Rhetoribus tribuit.

Caligula bonarum Artium oſor de abolendis literariis ſummorum virorum monumentis Homeri, Livii, & aliorum conſilium cæperat. *Sueton.*

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

Literarum ſtudiis Alexandria, Cæſarea, Antiochia claræ habentur.

Lugduni, Auguſtoduni, ac Veſontione in Gallia literarum ſtudia tradebantur. *Du Freſne in Præfat. ad Gloſarium eruditiſſima.*

Romæ concurſus erat literatorum ad Bibliothecas, commentandi, & differendi cauſa, teſte Gellio.

Trajanus, Hadrianus, Antoninus literarum amantiſſimi, literatos fovent, Bibliothecas condunt.

Prima Chriſtianorum Schola Alexandriæ, in qua ſub Commodo docuit Pantænus. *Genebrard.*

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

Pantæno in ſchola ſucceſſit Clemens Alexandr., Clementi Origenes anno ætatis 18. *Genebrard.*

Eandem poſtea Scholam rexit Pierius Presbyter, Origenes Junior appellatus. Schola Cæſareæ Philoſophica, & Theologica, per Pamphilum inſtituta. Pierii diſcipulus, & martyr Pamphilus.

Alexander E. Hieroſolymit. Julius Africanus Ceſareæ primi apud Chriſtianos bibliothecas inſtruxiſſe leguntur. *Euſeb. l.6.*

Mirus in Alexandro Severo literarum, & literatorum amor.

Antoninus Caracalla Magicis artibus addictus, bonas contemnit, magno literarum, & artium detrimento.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Berytenſis Academia per Dioclet. & Maximianum.

Scholæ Romanæ Profeſſoribus, & Salariis à Theodolo exornatæ.

Bononienſis Academia à Theodoſio inſtituta.

Conſtantinus M. liberalium artium profeſſoribus liberales mercedes aſſignat. Licinius Cæſar propter ſummam inſcitiam, literas peſtem publicam appellabat.

Julianus Apoſtata ſtudia bonarum artium Chriſtianæ juventuti conatus eſt adimere. Quæ res Gregorium Nazianz. impulit ad condenda carmina.

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Florebat adhuc Athenis Academia, quæ Romam poſtea translata fuit.

Bangorienſis Academia in Wallia antiquiſſima, ut Angli Scriptores tradidere. Academia Conſtantinopolitana à Theodoſio Juniore inſtituta 425.

Edeſſæ in Syria, & in Perſide literarum Scholæ florebant.

Ferguſius II. Scotorum R. Gothis ſub Alarico ante regnum adeptum militans è præda Romana vetuſtiſſimos codices aureis, argenteiſque vaſis præhabitos in Scotiam defert, eoſque in Jonæ Monaſterio aſſervandos locat. *Boeth. Leslæus.*

Digitized by Google

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Inſtaurata per Juſtinianum Berytenſis Academia terræmotu exciſa.

Mauritius Imper. Studiis, & Eloquentiæ præcipuè favet.

Siluiſſe Romæ Gymnaſia omnia, neque Pontif. Agapeti authoritate ad docendum quemquam allici potuiſſe teſtatur Caſſiodorus.

Gothi vetantes literis liberos erudiri, ne ad arma tractanda minus alacres fierent, literas propemodum perdunt.

Conſequentibus temporibus cùm graves bellici tumultus inciderent, Studia ſatis excoli non potuere.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Erphordienſis Academia ſub Dagoberto I. Rege.

Scholæ Cantabrigienſes in Anglia 630. Academia tamen ibi multò ſeriùs conſtituta.

Britanniæ, quæ Gothicis excurſionibus non patuerant, veteris doctrinæ reliquias viſæ ſunt conſervaſſe.

Coacto ab Agathone Rom.Pontif. Concilio, in ea primorum capitum frequentia inventum neminem vel mediocri doctrina inſtructum, qui ad Conſtantinum Pogonatum legari poſſet, ejuſdem Pont. literæ deplorant.

Gnoſimachi hæretici ſcientiam, & doctrinam omnem rejicientes, non parvum literis detrimentum attulere.

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Balbaricenſis Acad. in Arabia ad Medicinam, Aſtrolog.& Philoſ.713.

Eboraci publicum Sacrarum literarum ſtudium inſtituit S. Egbertus 761. Oſnaburgenſis, Papienſis, & Patavina Academiæ à Carolo Magno inſtitutæ; Bononienſis renovata.

Academia Athenis Romam attracta, Lutetium à Carolo Magno tranſlata opera quatuor Monachorum, Rabani, Alcuini, Claudii, & Joannis Scoti, Bedæ diſcipulorum 791.

Leo Iſauricus magno literarum detrimento triginta voluminum millia CP. Bibliothecæ cum duodecim doctiſſimis eorum Cuſtodibus pluſquàm barbarè flammis abſumit 726.

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

In Dania, & Svecia primus Scholas aperit S. Anſgarius 831.

Scholæ Conſtantinopolitanæ per Bardam reſtitutæ 859.

Oxonienſis Academia in Anglia 872. Fulco E. Scholas Remis inſtaurat.

Corſinus Calvus in Europa, Maimon Saracenorum Amiras in Aſia, egregii literatorum Mecænates.

Ludovicus Pius jubet Monachos, imò, & Moniales deſcribendis veterum libris addici. *Aventinus*.

Michael Balbus, ne pueros ſe doctiores cerneret, erudiri literis vetuit.

Sæcul. X. Ab an Chr. 900 ad 1000

Scholæ Univerſitatis in Brabantia conſtitutæ à Joanne Duce 926.

Academia Babylonica Saracenorum ad Medicinam præſertim, & Aſtrologiam tradendam, ſæculo in finem declinante, florebat.

Infelicissimum bellis, & ignorantia ſæculum ruebat in præceps, niſi pacem, & literas, quantum per illos fieri potuit, Religioſi viri ſuſtinuiſſent, quod præſtitere præſertim veterum ingeniorum monumentis exſcribendis.

Apud Græcos tamen, Hebræos, & Arabes literæ feliciter colebantur, teſte eruditiſſimo Genebrardo.

Otho III. favere literis viſus eſt.

Sæcul. XI.

Alexandrina Academia, in qua Avicenna adoleſcens Raſim audivit.

Salerni ex Arabum præſcripto in fine ſæculi Medicina tradebatur.

Digitized by Google

SCHOL., ACAD., LIT. INCREMEN., ET DETRIMEN.

SÆCULUM CHR. XII. XIII. XIV. XV. XVI.

Id liquet ex libello, cui nomen fa-
Ab an. Chr. 1000 ad 1100 ctum: *Schola Salernitana*: ſcriptus eſt enim verſibus Leoninis a Jo: de Mediolano nomine Collegii Salernitani.

Conſtantinus Ducas literas, & literatos magni facit.

Saraceni peſſimi ſcelerum Magiſtri in Hiſpania Toleti, Hiſpali, & Salmanticæ Magicas artes docere palam exorti ſunt. *Genebrard. Del Rio.*

Sæcul. XII. Ab an Chr. 1100 ad 1200

Academia Monſpelienſis 1196.

Hoc primùm ſæculo quaſi quadam literaria Republica inſtituta, Rectores Univerſitatibus dati, aliique veluti Magiſtratus inventi.

Tribus diſciplinis honorum gradus conſtituti, Juris Civilis, Medicinæ, ac Theologiæ.

Lothario II. & Conrado III. imperantibus literæ, quæ a Barbaris conculcatæ jacuerant, oculos aliquando tollere incipiunt. *Sub illis enim magni per Europam, doctrinaque nobiles viri extitere, & nata Scholaſtica Theologia, & accuratiùs coli Philoſophia cæpit.*

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

Pariſienſis Academia a S. Ludovico inſtaurata 1232.

Viennenſis in Auſtria 1239. Salmanticenſis 1240. Aberdonenſis in Scotia 1240. Cantabrigenſis 1277. Neapolitana, & Peruſina per Fridericum II. 1290. Robertus Sorbona celeberrimus Pariſiis Theologorum Collegio initium, & nomen dedit 1265.

Alphonſus X. Caſtellæ Rex literis favet, nimium tamen Aſtrologiæ addictus.

Sæcul. XIV. *Ab an. Chr. 1300 ad 1400*

Aurelianenſis Acad. 1302. Firmana per Bonifacium VIII. 1304. Ferrarienſis 1306. Piſana 1339. Heidelbergenſis 1346. Pragenſis, Cracovienſis, Andegavenſis 1361. Senenſis 1380. Colonienſis, Erfordienſis 1392.

Magnus Actus Sorbonicus * inventus a Franciſco de Mayronis 1315. ** per hor. 14. Geneb.*

Buyrus in Britannia nullis parcens ſumptibus libros diligenter congregat. Carolus IV. Imper., Carolus V. R. Gall. Robertus R. Neapol. Joannes Card. Columna fauſta literis nomina.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

Herbipolenſis Acad. 1403. Lipſienſis 1408. Sanctandreana 1411. Roſtochienſis 1415. Ingolſtadienſis 1416. Cadomenſis 1418. Lovanienſis 1427. Pictavienſis 1431.

Glaſquenſis 1454. Griſuvaldenſis 1456. Baſileenſis 1459. Friburgenſis 1467. Valentina 1470. Tubingenſis 1477. Haffnienſis 1478. Moguntina 1482. Typographia inventa literas promovet.

Eugenio IV. Nicolao V. Sigiſmundo Imperat., Alphonſo Aragonum, & utriuſque Siciliæ, Jacobo I. Scot. Regibus, Coſmo, & Laurentio Mediceis literæ plurimùm debent.

Nicolaus V., ut Bibliothecam Vaticanam inſtruat, Magnorum Scriptorum Codices, undique per eruditiſſimos viros conquirit. *Æneas Sylv.*

Ludovicus XI. Gall. R. Literarum oſor filium vetuit latina noſſe.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

Witembergenſis Acad. 1502. Uratiſlavienſis 1505. Francofordienſ. 1506. Complutenſis 1517. Oſumenſis, & Gandienſis 1549. Maceratenſis 1549. Remenſis & Conimbricenſis 1550. Dilingana 1552. Eborenſis 1559. Taurinenſis 1565. Tarraconenſis 1572. Duacena 1574. Cæſarauguſtana 1583. Parmenſis 1599.

Franciſc. C. Ximenius, Franciſc. Gall. R. Leo X. Alphonſ. Ateſtinus D. Ferrariæ Literis, Muſiſque fauſtiſſimi.

Gregorius XIII. erectis ubique terrarum educandæ Juventuti Collegiis, & præſertim Romano, Religioni, & bonis artibus mirè prodeſt.

Capta Buda periere nobiliſſimi codices, quos colligi juſſerat Matthias Corvinus.

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

Madritenſis artium Academia aucta a Philippo IV. Gieſſena 1607. Mantuana 1625.

Collegium, & Bibliotheca Ambroſiana Mediol. a Friderico Card. Borromæo inſtituta magno literarum bono.

Diaria Literatorum in Gallia, Italia, Anglia, Germania perutili eruditionis compendio.

Fridericus Card. Borromæus, Urbanus VIII. P.M. Franciſc. Barberinus Card. Urbani ex fratre nepos, Ludovicus Magnus R. Gall. Ferdinandus Fuſtemburgius Epiſc. Monaſterienſis, Coſmus III. Magn. D. Etruriæ literis, & bonis artibus impensè favent.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab an. Chr. 1700 ad 1750

Rem literariam inſigni favore, ac beneficentia complexi Clemens XI, & Ludovicus XIV. Romanæ Arcadum Academiæ nomen dat Joannes V. Luſitaniæ Rex, ejuſque indigentiam pluribus aureorum millibus ſublevat.

Eques Bernardinus Perfecti Senenſis, Hetruſca poeſi extemporanea inſignis, laurea donatus in Capitolio ſub Benedicto XIII.

Romæ hoc tempore natæ Academia Eccleſiaſtica, Academia Theologica, Academia Quirinorum. Caſanatenſis Bibliotheca pridem excitata, ac noviſſimè aucta, magno literarum bono, atque Urbis ornamento.

Bononiæ *Inſtitutum Scientiarum, atque Artium* 1712. Mediolani *Societas Palatina* 1719. Regium Matriti Seminarium 1724. Taurini nobilium Academia 1713. ingenuarum omnium diſciplinarum, atque artium ſtudiis florentiſſima.

Triplicis Academiæ Regiæ Pariſienſis novi quotidie, & præclari fœtus: in univerſam literariam rem pub. egregia promerita.

Item Academiæ Hallenſis in Saxonia 1694. Uratiſlavienſis, ſeu Leopoldina in Sileſia 1702. Acad. Claudiopolitana reducta 1698. Magnificentiſſimum Tyrnaviæ Seminarium ſub nomine B.M.V. 1701.

Romæ Academiæ quatuor a Benedicto XIV. excitatæ ideſt, Conciliorum, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, Rerum Liturgicarum, Hiſtoriæ Romanæ. Habentur in Ædibus Pontificiis, & coram ipſo Pontifice. Ab eodem inſigniter locupletatum, & auctum Inſtitutum ſcientiarum, quod eſt Bononiæ.

Seminarium Viennenſe in ſuburbano, quod Favorita appellatur, ab Hungariæ Regina fundatum: omni ſcientiarum genere, & nobilibus artibus floret, Nec minus ſtudiorum Univerſitas ab utriuſque Siciliæ Rege Neapoli excitata. Academiæ Pariſienſis exemplo natæ aliæ plures in tota Europa. Illuſtriores Regalis Londinenſis, & Imperialis Petropolitana.

Hoc ævo, & ſuperiori fortaſſe literis obeſt nimia librorum copia, quæ nos inopes facit ſapientiæ, quia dum novorum multitudine occupamur, optimos veterum plerumque negligimus.

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XXVIII.
THEOLOGIA POSITIVA, ET ÆVO INFERIORI SCHOLASTICA.
SÆCULUM CHR.I. II. III. IV. V. VI.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

S.Matthæus Evangelium ſcribit anno poſt Chriſtum natum 40. S. Marcus Evang. D.Petri juſſu an.43. S.Lucas Evang. 47. Acta Apoſtolor. 57. S. Joannes Apocalypſim 97. Evang. & Epiſtolas 99. S.Petrus Epiſtolas 3. & S. Paulus Epiſt.14. diverſis temporibus. S. Jacobus Epiſt. 1. S.Judas Epiſt. 1. incerto tempore.

Chriſti Domini ad Abagarum ; & Abagari ad Chriſtum Epiſtolæ ſuſpectæ.

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

S.Dionyſius Areop. E.M., de cujus tempore lis pendet inter peritos antiquitatis.

Aquila, & Symmachus Sacrorum Bibliorum interpretes.

S.Theophilus Antioch. E.

S.Melito Sardicenſis E.

S.Pinitus E. S.Polycarpus E.

S.Dionyſius Corynthius E.

Theodotio interpres Sacrorum Bibliorum, ſed heterodoxus.

S.Irenæus E. Lugd., & Tertullianus hoc ſæculo floruere.

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

Pantænus Philoſ:Chriſtianus, à quo Brachmanes apud Indos edocti.

Clemens Alexandr. Origenis Magiſter, Ammonius, Origenes Adamantius.

S.Cyprianus E. S.Hippolytus E.

Phileas E. Tryphon, S. Dionyſius Alexandr. E. S. Zeno E. Dorotheus Tyrius ſuſpectus. S. Victorinus Pictavienſis E. S. Gregorius Thaumaturgus E. S.Methodius E. Martyr.

Tetrapla, Exapla, & Octapla Origenis magno ſacrarum literarum bono. 252.

At an. 1240. *Biblia cum diſtinctis Capit.& Concordantiis per Hug. Card.*

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Victorius Petabonenſis, Lactantius Firmianus, Conſtantinus Imper. S.Antonius Ab. Euſebius Emiſſen. S.Athanaſius, Lucifer Calaritanus, S.Cyrillus Hieroſolym. S. Hilarius Pictav. Hilarus Sardus, Titus Boſtrenſis. S. Ephrem. S.Baſilius Magn. S.Gregorius Nyſſenus. S. Gregorius Nazianzen. Gregorius Bæticus E. Didymus Alexandrin. E. S.Pachomius Ab. Oreſienſis, Marcus Eremita ſuſpectus, Aſterius Amaſenus, S. Paulinus Nolanus, S. Diadocus, S. Ambroſius.

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

S.Epiphanius E. S. J. Chryſoſt. E. S.Hieronymus, Severianus Gabalitan. Rufinus Aquilejen. S.Gaudentius Brixienſ. E. S.Chromatius. S.Auguſtinus E. S.Iſidorus Peluſiota, Heſychius Presbyt.Hieroſol. S.Nilus Ab. S.Proclus, S.Cyrillus Alex. Caſſianus, Salvianus Presbyt. S. Hilarius Arelat. E. S. Eucherius E. S. Petrus Chryſol. E. S.Baſilius Seleuc. E. Salonius E. S.Valerianus E. S.Proſper Aquit. E. Arnobius Junior, Fauſtus Regienſis, Theodoretus E. S. Leo Magnus, S. Maximus Taurin. E.

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Ruricius Senior, S.Fulgentius Ruſpen. E. Boethius, Andreas Cæſarienſis E. Ennodius Ticin. E. Avitus E. Ferrandius Diacon. Eugippius Ab. Caſſiodorus, Juſtus Orgelitanus. Joannes Jejunator. S. Remigius E. Junilius, Primaſius E. Procopius Gazenſis, S.Joannes Climacus, Aretas Cæſarienſis.

S.Agapitus Pontif. R. ut Sacram doctrinam Romæ labentem ſuſtineret, Theologiæ Scholas aperiri juſſit.

SÆCULUM CHR. VII. VIII. IX. X. XI. XII.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

S. Gregorius Magnus, Paterius S. Gregorii diſcipulus, Antiochus Monachus, S.Columbanus Ab. Leontius Neapoleos in Cypro E. S.Iſidorus Hiſpal. E. Cumeanus Scoto-Hibernus E. cognomento Sapiens, S.Eligius Noviom. E. cujus Opuſculum de Rectitudine Catholicæ Converſationis, S. Auguſtino perperam aſſignatum eſt, Theleſius Monachus, S.Martin. I. Papa, Dorotheus Archimandrita, S. Maximus Martyr. S. Hildephonſus Toletan. E.

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

S. Anthelmus, ſivè Adelmus E. Adamannus Ab. Scotus. S.Gregor. II. Papa, S. Andreas Cretenſis E. S.Germanus Patriarcha Conſtantin. Venerabilis Beda obiit 735.

S. Joannes Damaſcenus, Chrodegandus E. Ambroſius Autpertus, Dacrianus. *Malè hic à nonnullis locatur Antonius ab opere, quod contexuit, dictus Meliſſa, quærendus ſæculo 12.*

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Aponius, Albinus, Flaccus, ſive Alcuinus, Claudius Scotus, Halitgarius E. Agobardus E. Amalarius Fortunatus, Jonas Aurelianen. E. S.Theodorus Studites Ab., Rabanus Maurus E., Strabus Fuldenſis, S.Eulogius Martyr, S.Methodius Patriarcha CP. Haymo Halberſtadenſis, Druthmarus, Angelomus, Michael Syncellus, Walafridus Strabo Ab. Hincmarus Remenſ. E. Verembertus Curienſis E.

Remigius Antiſiodor. Scholas Remis reſtituit a Fulcone Archiep. vocatus, S. Odonem poſtea Cluniacenſem Abb. erudiit.

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Leo VI. Imper. Marcus Eremita, cujus opera corrupta creduntur, S. Rathbodus E. Rutgerus Trevirenſis, Ratherius E. Smaragdus Monach. S. Odo Cluniac. Ab. Radulphus Flaviacenſis, Fridegordus Diacon., Norgerus Leodienſis E., Moſes Barcephas E., cujus opera cautè legenda. *Margarinus de la Bigne in Indice Alphabet. Biblioth. Patrum perperam refert ad ſæculum 16., Gualterius putat ſæculo 9. floruiſſe.*

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Berno Augienſ. Ab. S.Fulbertus E. Carnot. S. Odilo Cluniac. Ab. S.Bruno Herbipol. E. Adamus de Perſenna, Theophilactus E. Oecumenius, Samonas Gazenſis.

B. Petrus Damiani, quem aliqui non diſtinguunt, ſed perperam, à Petro de Honeſtis Abb. Ravennate.

Olympiodorus, S. Anſelmus Lucenſis E. S. Bruno Carthuſianorum parens.

Micrologus non eſt Scriptoris, ſed Operis nomen, cujus auctor incertus.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Radulphus Ardens, Philippus Solitarius, Berengoſus, S.Anſelmus Cantuar. Eadmerus, Joannes Fiſcanenſis, Odo Camerac. Leo Marſic. Ivo Carnot. E. S. Anſelmus Laudun. E. Herveus Cenoman. Honorius Auguſtod. E. Antonius Meliſſa, Goffridus Vindocin. Hildebertus Cemoman. Rupertus Ab. Hugo de S. Victore, S. Bernardus, Drogo Card. Oſtien. Guillelmus Leodienſis, Guerricus Ab. Ælredus Ab. Iſaac. Ab. de Stella, Richardus à S. Victore, Joannes Saresberien, Petrus Cellenſis, Petrus Cantor, Petrus Bleſenſis, S. Hildegardis V. Alanus Inſulenſis, Philippus Ab. Bonæ Spei, D. Amedeus Lauſan. E. Potho Prumienſis, Zacharias Cryſopolit. E.

Digitized by Google

THEOL. POSITIV., ET ÆVO INFER. SCHOLAST.

SÆCULUM CHR. XIII. XIV. XV. XVI.

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

Innocentius III. S. Franciſc. Aſſiſ. S.Antonius Patav.E. Jordanus de Saxonia Ord. Prædic. Stephanus Langton.Jacobus de Vitriaco Card. S. Edmundus Cantuar. E.Hugo de S.Caro Card. Humbertus Vienn. Vincentius Bellovac.E. Robertus Sorbona, B.Albertus Magnus, S. Thomas de Aquino,Thomas Cantiprat.S.Bonaventura Card. Durandus Mimatenſis E. Guillelmus Peraldus E.Richardus à S.Laurentio, S. Mechtildis V., Petrus de Tarantaſia, poſtea Innocentius V. David de Auguſta, Petrus Peckam, S. Gertrudis V.Alanus de Inſulis.

THEOLOGI SCHOLASTICI: Poſt Petrum Lombardum Scholaſticorum Anteſignanum, & Guillelmum Antiſiodorenſem XII. ſæculi Scriptores floruere.

Petrus Pictavienſis, Guillelmus Pariſienſis, Robertus Pullus, Præpoſitus, quem S. Thomas aliquoties laudat.

Albertus Magnus, Alexander Hallenſis falsò creditus D. Thomæ præceptor. S.Thomas, S. Bonaventura, Petrus Alvernus, Petrus de Tarantaſia, poſtea Innocentius V., Ægidius Columna, Vldaricus de Argentina, Henricus Gandavenſis, Richardus de Media Villa.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

Joannes à S. Geminiano, Nicolaus Trivetus, Ægidius de Columna E. Petrus Aureolus E.Jacobus deLauſanna E.Auguſtinus Triumphus, Joannes Vitalis à Furno, Aſteſanus alius ab auctore Summæ, Ludolphus Carthus, Nicol. de Lyra, Alv: Pelagius, Joannes de Bacone, Simeon a Caſſia, Robertus Holkot, Nicolaus Cabaſilas, Nicolaus Gorram, Adamus Goddam, Joan. Taulerus, Joan. Cipariſſiota, B. Henricus Suſo.

S. Brigitta Sveca, Joannes Rusbrochius, S.Catharina Senenſis, Petrus Berchorius, Nicolaus Eymericus, Raymundus Jordanus, vulgò Idiota.

THEOLOGI SCHOLASTICI. Joannes Pariſienſis, Duns Scotus, Aureolus, Joannes de Neapoli, Antonius Andreas, Durandus, Okam, Hervæus Natalis, de Mayrone, Henricus de Vrimaria, Auguſtinus Triumphus, Adamus Goddam, Holkot, Ariminenſis, Paludanus, Bacconus, Argentinas, Vargas &c.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

Michael Aiguanus, vulgò Incognitus, S. Vincentius Ferrer. Petrus de Alliaco, Thomas Anglicus, Joannes Dominici Card. Joannes Gerſon, Henricus de Haſſia, Paulus Burgenſis, Richardus Pampolitanus, S.Bernardinus Senenſ. S. Laurentius Juſtinianus, Auguſtinus de Roma, Toſtatus Abulenſ. E. Antonius Rampelogus, Leonardus de Utino, S.Joannes de Capiſtrano, S. Antoninus, Nicolaus de Cuſa Card. Henricus Harphius, Dionyſius Carthuſ. Thomas Malleolus à Kempis, Jacobus de Valentia, Savonarola, Biel.

THEOLOGI SCHOLASTICI: Henricus de Haſſia, Marſilius de Inguen. Capreolus, de Alliaco, Richelius, ſeu Carthuſianus, Baſſolis, Ægidius Carlerius, Conradus Summenart. Nicolaus de Orbellis, Biel &c.

Sæcul. XVI.

Ximenius Card. Thomas Morus, D.Thomas de Villanova E., Sadolètus Card., Didacus Stella, Eugubinus, Joannes Avila, Sasbout, Ribera, Contarenus Card., Faber Vienn. E. Catharinus E. Turrianus, Cornelius Janſenius Concordiæ Evang. auctor, Titelmannus, Caniſius, Salmeron,

Ab an. Chr. 1500 ad1600

Augerius, Durantius, Ludovicus Granatenſis, Genebrardus E. S. Thereſia Virgo, S. Franciſcus Borgia, Maldonatus, Arias Montanus, Toletus Card.

THEOLOGI SCHOLASTICI: Joannes Major, de Vio Cajetanus, Franciſcus Lychetus, Hadrian. VI. de Sylveſtris, de Medina, Koelin, Victoria, de Caſtro, Dominicus Soto, Viguerius, Canus, Petrus Sotus, Ledeſmius, Cordubenſis, Toletus Card. cujus Mſs. Commentarii in Summ. D. Thomæ ſervantur in Coll. Roman. Soc. Jeſu &c.

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad1700

Arias, Bellarminus Card. Hieronymus Mautinus vulgò Narnienſis, Barradius, Alvarez de Paz, Bozius, Serrarius, Fevardentius, Pererius, Delrio, Sancius, Juſtinianus, à Lapide, Bonfrerius, Scribanius, Duoæus, Salazar, Mendoza, Ludov. de Ponte, Fernandez, Petavius, Eſtius, Alphonſus Rodericius, S. Franciſcus Saleſius, Malvenda, Nicol. Ricchardus, Hallier, Cauſinus, Corderius, Sauſſay, Nierimbergius, Steph. Menochius, Tyrinus, Allatius, Raynaudus, Rho, Pallavicinus Card. Bona Card. Joannes Paul. Oliva, Poſſinus, Daniel Bartolus &c.

THEOLOGI SCHOLASTICI: Molina, Medina, Suarez, Michael Medina, Vaſquez, Bannez, de Valentia, Alvarez, Granado, Albertinus, Faſolus, Leſſius, Smiſingh, Beccanus, Arrubal, Herice, Tannerus, Faber, Ruiz de Montoya, Sylvius, Iſambertus, Gammachæus, Meratius, Amicus, Joannes à S. Thoma, Martinez de Ripalda, Martinon, Poncius, Maſtrius, de Arauxo, Perez, de Lugo, Collegii Salmanticenſis PP., Du Hamel, Arriaga, Serra, Godoy, Eſparza, Gonet, Contenſon, Ferre, de Arnu, Martinez, Card. De Aguirre, Maurus &c.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab an. Chr. 1700 ad1750

S. Script. Le Long, Fraſſen, Natalis Alexander, Calmet, Lamy, Vavaſſor, Cherubinus a S. Joſeph, Padilla, Bonjour, Villaroel, Verhoſt, Quadros, Calini. *Concil.* Poſt Labbæum & Coſſartium, Harduinus, & Coletti auct. Coll. Venetæ. *Myſtica Aſcet.* La Colombiere, Nepeu, Segneri, Pinamonti, Rogacci, Cheminai, Noüet, Croiſet, Craſſet, Joſ. a Sp. Sancto, Honor. a S. Maria, De la Reguera, Duratius.

THEOLOGI SCHOLASTICI: Card. Brancatius, Sfondrati, Noris, Thyrſus, Gonzalez, Marin, Gormaz, Ulloa, Garnerius, Ramirez, Aranda, Viva, Bancel, Mezger, Claudius, Fraſſen, Reding, Lævinus Meyer, Card. Cienfuegos, & Gotti, Grandinus, Tournely, Simonnet (a), Mayr, de Aliaga, Rabaudy, Antoine (b), Perimezzius, Voitaſſe, Venerio &c.

(*a*) Inſtitutiones Theologicæ ad uſum Seminariorum Auctore Edmundo Simonnet Soc. Jeſu Univerſitatis Muſſipontanæ Cancellario: Editio Veneta an. 1731. Tomis 3. in Fol., *in quibus q.q. Schol. & Dogm. ex SS. SS. Concil. PP. & Hiſt. Eccl. pertractantur.*

(*b*) Theologia Univerſa Speculativa, & Dogmatica complectens omnia Dogmata, & ſingulas quæſtiones Theologicas, quæ in Scholis tractari ſolent ad uſum Theologiæ Candidatorum accommodata Auth. Gabriele Antoine Soc. Jeſu: Edit. Veneta an. 1743. Tom. duobus in 4. molis mediocris.

Digitized by Google

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XXIX.

SUSPECTA PATRUM SCRIPTA: THEOLOGIA CONTENTIOSA, ET INFERIORI ÆVO MORALIS.

SÆCULUM CHR. I. II. III. IV. V. VI.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100.

S. Barnabæ Epiſtola ſuſpecta.

Prochori Diaconi, S. Lini Papæ, S. Martialis Scripta omnino ſuppoſititia.

Liber Paſtoris ab Herma D. Pauli Diſcipulo ſcriptus, attamen ſuſpectus.

D. Hierothei Opuſcula periere.

D. Clementis Epiſtola ad Corinthios genuina; cæteræ ſuppoſititiæ.

Conſtitutionum Apoſtolic. Opus proculdubio antiquum, ſed meliorum judicio Clementem non ſapit. Reliqua Clementi aſſignata apocrypha.

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200.

S. Ignatii E. & M. ſcripta quædam certa, aliqua ſuſpecta, nonnulla proculdubio apocrypha. *Videatur Caſimirus Oudin. de Scriptor. Eccleſ.*

S. Quadratus, S. Ariſtides, Tatianus S. Juſtinus M. Athenagoras, S. Apollinarius F. Muſanus, Serapion Antiochenus E. M.

S. Evariſti, & omnium Rom. Pontificum Epiſtolæ uſque ad Syricium à Cardinalibus Baronio, Bellarmino, & aliis fere omnibus habentur ſuppoſititiæ, his exceptis, quas infra memorabimus. Non deſunt tamen, qui pro his adhuc pugnent.

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300.

S. Irenæus, Tertullianus, Clemens Alex. Minutius Felix Rom. Cauſidicus, S. Zoticus, S. Cyprianus, S. Archelaus, S. Malchion.

S. Cornelii Papæ Epiſtola ad Fabium, & alia ad Cyprianum genuinæ cenſentur.

Quæ S. Sixti Pontif. nomine editæ ſunt a Rufino ſententiæ, ad Sextum Ethnicum Pythagoricæ ſectæ Philoſophum ſpectant.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400.

Arnobius Senior, S. Methodius E. & M. Lactantius Firmianus, Victorinus Rhet. S. Hilarius Pictav. Euſebius Cæſarienſis, S. Turibius E. S. Serapion E. Gregorius Bæticus, S. Athanaſius E. Sebadius, Pacianus E. Didymus Alexandr. S. Optatus Milevit. E. S. Baſilius Magn. S. Gregorius Nazianz.

S. Julii P. Epiſt. 1. Liberii I. S. Damaſi Opuſcula quædam genuina. *Videatur Scheleſtrat. in Antiquit. Illuſtr.*

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500.

S. Epiphanius, S. Philaſtrius, S. Ambroſius, S. Theophilus Alex. S. Jo: Chryſoſt. S. Hieronymus, S. Innocentius, S. Auguſtinus, Olympius Tolet. S. Cyrillus Alexandr. Theodoretus, S. Vincentius Lirinenſis hæreſum omnium malleus, S. Leo Magnus, S. Proſper Aquit. Theodorus Presbyter, Mochimus Phrygius, Gennadius Maſſilienſis E. Gelaſius Cyzicenus.

Canticum *Te Deum laudamus* tribuitur SS. Ambroſio, & Auguſtino; ſunt tamen qui putent fuiſſe compoſitum a Siſebuto S. Benedicti Monacho. *Card. Bona, & alii.*

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600.

S. Fulgentius Ruſp. Eugyppius Ab. Ferrandus Diacon. Vigilius Tapſenſis E. auctor librorum SS. de Trinit. qui olim D. Athanaſio perperam adſcripti.

Joannes Maxentius, Victor Afric. Zacharia Mitylen. Leontius Byzant. Ruſticus Rom. Diacon. Facundus Hermianenſis, Anaſtaſii Sinaitæ duo, Antiochenus Patriarcha, & alius Monachus. S. Hormiſdæ, S. Joannis I. Bonifacii, S. Sylverii, Pelagii I. & II. Epiſtolæ ſuppoſititiæ.

Digitized by Google

SUSPECTA PATR.SCRIPT.: THEOLOG.CONTENTIOSA, ET INFER. ÆVO MORALIS.

SÆCULUM CHR.VII. VIII. IX. X. XI. XII.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

S.Sophronius Hieroſolym.E. S.Iſidorus Hiſpal. Joannes IV. Papa Prædeceſſoris Honorii apologiam ſcripſit, D. Euſtratius Presbyt. Conſtantinop.

S. Martini I. Epiſtolæ probantur omnibus, S. Maximus Monach.& M. Anaſtaſius Monach. Conſtantinopol.

S. Hildephonſus Tolet. E. S. Julianus Toletan. E.

S. Deuſdedit Epiſt. ſuppoſititia.

S.Benedicti Epiſt. ad Petrum Notar. & ad Ervigium Regem ſpuriæ cenſentur a Cardinali Baronio.

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Wilfridus Ripanenſis, E. Germanus Patriarcha CP. Sed Operis contra hæreſes vix ſupereſt fragmentum.

S.Joannes Damaſcenus præter alia omnium primus Theologiam recto ordine comprehenſus. *Bellarm.*

Anaſtaſius Ab. Judæos libello exagitavit. Beatus Abbas, & Etherius Uxamenſis. Hadrianus I.Pont.Rom.

S. Pauli I. Epiſt. ſuppoſit.

Liber de Divinis Officiis, qui Alcuino tribuitur, Farrago videtur ex pluribus collecta.

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Dungallus Diacon. S. Methodius Patriarc. CP. Amalarius Fortunatus, Paulinus Aquilejenſ. Paſchaſius Ratbertus Ab. Jonas Aurelian. E.Amalarius Metenſis, S.Theodorus Studites, S.Eulogius E.& M. Nicephorus Patr. CP. Agobardus E. Amolo Diacon. Hincmarus Remenſ. Lupus Servatus, Ratramnus Corbejenſis, S.Remigius Lugdun. Theodorus Abucara.

Formoſi Papæ Epiſtola ſuppoſititia.

Stephani VI. Epiſtolam ad Selvam &c. vel ſuppoſititiam, vel interpolatam cenſent eruditi.

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Leo VI. Imper.Græc. cujus nobilis extat Epiſtola de Fidei Chriſti veritate.

Adrevaldus calamo S.Euchariſtiam propugnavit contra Joannem Scotum, qui primus auſus eſt de Divino Myſterio blaterare.

Stephanus Eduenſis E. Aretas Cæſarienſis Presbyter.

Auxilius Formoſi Pontif. Ordinationes defendit, ipſe tamen eget defenſore.

S. Dunſtanus Cantuar.E.Sacri Cælibatus egregius propugnator.

Ratherius Veronenſ. E. Herigerus Abb.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

S. Fulbertus Carnot. E. S. Leo IX. Papa, Humbertus Card.

Deoduinus, ſeu Theoduinus Leodien.E. inſignem ſcripſit Epiſtolam de Corpore, & Sanguine Domini. Hanc mutilam Card.Baronius, & Chapeaville perperam edidere ſub nomine Durand. Leodienſ. E. qui ante natam Berengarii hæreſim 1024. objerat.

Hugo Lingonenſis E. Durandus Troarnenſis Ab.Lanfrancus Cantuar. E.Guitmundus Averſanus, Adelmannus Brixienſis, Algerus Monachus egregii SS. Euchariſt. propugnatores.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Stephanus Halberſtatenſis, Rodulphus Ab.S. Trudonis, Ganfredus Antiſiodor. S. Anſelmus Cantuar. S.Bernardus Ab. Theorianus, Petrus Cluniac. Ab. Hugo Etherianus.

Petrus Lombardus Novarienſis, ſed Pariſienſis E. & Baudinus Scholaſticæ Theologiæ Fundatores. *V. Oudin.T.2. in Pet. Lomb.*

Guillelmus Antiſiodorenſis Scholaſticus, vel Scholaſtico ſimilis.

Digitized by Google

SUSPECTA PATR.SCRIPT.: THEOLOG.CONTENTIOSA, ET INFER. ÆVO MORALIS.

SÆCULUM CHR.XIII. XIV. XV. XVI.

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad1300

Nicetas Choniates, Lucas Tudenſis, Guillelmus Diaconus, cujus opus Ms.contra Judæos Poſſevinus perperam tribuit Petro de Palude.

B. Albertus Magnus, S.Thom. Aquinas, S.Bonaventura Card., Raynerus Sacconus Ord. Prædicat. quem falsò nonnulli *Pantheologiæ* Scriptorem agnoſcunt.

Raymundus Martini, cujus *Pugio Fidei* meritò laudatur.

Pantaleo Diaconus Græcus contra præcipuos Græcorum errores ſcripſit.

THEOLOGI MORALES. S. Raymundus de Peniaforte, quem jure Theologiæ Moralis parentem poſſumus appellare: nulla enim agnoſcitur Summa, ut ajunt, Raymundina vetuſtior. Eodem ſæculo Fr.Villelmus Commentator, non, ut creditum eſt, Joannes de Friburgo. Vid.Laget. in Præf. ad Sum. S.Raym. Ed.Lugd.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad1400

Jacobus de Termis Ab. Nicol. Trivettus, Victor Porchettus de Salvaticis, Andronicus Comnenus, Guido Carmelita, ſeu de Perpiniano.

Alvarus Pelagius, Teophanes Niceæ Archiep.

Nilus Cabaſilas, & Nicol. Cabaſilas Nili nepos, Latinorum hoſtes.

Thomas de Bravardina, cujus Opus de Cauſa Dei contra Pelagium celebratur. Manuel Calecas, Nicolaus Oreſmius, Petrus Paludanus, Joannes Cypariſſiota, Nicolaus Eymericus.

THEOLOGI MORALES. Joannes de Friburgo, quem perperam aliqui in ſæcul.15. rejiciunt, Angelus de Clavaſio, Baptiſta Trovamala.

Monaldus Patria Picens, ſed vulgò Juſtinopolitanus, auctor Summæ, quæ per errorem tributa eſt Monaldo Martyri ab his, qui ex tribus Monaldis unum efficiunt. Vid. Martyrol. Franciſcan.16.Martii. 9.Nov. & 11.Dec.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad1500

Raynerius Piſanus auctor Pantheologiæ, Hieronymus de S. Fide, Joſeph Methonenſis, Petrus de Alliaco Card. Gregorius Scholarius, qui & Gennadius dici voluit, Nicol.de Clemangis, Alphonſ.Toſtatus Abulenſ.E. Raymundus Sebundus, Thomas Valdenſis, Turrecremata Card.Beſſarion Card. Gregorius Protoſyncellus, Iſidor. Theſſalonic. Card. Ægidius Carlerius, Joannes Gerſon, Joannes de Monte Nigro, S. Joannes de Capiſtrano, Nicolaus de Cuſa Card. Alphonſus à Spina, cujus eſt *Fortalitium Fidei*, Ambroſius Camaldul.Finus Hadrianus, Joannes Picus Mirandulanus, Hieronym. Savonarola.

THEOLOGI MORALES: Joannes Nider, Joannes Tabienſis, ſive Cagnatius, Ægidius Carlerius, Franciſcus de Platea, S.Antoninus, Silveſter de Prierio &c.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad1600

Thomas de Vio Cajetan. Card. Ekius, Cochlæus, Joannes Faber Vienn. Joannes Driedo a Tornout, Jacobus Sadoletus Card. Joannes Franciſcus Picus Mirandul. Stanislaus Hoſius Card.Contarenus Card. Joannes Medina, Alphonſus à Caſtro, Roffenſis Card.Catherinus E. Dominicus Soto, Titelmannus, Santeſius E.Galatinus, Ruardus Tapper, Latomus, Clitovæus, Claud. Seyſellus, Edmund. Campianus, Petrus Caniſius, Stapletonus, Pighius, Demochares, Eſpencæus, Augerius, Alanus, Lindanus.

Digitized by Google

SUSPECTA PATR.SCRIPT.: THEOLOG. CONTENTIOSA, ET INFER. ÆVO MORALIS.

SÆCULUM CHR.XVII. XVIII.

THEOLOGI MORALES : Cajetanus, Fumus, Martinus Azpilqueta, vulgò Navarrus, Emanuel Rodericius, Emanuel Sa. Toletus, Henriquez &c.

Sæcul. XVII. Ab an. Ch. 1600 ad 1700

Robert. Bellarminus Card. Perronius Card. Thomas Bozius, Fevardentius, Coeffetau, Serarius, Gretſerus, Coceius, Arcudius, Florimundus Raymundus, Gordonus Huntlæus, Malvenda, Gravina, Valentia, Petrus Cottonus, Pelletarius, Boverius, Sirmondus, Dionyſius Petavius, Tyrinus, Richelius Card. Spondanus F. Annatus, Allatius, Petrus de Marca, Michael de Elizalde, Honoratus Faber, Raymundus Capizucchius, Card. qui præter editos libros, alios penè paratos prælo moriens reliquit. Thomaſſinus, Dechamps &c.

THEOLOGI MORALES : Azor, Sanchez, Malvenda, Reginaldus, Filiucius, Poncius, Bonacina, Avila, Sayrus, Layman, Fragoſus, Caſtropalao, Fagundez, Candidus, Lezana, Baldellus, Bauny, Bordonus, Diana, Pellizzarius, Trullench, Terillus, Marchant, Leander à S. Sacramento, Dicaſtillo, Boſſius, Caramuel, Salellus, Hurtado, Mendo, Moya, Cardenas, & Tamburinus &c.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab an. Chr. 1700 ad 1750

Card. Sfondrati, Franciſcus Salignac de Fenelon Archiep. Cameracenſis, Jacobus Benignus, Boſſuet Ep. Meldenſis, Aug. Tonti, Thyrſus Gonzalez, Nic. M. Pallavicinus, Papinius, Francolinus, Viva Noüet, Pelliſſonius, Du Mats, De L'artigue, Carmel, Le Nourri, Le Quien, Germon, Daniel, Harduinus, Tillemontius, Monachi Benedictini è Congr. S. Mauri, Languet, Boucat, Du Pleſſis d'Argentrè, Card. Biſſy, & Gotti, Garnier, Balthus, Sianda, Montfaucon, Touttei, Maſſuet, De La Rue, Villarſius, Petrus Benedictus.

THEOLOGI MORALES : La Croix, Viva, Paltenerius, Clericatus, Rotarius, Henno, Kugler, Camargo, Schiara, Rasler, Sporer, Anacletus Reifſtuel, Ilſung, Taberna, Elizalde, Schildere, Homobonus de Bonis, Fenete, Felix Poteſtas, Pontas, Conſtantinus Roncaglia, Catalanus, Belmontius, Antoine &c.

Ludovicus Abelly Epiſc. Ruthenenſis edidit Diſſertationem h.t. *Declaratio Librorum, & Opinionum Caſuiſtarum* : Art. 1. Occaſio ſcribendi. 2. Quid ſit tenendum de Caſuiſtis. 3. Animadverſiones circa conſilium, quod aliqui dant Confeſſariis legendi Sanctos Patres, ut ex ipſis hauriant doctrinam moralem. 4. De Origine Caſuiſtarum. 5. Qui Caſuiſtas rejiciunt, temere rejiciunt, ac damnant multos ſanctos viros, quos Eccleſia colit. 6. Ab his, qui Caſuiſtarum libros damnant, privari Fideles maximo adjumento. 7. Iidem ſunt occaſio ingentium malorum, quibus grave damnum infertur Animabus, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ. 8. Expenduntur querimoniæ de nimio librorum numero, quos edidere Caſuiſtæ. 9. Quod iudicium ferendum de Caſuiſtarum libris, ſi legantur in eis opiniones laxiores. *Vide etiam Francolinum l. 2. de Diſc. Pœnit. c. 8, 9, & 10.*

Digitized by Google

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XXX.

JUS CANONICUM, ET CIVILE: LEGUMLATORES.

SÆCULUM CHR. I. II. III. IV. V. VI.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

Poſtquam Res Romana ad unius poteſtatem devenit, Romanorum ingenia ſequuta Principatus rationem plus in cognoſcendo jure civili, quàm in proſequendis eloquentiæ ſtudiis operæ poſuerunt. Floruere itaque Attejus Capito, Labeo Antiſtius, M. Coccejus Nerva pater, & filius, Maturius Sabinus: Caſſius Longinus, a quo Caſſiani, qui illius placita aſſerebant. Cœlius Sabinus, Sextus Pedius, Pegaſus. De Canonibus Apoſtolorum Antiochenæ Synodo adſcriptis apud eruditos lis eſt.

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

Juventius Celſus cognominis Patris filius. Neratius Priſcus Celſi in Conſulatu Collega.

Ulpius Marcellus, Jabolenus.

Domitius Labeo, Voluſius, Metianus; Marcus Salvius Julianus, cujus extat Edictum perpetuum Archetypon Pandectarum.

Sebidius Scævola, Vindius Verus, Didius Julianus, Salvii Juliani filius ingenio celebris, ſed brevi tyrannide infamis.

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

Æmilius Papinianus, ejuſque auditores, Cajus, Marcellus, Ulpianus, Pomponius, Gordianus, Sabinus, Hermogenes, Africanus, Modeſtinus, Celſus, Julius, Paulus, Trifonius, Marcellus, Venatus, Alphenus, Florentinus, Calliſtratus, Severus, Severianus, è quorum fragmentis contextæ Juſtiniani Pandectæ.

Proculus, a quo Proculiani dicti ſectatores.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Editi ſunt Canones Petri E. Alexandrini circa lapſos recipiendos. *Vide Balſamonem.*

Hebræorum Rabbini legum, ſeu potiùs errorum Interpretes, qui Miſna continentur, & in Talmud concinnando operam poſuere. *De quo plura incerta: Vide tamen Morinum L. 2. Exer. 6.* Rab. fil. Joſeph, quem Hebræi jactant numeraſſe 12. auditorum millia.

Hoc, & ſequenti ſæculo inter horrendos armorum ſtrepitus audiri vix potuere legum, earumque Interpretum voces.

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Sub initium hujus ſæculi prodiiſſe videtur Collectio vetuſtiſſima Canonum, qua uſa eſt Eccleſia ante Dionyſium Exiguum.

Lex Salica apud Demeram in Brabantia lata cùm primum Francis Saliis lingua Latina cœpit eſſe familiaris. *Bollandus in Vit. S. Sigeber.*

Codex Theodoſianus juſſu Theodoſii Junioris vulgatur 435.

Attila Hungariæ Regnum legibus munit.

Gothi leges habent ab Enrico R.

Talmud Hieroſolymitanum perficitur 469.

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Tribonianus Juſtiniani juſſu Digeſtorum Compilator, uſus eſt opera aliorum 16., qui fuere, Patricius, Leontius, Phocas, Baſilides, Thomas, Conſtantinus, Theophilus, Dioſcorus, Præſentinus, Tribonianus, Dorotheus, Iſidorus, Oratinus, Talleteus, Theodorus, Anatolius.

Talmud Babylonicum Hieroſolymitano præſtantius a R. Maar abſolvitur 505. Dividitur in Miſchnam, hoc eſt legem ſecundam, ſeu iteratam, & Gemaram, hoc eſt ſupplementum.

Digitized by Google

JUS CANONICUM, ET CIVILE: LEGUMLATORES.

SÆCULUM CHR. VII. VIII. IX. X. XI.

Dionyſ. Exiguus, Joannes Scholaſtic. Fulgentius, Ferrandus, Martinus Bracarenſis, ſeu Dumienſis Canones collegere.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Marculphus Monachus, à quo habemus Formularum libros.

Mahometes, Heraclio imperante, Alcoranum evulgat.

Langobardorum leges Rotharis R. in tabulas refert 644.

Mohavia Balipha Babylon. 200. diverſos Alcorani Commentarios conciliare nititur, eoſque ad 6. libros contrahit. Sed inde quatuor Mahometanorum ſectæ ortum habuere. Melichi, Imemiana Halys, Omari, & Odomanni. Prima Arabes, 2. Perſas, 3. Turcas, 4. Tartaros habet Sectatores.

Creſconius E. Canones colligit 696.

Cracus I. Polonis leges tulit 700.

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Theodorus Cantuarienſis auctor Pœnitentialis. *Vide Oudin.*

Cùm Juſtinianus Civilem doctrinam inſtauraſſet, vetuit ne cui de jure ſcribere deinceps liceret.

Quare Romana Jura ſcriptores Interpretes per plura ſæcula non habuere.

Apud Hebræos floruere primi Talmudi Interpretes.

Capitula ſelecta Canonum Hibernenſium apud Dachery tom. II.

Hadrianus Papa, Angliramnus E. Iſidorus Mercator Canones colligunt.

Carolus M. leges Boicas novis tabulis auget 788.

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Carolus M. Gallis, Italis, Germanis leges tulit, quæ Capitularibus continentur. Hinc apud Italos Jus Francicum.

Antegiſus Ab. Capitularia Caroli M. & Ludovici Pii collegit, quibus paulò poſt non pauca Benedictus Diaconus adjecit 845.

Photius CP. edit Nomocanonem, Iſaac Bonus Collectionem Canonum adornavit.

Flori Lugdunenſis Collectanea Canonum circa 860. *Dachery tom. 2.*

Kennetus Regnum Scotorum a ſe auctum novis legibus temperat.

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Rhegino Ab. & Atto Vercell. E. Canonum peritiſſimi.

Henricus Auceps Saxoniam legibus, & moribus informat.

Cùm Jus civile Roman. hoc ſæculo vix eſſet Italiæ notum, Otho I. Imper. novas leges, nova inſtituta in Roncaliarum Conventibus Italis dedit, quorum adhuc aliqua ſuperſunt veſtigia. Hinc Saxonicum Jus apud Italos.

Heriveus E. Remenſis ſcripſit Opuſculum de Pœnitentiis injungendis. *Oud.* R. Moyſes, dilabentibus in Oriente Hebræorum Academiis, Cordubæ in Hiſpan. Talmud interpretari aggreſſus eſt *999*.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

S. Burchardus Vormatienſ. E. 1026. Deuſdedit Card. 1086. colligendis Canonibus inclareſcunt.

Collectio Canonum, quæ vulgò S. Anſelmo Lucenſi tribuitur, ab eruditis Hildeberto Cenomanenſi adſcribitur, ut in veteri Cod. Biblioth. Barberinæ.

R. Hai Gaon ſummus apud Babylonios Talmudicorum princeps, & poſtremus e Jechoniæ R. familia. *Genebr.*

S. Olaus R. Norvegiam legibus datis ad meliorem frugem perduxit.

Guillelmus Nortmannus victor Anglis jura dat, quæ poſtea ab Eduardo III. temperata ſunt.

Digitized by Google

JUS CANONICUM, ET CIVILE: LEGUMLATORES.

SÆCULUM CHR. XII. XIII. XIV. XV. XVI.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Lotharius II. jubet Italos omnes uti jure Romano; hinc illud Bononiæ ſuſcipit interpretandum Wernerus, ſive Irnerus dictus *Lucerna Juris*. Mox poſt illum Pileus Modic., Hugolinus, Placentius, Bagarottus, Boſianus, Martinus, Bulgarus.

Innocentius II. Cauſidicis Romanis certas mercedes aſſignat, vetatque clientum patrocinium eſſe venale.

Ivo Carnot. E. Theod. Balſamon. E.
Stephanus Aurelian. E. floret.
Gratianus edit Decretum 1151.
Laborans C. Canones colligit.
S. Ericus R. & M. Svecis, & Gothis jura dedit.

Juriſperiti rebus intenti in eo ſæculo, quo latina lingua penè defecerat, verba neglexere, & hinc barbaries eorum ſcriptis affuſa.—

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

Azzo fons legum, Sinibaldus poſtea Innocentius IV. Jacobus de Belloviſu; S. Raymundus de Peniaforte, Henric. Card. Oſtienſis, Guillelmus Durantes Speculator Caſtri Cognominis in Umbria conditor, nunc ab Urbano VIII. cum Epiſcopi honore nobilius Urbaniæ nomen nacti. Accurſius, Odofredus, Guido de Bayſo, Joannes de Blanaſco, Franc. Accoltus, Alexius Ariſtinus Græc. Canones colligit.

Gregorius IX. vetat in Academia Pariſienſi tradi Jus Civile. *Genebr.*

Alphonſus X. leges, quas *Partitas* vocant, Hiſpanis dedit.

Bonifacius VIII. Decretal. VI. evulgat 1297.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

Richardus de Malis Umbris, Bertrandus Gothus, poſtea Clemens V. a quo Clementinæ, Dinus Mugellanus, Petr. Bertrand. Card. Jacobus de Arena, Oldradus de Ponte, Jacob. de Butrigariis, Bartolus de Saxo ferrato, Joannes Andreas, Lapus de Caſtellione, Bellamera, Alberic. Roſciatus I. Radulphus de Rivo, Nicol. Eymericus, Arſenius Monach. Græcus Canonum Collector.

Carolus IV. ordinata re Judiciaria, Bohemis Jura deſcripſit.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

Salicetus, Joannes de Imola, Zabarella Card. Jacobatius Card. Anton. de Butrio, Nellus à S. Gemin. Petrus Ancharanus, Baldus de Ubaldis, Paulus de Caſtro, Ludovicus Romanus, Troilus Malvitius, Nicolaus de Tudeſchis, vulgò Abbas Panormitanus, Bartholomæus Socinas, Petrus Philippus Corneus, Andreas Barbatius, Alexander de Imola, Bartholom. Cepolla, Joannes Franciſcus Panvinus, Turrecremata Card. Nicaſius Woldan.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

Pariſius Card. Alciatus, Bolognettus, Sanderus, Mainus, Decius, Petr. Rebuffus, Ferrettus, Zazius, Tiraquellus, Simancas, Franc. Balduinus, Niguſantius Hotomannus, Cervantes, Covarruvias, Mart. Navarrus, Proſper S. Crucius Card. Durantius, Briſſonius, Molinæus tandem Catholicus, Donellus, Caſſaneus, Paleottus Card. Revardus, Purpuratus, Cujacius, Mandoſius, Cravetta, Ugolinus, Antonius Auguſtinus E. Garcias Loayſa.

Aliqui ex his, inter quos Alciatus, Briſſonius, Cujacius, veteres Juriſperitos imitati latinum ſcribendo candorem adamarunt.

JUS CANONICUM, ET CIVILE: LEGUMLATORES.

SÆCULUM CHR. XVII. XVIII.

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

Tuſcus Card. Petr. Gregor. Toloſanus, Maſcardus, Farinacius, Mantica Card. Olivarius, Card. Surdus, Alexander Ludoviſius, poſtea Gregorius XV. P. Merlinus, Penia, Coccinus, Bichius, Dunozetus, Altogradus, Barboſa, Tondutus, Zipæus, Fermoſinus Altaferra, Pax Jordanus, Gonzalez Tellez, Joannes De Luca Card., Nicolaus Severolus, cujus lucubrationes pluribus tomis comprehenſæ prælo adornatæ ab eruditiſſimo F. Marcello &c.

Laurentius Brancatius Card. Alexander Caprara Card. Alexander E. Sperellus Jacobus Pignattelli, Ludovicus Thomaſinus, Petrus Leurenius, Petrus de Marca, Chriſtophorus Haunoldus, Helfricus Krebs, Joan: Dominicus Rainaldus, Franc. Porter.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab an. Chr. 1700 ad 1750

Hyacintus Donatus, Franciſcus Monacelli, Franciſcus Palanco, Jacobus Vieſtnerius, Melchior Fridericus, Franciſcus Pelzhoffer, Ferdinandus Krimer, Anacletus Reisfenſtuel, Hunoldus Pletembergius, Michael Valentinus, Aloyſius Manzius, Hieronymus Palma, Gregorius Roſignoli, Marcellus Severoli, Marcus Antonius Sabellius, Joannes Turrius, Carolus Cartari, Miglioruccius &c.

Legumlat. In Gallia Ludovic. XIV. Victorius Amedeus Rex Sard. & Dux Sabaud. in ſua ditione.

De Re Canonica optimè meritus Bened. XIII. ac Rituum Eccleſiaſticorum peritiſſimus.

Bullarii Romani auctior Editio. Benedicti XIV. opus inſigne de Canonizatione Sanctorum. Ejuſdem Inſtitutiones Eccleſiaſticæ, Liber de Sacroſanctæ Miſſæ Sacrificio, Liber de Synodo Diœceſana.

Card. Petra, Kugler, Felix Veranus, Auguſtinus Michel, Dominicus Urſaya, Franciſcus Pitonius, Joannes Braſchius, Schmalzgrueber, Carolus Cocquilines.

Res Liturgica Card. Tomaſſius, Cajetanus Merati, Dominicus Rhodiginus, Edmundus Martene, Joſephus Catalanus, Petrus le Brun, Claudius de Vert, Joſephus Renaudotius, Ludovicus Muratorius, Franciſcus de Simeonibus, Aſſemannus &c.

In Jure Civili præter Arnoldum Vinnium, & Joannem Harcprech, Heineccius, Vitriarius, & Pfeiffingerus &c.

Joannis Dumont Corpus Diplomat. Chriſtianus Lunig, Frider. Leibnitius, Guliel. Jurenhuſſius &c.

An. 1726 prodiit Auth. D. Dumont Tom. XIV in Fol. Corps Univerſel Diplomatique Du Droit des Gens contenant un Recueil de Traitez d'Alliance, de Paix, de Treve, de Neutralitè, de Commerce, d'Echange, de Protection, & de Garantie, de toutes les Conventions, Tranſactions, Pactes, Goncordats & autres Contracts, qui ont ete faits en Europe, depuis le Regne de l'Empereur Charle Magne juſques a preſent avec les Capitulations Imperiales, & Royales, les Sentences Arbitrales & Sovraines dans les Cauſes importantes, les Declarations de Guerre, les Contrats de Mariage de Grands Princes, leurs Teſtamens, Donations, Renonciations, & Proteſtations, les Inveſtitures des grands Fiefs &c.

Acceſſit Supplement Par M. Rouſſet an. 1739. Tomis V, quorum poſtremus eſt: Le Cerimonial Diplomatique des Cours de l'Europe.

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XXXI.

P H I L O S O P H I A.

SÆCULUM CHR. I. II. III. IV. V. VI.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

Athenodorus Tarſen. Stoic. Xyſtus Pythagor. Sotion. & Attalus Senecæ Magiſtri.

Platonici Juniores, inter quos Philo Judæus.

Annæus Cornutus Perſii Magiſter.

Potamon Alexandr. Eclecticæ ſectæ parens. L. Annæus Seneca, Nicolaus Damaſcenus.

Alexander Ægeus, Euphrates, Cheremon Stoic. Serapion. Apollonius Tyaneus Philoſ., & Magus.

Plinius Hiſtoriæ naturalis Scriptor ſemper eruditus, non ſemper verax, optimis nuper notis ab Harduino illuſtratus.

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

Plutarchus, C. Maſonius Rufus.

Sextus Empyricus, Phavorinus Gallus, Epictetus, Arianus.

Philoſophia M. Aurel. Antonino imperante, Romæ maximè floruit.

Maximus Tyrius, Alcinous, Apulejus. Agathobulus, Œnomaus, Taurus Berytius Platonici.

Celſus Chriſtianorum hoſtis, Ariſtides Chriſt. Apollonius, & Baſilides Cæſaris Veri magiſtri.

Carpocratiani hæretici Platonem, & Ariſtotelem adorabant.

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

Aphrodiſeus, & Ammonius Ariſtotelis interpretes.

Photinus, & Longinus, Amelius Apamienſis, Edeſius, Plotinus Platonis ſectator obſcurus, & Magus Porphyrii Magiſter.

Olympius Philoſ. & Magus.

Platonici plurimi Chriſtianis, alii hoc ævo Magis acceſſere.

Aliis Patrum Ariſtoteles, aliis Plato hoc ſæculo Chriſtianæ religioni opportunior videri cœpit.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Porphyrius dictus à veſte, qua utebatur purpurea; ſed aliis ex Suida Malchus, ex Volaterrano Baſilides appellatur: Ex Judæo Chriſtianus, & tandem apoſtata. *D. Hieronym. in ep. ad Galat.*

Maximus Epheſius, & Jamblicus Platonici, & Pithagorei, Juliani Cæſaris, Magiſtri. Themiſtius Ariſtotelis interpres, Priſcus Philoſ. & Magus.

Julianus Cæſar Nicomediæ à Maximo perverſus, Chriſto deſerto, Philoſophiam, ſeu verius Magiam adamavit.

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Hypatia Theonis Geometræ filia, Iſidori Philoſ. uxor Philoſophiam, Matheſim, & alias diſciplinas Alexandriæ in frequenti auditorio profeſſa eſt, confluentibus undique diſcipulis, laniata eſt in ſeditione populari 415.

Syneſius Ethnicus Philoſ. Hypatiæ auditor, poſtmodum Ptolemaidis Epiſcopus, Claudianus Mamertus, Coluthus Thebanus.

Olympiodorus Ariſtotelis, & Platonis interpres, Procli Lycii Magiſter. Syrianus, quem Alexandriæ docentem Proclus Lycius audivit.

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Proclus Lycius hoſtis Chriſtianorum Philoſ. & Mathem.

Boëtius Ariſtotelis libros aliquos Latina lingua primus donat, & commentariis illuſtrat. Hinc apud Latinos magis inclareſcit Ariſtoteles.

Martianus Capella Philoſ. & Philol. Joannes Grammaticus cognomento Philoponus, Simplicius Phrygius Ariſtotelis interpretes. Æneas Gazæus, Marinus Neapolitanus Procli auditor.

Digitized by Google

PHILOSOPHIA.

SÆCULUM CHR. VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII. XIII.

Damaſcius Stoicus Platonis Commentator.

Zacharias Mytilin. E. Phil. nobilis.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Liber de Natura rerum ſcriptus ad Siburum Principem à S. Iſidoro Hiſpalenſi, vitiatus eſt ab Epiſcopo ſucceſſore Theodicio.

Adelmannus, & Cleófridus Bedæ Magiſtri, Philoſophi, & Theologi nobiles. Hoc, & conſequenti ſæculo Philoſophia in ſola Britannia viſa eſt floruiſſe.

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Artvillus nobiliſſimi reguli in Scotia filius, ſed arcanæ Philoſophiæ cognitione nobilior. *Leslæus.*

Beda Philoſophiæ libros 4. ſcripſit. *Extant in tom. 2. oper.*

Alcuinus Flaccus, & Joannes Scotus Bedæ diſcipuli Philoſophiam in Academia Pariſienſi profeſſi ſunt, & inde in omnem fere Europam propagata eſt.

Arabibus, ſive Mauris Hiſpaniam occupantibus Alchimiæ diſciplina ad reliquos Europæos tranſiit. *Voſſ.*

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Claudius Scotus Bedæ diſcipulus, Alcuini Socius.

Alfredus Rex Anglorum omni doctrinarum genere excultiſſimus, qui diei, noctiſque horas ita dividebat, ut octo primas in lectione, ſcriptione, & meditatione, octo ſequentes in regni adminiſtratione; poſtremas denique poneret in corporis cura. *Gault.* Michael Pſellus Leonis Imper. præceptor. Joannes Scotus Erigena Philoſ. & Matth.

Hincmarus E. Remenſis egregia dedit Regibus Philoſophiæ præcepta.

Nanno in Aula Caroli Simplicis Philoſ. nobilis.

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Alpharabius Philoſ. & Medicus Arabs. Gerebertus Philoſoph. & Mathem. egregius, poſtea Sylveſter II. Rom. Pont.

Raſis dictus Almanſor, ſeu Aluberte Arazi, Philoſophorum, & Medicorum ſui temporis facilè princeps; genere Arabs, ſed educatione Africanus floret. *Dicitur & hiſtoriam Hiſpanicam ſcripſiſſe. Paſchalis Gallus in Vitis Medic.*

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Aboali Abinſceni, vulgò Avicenna Medic. & Philoſ. Arabs celeberrimus obiit 1050. Dicitur natus patre Medico ejus ætatis nobiliſſimo in oppido Balac, fortaſſe Baldac, hoc eſt Bagdati.

In fine hujus ſæculi dividuntur Peripatetici in Reales, & Nominales.

Michael Pſellus, alius à Leonis Sapientis præceptore, floruit ab Iſaaco Comneno imperante, uſque ad Michaelem Ducam, quem erudiit.

De Pſellis videndus Allatius in Tract. de his, hiſtoricis nodis explicandis perutili.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Averroes, ſive melius Avenrhoes Arabs Cordubenſis Philoſ. & Medicus, cujus filii in Aula Ænobardi aliquando vixere.

Baalardus Ab. Arhelardus Ab.

Michael Anchialius Patr. CP. & Philoſ. nobilis 1172.

Sæcul. XIII.

Alfredus, Theodorus Metochita, Kilvarbius, Petrus Hiſpanus, ſeu potius Luſitanus, qui poſtea Joan. XXI. Pontif. Rom.

Alexander Hallenſis. B. Albertus Magn. Vincentius Bellovacenſis, Robertus Capito. *Alb. M. opera Tom. 21 edita nullo Criterio*, ait Nat. Alex.

PHILOSOPHIA.

SÆCULUM CHR.XIV. XV. XVI. XVII. XVIII.

Ab an. Chr. 1200 ad 1300

Hallenſis, Albertus, & S.Thomas præcipuè Ariſtotelem, quo Arabes contra nos abuti conſueverant, Chriſtianæ veritati ſervire docuerunt.

Michal Scotus, Alexander de Villa Dei, Lullus mirabilis artis inventor, ſed plerumque fallacis.

Pariſiis 1210. non Ariſtotelis opera, ſed falsò Ariſtoteli adſcripta, damnata, & combuſta ſunt, ut Labbeus rectè monet.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

Duns Scotus Sectæ celeberrimæ princeps moritur 1308.

Burlæus, Crucius, Ægidius de Columna, Godefridus Cornubienſis, Antonius Andreas, Baſſolis.

Franciſcus Petrarca moritur 1350. Marſilius de Inghen primus Academiæ Heidelbergenſis Rector obiit anno 1394. Nicolaus Eymericus Philoſ.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

De Alliaco Card., Paulus Venet. Joannes de Marliano, Picus Mirand. Marſilius Ficinus, Beſſarion Card. Georgius Gemiſtius Pletho, Paulus Soncinas, Joan.Franciſcus Picus Mirand. Joannis ex fratre nepos.

Beſſarion Card. & Marſilius Ficinus jam diù jacentem Platonis ſectam erigere niſi ſunt, ſed conatu parùm felici, ſemper enim a pluribus ſæculis doctrinæ, & Religioni, ſummorum virorum judicio, Ariſtoteles viſus eſt opportunior.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

Niphus, Jacobus Olivarius, I.Cæſar Scaliger, Cardanus, Juſtinopolit. Antonius Trombetta, Carpentarius, Pendaſius, Theophraſtus Paracelſus novæ, ſuſpectæque ſectæ parens, Javellus, Bernardinus Teleſius novarum opinionum inventor, quibus poſteriori ſæculo adhæſit Campanella.

Petrus Ramus Ariſtotelis, & Catholicæ Religionis hoſtis, Joannes Baptiſta Porta auctor Magiæ naturalis.

Jacobus Zabarella Patavinus.

Emanuel Goes auctor Collegii Conimbricenſis.

Toletus Card. obiit 1596.

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

Hurtad.D.Mendoca, Oviedo, Rubius, Carteſius novæ ſectæ parens, Gaſſendus, Bacconus, Campanella, Maſtrius, Fromondus, Reſta, Cabæus, Craſſotius, Montagna, Gallutius, Aldovrandus, Arriaga, Licetus, Averſa, Maignanus, Renaldinus, Boile, Maurus, Du Hamel, Hugenius, Alphonſus Borellus, Honoratus Faber &c.

Philoſophia Carteſiana, & Experimentalis multos numerant ſectatores.

Academiæ ad Philoſophiam experimentis promovendam in Italia, Gallia, Anglia, Germania.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab an. Chr. 1700 ad 1750

Saguens, Card.Ptolemæus, de Benedictis, Ulloa, Guerinois, Magalotti, Redi, Malpighi, Gabrielli, Majoli, Dickinſon, Mercati, Orſatus, Rajus, de Regis, De Vinas, Le Grand, Boyvin, Fraſſen &c.Buhon, Peinado, Mayr, Palancus, Loſſada, Noel &c. Iſaacus Nevvtonus, cujus Principiis Mathem. acceſſere Comment. Cll.Vir. Le Seur, & Jacquier, Graveſande, Rudigerus, Muſckembroeck, cujus Elem. Phyſ.in Ed.Neapol.illuſtrata ſunt à Cl.Orlandi, Wolfius, Cudvvort, Fortunatus a Brixia, Purchot, Crivelli, Pace, Amort, Malebranche, Perrault, Regnault, Gamaches, Martini, Lemery, Leibnizius, Caſtel, Valliſnerius, Keil, Wodvvar, Gimma, Corſini, Guglielmini, Grandi, Feville &c.

Digitized by Google

APPENDIX AD TAB. XXXI.
DE PHILOSOPHIA.

AN.1742 *Lipſiæ prodiit*: Jacobi Bruckeri Reg. Scient. Societatis, quæ Berolini floret, Membri, Hiſtoria Critica Philoſophiæ a Mundi incunabulis ad noſtram uſque ætatem deducta: *Tres Periodos ſtatuit hujus Hiſtoriæ*: I.Periodus Hiſtor. Philoſophiæ Antediluvianæ & Poſtdiluvianæ, tum Barbaricæ, tum Græcæ: *Barbarica* inter Gentes Orientis, ſive Hebræorum, Chaldæorum, Perſarum, Indorum, Arabum, Phœnicum, Meridiei, ſive Ægyptiorum, Æthiopum, Occidentis, ſive Celtarum, aut Gallorum, Britannorum, Germanorum, & Septentrionalium verſus Occidentem habitantium, Romanorum veterum, Septentrionis, ſive Hyperboreorum, Scytharum, Thracum, Getarum &c. *Græca*, quæ fuit vel Mythologica, Politica, Artificialis, quæ per duos quaſi ramos propagata eſt Sectarum ortarum vel *a Thalete* ideſt Jonicorum, Socraticorum genuinorum, Cyrenaicorum, Eliacorum, Megaricorum, s.Eriſticorum, Accademicorum, & quidem Accademiæ Primæ, Mediæ, novæ ſcil. Quartæ & Quintæ: Ariſtotelicorum, Cynicorum, Stoicorum: vel *A Pythagora*, nempe Pythagoricorum, s. Italicorum, Heleaticorum, Heracliteorum, Epicureorum, Pyrrhonicorum, s. Scepticorum.

II. Periodus: Hiſtoria Philoſophiæ a Naſcente Monarchia Romana ad Literarum in Occidente reſtaurationem, & quidem *apud Romanos* ante conſtitutam Monarchiam, ubi difficulter initio Græca Philoſophia admittebatur, admiſſa tandem, & exculta alumnos habuit Pythagoricos, Accademicos veteres, & medios Stoicos, Peripateticos, Epicureos, Pyrrhonicos: ſub invaleſcente Monarchia floruere Pythagorici, Platonici Eclectici, ſive Platonici recentiores, Peripatetici, Cynici, Stoici, Epicurei, Sceptici; *Apud Orientales*, ſive Aſiaticos: *Apud Judæos* tum Reduces ex captivitate, tum Samaritanos, tum Ægypti incolas, tum Palæſtinam incolentes, & in varias Sectas Phariſæorum, Sadducæorum, Karaitarum, Eſſenorum diviſos, tum poſt deſtructa Hieroſolyma diſperſos, deditoſque ſtudio, tum Talmudico, tum Cabbaliſtico ad ſæculum X, & a ſæculo X ad noſtra tempora: *Apud Saracenos*, tum ante legem Islamiticam latam, ſub Mahummedis auſpiciis, ſub Familia Abbaſſidum: *Apud Chriſtianos* a nato Servatore ad Sæcul.VII, tum ante erectam ab Ammonio Sacca Scholam Eclecticam, tum hac Schola florente, a ſæculo VII ad reſtaurationem literarom, ubi ſæculo XI exorti ſunt Scholaſtici in tres Claſſes diviſi.

III. Periodus: Hiſtoria Philoſophiæ a reſtauratione literarum, poſt Baconis Verulamy conatus ad noſtra tempora: Acceſſit Appendix quæ Philoſophiam Exoticam Aſiæ, & Americæ incolarum recitat.

Anno 1740 *excuſum eſt Venetiis Tomis VI in 8. Opus*: Lo Spettacolo della Natura eſpoſto in Varj Dialogi non meno eruditi, che ameni, concernenti à Storia Naturale. Opera tradotta dall'Idioma Franceſe in Lingua Toſcana. Agitur de Animantibus, Vegetabilibus, Foſſilibus &c. eruditè, ac copioſè.

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XXXII.

MEDICINA.

SÆCULUM CHR. I. II. III. IV. V. VI.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

Euphorbus Antonii frater, & Jubæ Mauritani Regis Medicus. Caſſius, & Scribonius Largus ſub Tiberio.

Cornelius Celſus Latini Hippocratis nomine donatus.

Menecrates Sectæ Rationalis.

Valens, & Xenophon ſub Claudio.

Pedacius Dioſcorides Neronis tempore.

Theſſalus ſub Nerone Themiſonis Sectam ſuam fecit.

Andromachus Theriacæ inventor Neronis Medicus, Crinas, & Charmis Maſſilienſes.

Evax Rex Arabum. Seleucus Cyzicenus, Stratocles Sidonius.

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

Rufus Epheſius, Soranus Epheſius.

Cœlius Aurelianus Siccenſis.

Hermogenes Hadriani medicus, perperam à Mercuriali l. 1. Var. lect. Archigenes appellatur.

Sextus Empyricæ ſectæ propagator, cui malè tribuitur liber de medicina animalium.

Claud. Galenus Pergamenus inter 12. ſubtiliſſima ingenia à Cardano numeratus, & 200. Voluminum Auctor, Dogmaticæ ſectæ propagator.

Julianus Alexandrin. ſub Antoninis.

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

Q. Serenus Sammonicus, cujus de medicina, & morborum remediis carmen ſupereſt, ſub Severo, & Caracalla, à quo in Cœna eſt interemptus.

Serenus filius Gordianis, & Alexandro Mammeæ gratus; hunc Gyraldus in Poëtarum Hiſtoria cum patre confundit.

Naumachius, Philargius Lycius Naumachii auditor, qui Probo imperante, floruit.

Sextus African. Chronologus, & Medicus. Theodorus Priſcianus.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Zeno Cyprius, & Philoſtorgius alius ab Hiſtorico.

Oribaſius Juliani Cæſaris Medicus, qui Succeſſorum Principum invidia exulare apud Barbaros juſſus, ab iis ob egregia medicinæ experimenta pro Deo quodammodo cultus eſt, teſte Eunapio Sardiano.

Aëtius Amydenus ſub Juliano, & Valentiniano.

Alypius Antiochenus. Vegetius auctor Mulomedicinæ. Julius Auſonius Poëtæ pater. Theophilus Alexandrinus. Vindicianus, Theodorus Priſcianus, dictus alibi Octavianus Horatianus, Marcellus Burdegalenſis.

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Maugantius Genethliacus Anglus Vortigerni Regis Medicus in Britannia nobilis. 370. Scripſiſſe de naturali magia teſtatur Pitſæus.

Geſius Petræus ſub Zenone medica arte celebris.

Almæon Medicus, & Mathematicus.

Rusticus Elpidius Theodorici Italiæ Regis Medicus; qui & carminis gloria floruit.

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Dioſcorus Alexand. Tralliani pater.

Alexander Trallianus, qui Juſtiniano imperante, Therapeutica ſingularum corporis partium ſcripſit.

Auſtregilda Gontrani Reg. Aurelianenſis uxor moritura petiit à marito, ut Medicorum fauces, à quibus ſanari non potuerat, juberet elidi; quod pluſquam barbarè factum narrat Gregor. Turon.

Digitized by Google

MEDICINA.

SÆCULUM CHR. VII. VIII. IX. X. XI. XII. XIII.

Theodorus Mauritii Imper. Medicus, & S. Gregorio Magno addictiſſimus.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Stephanus Alexandrinus Chymicus. Quamvis in Europa Medicina jaceret, aliquo in pretio fuiſſe apud Arabes ſuſpicari licet, cùm hi ſequenti ſæculo eam inſtaurandam ſuſceperint.

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Ægidius Athenienſis Medicus, & Philoſophus nobilis, D. Benedicti Sectator egregius.

Arabes in Academia Balbaricenſi utilem Medicinæ inſtaurandæ dant operam.

Joannes Serapionis filius inter medicos celebratur. *Gaulterius in Tab. Chronogr. transfert ad ſæculum* 11. *cum Genebrardo*.

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Mirum eſt poſt Carolum Magnum, qui Facultates omnes vel exules revocavit, vel jacentes erexit, nullum inter Medicos celebrari.

Uſitatiſſimam hoc ſæculo medendi rationem fuiſſe per balnea ſuſpicamur ex his, quæ ſæculi Scriptores prodidere.

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Eutychius Ægyptius Batrici filius ex Medico Patriarcha Alexandr. 933.

Babylone ad Tigrim, hoc eſt Bagdati, ſive Baldaci, ut Petrarchæ dicitur, ſæculo inclinante Medicina præſertim excoli cœpit. Babylon ſiquidem ad Euphratem teſtibus Strabone, & Plinio, antè Auguſti tempora jam interierat.

Raſis magnum Medicinæ columen eodem fere tempore floruit; eum enim docentem Avicenna adoleſcens audivit.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Iſac Benimiram, Jonas Cordubenſis, Medici apud Hebræos nobiles.

Conſtantinus Afer Caſini Monachus, Mathematicus, & Medicus egregius.

Aboali Abinſcenni, vulgò Avicenna, cui plurimùm Medicina debet. *Hinc ignari omnino temporum apparent, qui eum Averroi æqualem, & æmulum fingunt.*

Joannes de Mediolano, cui tribuitur Scholæ Salernitanæ carmen Leoninum.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Joanna fil. Meſuah, ſive, ut Latine dicimus, Joannes Meſue. *Hic à Bzovio anno* 1198. *perperam confunditur cum S. Joanne Damaſceno, qui ſæculo octavo floruit. Tanti eum Superioribus ſæculis Medicis fecere, ut Medicorum Evangeliſtam appellarint.*

Rabbi Moyſes filius Maimonidis.

Averroes non minus inter Medicos, quàm inter Philoſophos nobilis: quarè ab aliquibus dictus eſt: *Stimulus Medicorum.*

Bartholomæus Salivarius, Alpharabius 1200.

S. Hildegardis Virgo librum de Medicina reliquit. *Richer. Monachus.*

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

Hugo de Arato, Demetrius Pepagomenus, Nicolaus Myrepſus aliquod inter Medicos nomen tulere.

Rigordus Philippi Auguſti Regis Galliarum Medicus.

Joannes de S. Ægidio Theologus ex familia S. Franciſci, & arte medendi nobilis. Joannes XXI. P. R. cujus opus eſt liber Medicis notus: *Theſaurus pauperum.*

Cæterum quæ ſuperiore ſæculo viſa erat aſſurgere, hoc iterum ſæculo cecidit ars medendi.

Digitized by Google

MEDICINA.

SÆCULUM CHR. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII.

Addam hic, quoniam locus patitur nobiles ævi incerti Medicos.

Paulus Ægineta, Agapius Alexandr. Stephanus Athenienſis.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

Simon Bredonus, Marcus Beneventanus, Thomas de Galbo, Bonominus Permunenſis, Joannes Gatiſdenus, Thadæus Florentinus, Joannes Baſſolis Theologus, & Medicus.

Petrus de Apono cognomento Conciliator. Hic ab ægrotante Honorio IV. Rom. Pontif. vocatus centum in dies florenos exegit, poſt recuperatam valetudinem mille donatus eſt.

Ab hoc ſæculo ad noſtra tempora Medicina magnis aucta eſt incrementis.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

Paulus Venetus, Hugo Senenſis cognomento de Benciis, Marſilius Ficinus, cujus aureus libellus de *Triplici Vita* jure laudatur.

Hieronymus à S. Fide ex Judæo Chriſtianus Pſeudopontificis Petri de Luna Medicus.

Jacobus Forolivienſis, Abioſus Medicus, & Mathematicus, Rabbi Abraham Zacuti Senior.

Clementius Clementinus Amerinus ſuo ævo apud Italos celebris.

Ludovicus Scarampus ex Medico E. Florent., Pontificii Exercitus Ductor egregius, & Cardinalis. *Raynaldus*.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

Joannes Fernelius, Oliverius, Fracaſtorius, Rondeletius, Argenterius, Fallopius, Veſſalius, Geſnerus, Capivaccius.

Theophraſtus Paracelſus, omiſſa conſueta medendi ratione, novam profeſſus eſt Chymicam, qua cùm aliis ſæcula polliceretur, ipſe ætatis anno 48. interiit, Magus ne, an Medicus?

Inciſio corporum hoc, & ſequenti ſæculo tractata felicius multa & Medicos, & Philoſophos docuit.

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

Daniel Senertius, Riverius, Mercurialis, Harvæus, Riolani duo, Valleſius, Mercatus, Bartholinus pater, & filius, Janſortes, Thomas Willis.

Harvæus afferta in humano corpore ſanguinis circulatione magnum Medicis lumen attulit.

Transfuſio ſanguinis ad vires reparandas infeliciter in Gallia, & Italia tentata eſt.

Dogmatica ſecta novis inventis, ita profecit, ut immutata aliquantulum videatur.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab an. Chr. 1700 ad 1750

Jo. Bapt. Helmontius, Dominicus Gagliardi, Jo. Glauterus, Dominicus Cecchini, Michael Valentini, Antonius Bertini, Thomas Bartholini, Martinus Guriſchius, Martinus Schurigius, Franciſcus Paulinus, Thomas Sydenham, Franciſcus Forti, Franciſcus Faleſe, Martinus Poli. &c.

Chymici, & Anatomici Jacobus Croiſant, Hermannus Boerhavve, Matthæus Georgius, Gerardus Blaſius, Joannes Bapt. Morga, Jacobus Mangeti, Bartholomæus Euſtachius, Varhein &c.

De plantis, præter Rayum, & Bauhinum, Robertus Moriſon, Franciſcus Seguierus, Marcellus Malpighius, D. Garidel; de Foſſil. Emmanuel Tvvedenbergius, de Succin. Nathanael Scuderius &c.

APPENDIX AD TAB. XXXII.
DE MEDICINA.

PLura, quibus ſtudioſus lector de hoc argumento erudiatur, ſuppeditant Libri duo.

I. *Norimbergæ an. 1686. editus in 4. cum hoc titulo:* Lindenius renovatus, ſive Joannis Antonidæ Vander Linden de Scriptis Medicis Libri duo, quorum prior omnium tam veterum, quam recentiorum Latino Idiomate Typis unquam expreſſorum Scriptorum Medicorum conſumatiſſimum Catalogum continet, quo indicatur quid ſinguli Authores ſcripſerint, nec non ubi, qua forma, & quo tempore omnes eorum Scriptorum editiones excuſæ proſtent: Poſterior vero Cynoſuram Medicam ſive rerum, ac materiarum Indicem, omnium Titulorum, vel Thematum Medicorum potiorum loca communia Alphabætico, hacque nova demum Editione primum adornato ordine ſuis Loculis ita comprehendentem exhibet, ut inquirenti quiquid deſideraverit, velut digito in multiplicem uſum clariſſime monſtretur: Noviter præter hæc addita plurimorum Authorum, quotquot nempe habere licuit Vitæ Curriculorum ſuccincta deſcriptione, adſcita undique ab externis Medicis ſubſidiaria ope, propriaque ultra decennium adhibita ſingulari opera, atque cura: poſtrema editione an. 1662. uſque ad præſentem continuata, dimidio pene amplificata &c. a GEORGIO ABRAHAM MERCKLINO: Huc uſque titulus.

II. *Hagæ Comitum an. 1722. prodiit;* Hiſtoire de la Medicine ou l' on voit l' Origine, & le progres de cet Art, de Siecle en Siecle, les Sectes, qui s' y ſont formèes, les Noms des Medicins, leurs decouvertes, leur opinions, & le circoſtances les plus Remarquables de leur vie avec de Figures en Tailles douces, tirèes des Medailles Anciennes par DANIEL LE CLERC Docteur en Medicine, Part. I. e II.

Præterea Genevæ an. 1717. prodiit tribus Tomis in Fol. Joh. Jacobi Mangeti .... Regis Pruſſiæ Archiatri Theatrum Anatomicum, quo non tantum integra totius Corporis humani in ſuas partes, ac minutiores particulas evoluti, & quaſi reſoluti Fabrica, ex ſelectioribus veterum, & recentiorum omnium obſervationibus, retecta ſiſtitur: quæſtiones difficiliores in Arte Profeſſoria ſubinde enatæ, ac illæ præcipue, de quibus etiamnum hodie docti inter ſe magna cum contentione controverſantur, curioſæ enodatæ reperiuntur; verum etiam quidquid ad rei Anatomicæ illuſtrationem pertinet per grandiores, & vere elegantes Tabulas Æneas bene multas nitide explicatur. Adiectæ ad calcem celeb. Barth. Euſtachii Tabulæ Anathomicæ ab Illuſtriſſimo Joh. Maria Lanciſio Archiatro Pontificio ſumma cum diligentia explanatæ: *Hæ Tabulæ ſibi vindicant Tomum tertium.*

Prodiit an. 1691. Lucæ: La Medicina difeſa dalle calunnie degli Uomini Volgari, e dalle oppoſizioni de' Dotti diviſa in due Dialoghi .... da Anton Franceſco Bertini Profeſs. di Medicina.

An. 1718. *Romæ:* L' idea dell' Uom Medico, Fiſico, e Morale ſecondo i documenti, ed operazioni d' Ippocrate da Domenico Gagliardi Protomedico generale di Roma. *Ejuſdem*. L'Infermo inſtruito. Romæ 1719. *Ejuſdem*. L'Educazion de' Figliuoli Morale, e Medica: Romæ 1723.

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XXXIII.

MATHEMATICA.

SÆCULUM CHR. I. II. III. IV. V. VI. VII.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

Strabo Amaſenus Geograph. Strato item Amaſenus, & Geograph., ut aliquibus placet; ſed mihi veroſimilius eſt eundem eſſe cum Strabone, geminoſque ex uno factos librariorum mendo.

Traſyllus, Marinus Tyrius, Hyginus, Mela, Proclus Senior.

Andromachus Cretenſis primus edit Theoricas Planetarum, ſub Veſpaſiano.

Tiberii Cæſaris edicto Mathematici, hoc eſt damnatæ aſtrologiæ profeſſores, Urbe pulſi.

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

Menelaus, Dionyſius Halicarnaſs. alius ab Hiſtorico. Phlegon Trallianus Hadriani libertus.

Diophantus Alexandrinus Algebræ inventor, ut Regiomontanus rectè monet; quamvis alii Arabi Gebro nobile inventum tribuere malint.

Claud. Ptolemæus Aſtronomiam, & Geographiam feliciùs excoluit, ideòque, & Aſtronomorum, & Geograph. princeps ſemper eſt habitus.

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

Cenſorinus ſcripto de Die natali locum inter Mathematicos obtinuit.

Alexander Aphrodiſeus, librum de Muſica emiſit.

Porphyrius ſub Aureliano, & Probo Muſicum opus, & Iſagogen rerum Aſtronomicarum dedit.

Anatolius Laodicenſis Epiſc. de Numeris ſcripſit 283.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Gervaſius Tilberienſis Anglus Geograph. Rabi Adda auctor Kalend. Hebraici. Aëtius Amydenus Medicus, & Mathem. Abiſelda Syrus. Diodorus Monachus, & Epiſcopus Tarſenſis. Eutocius Aſcalonita. Julius Firmicus.

Theon Alexandrinus Geometra, Hypatiæ pater.

Ruffus Avienus, Pappus Alexandr. Panodorus Euſebii in Chronologia emendator.

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Diocles, cujus ſuperſunt Harmonica, hic à Raynaudo locatur, ſed verè ejus ætas incerta eſt,

S. Cyrillus Alexandr., S. Proſper Aquit. ſcripſere de Cyclo.

Victor Aquit. auctor. novi Cycli.

Urbicius ſcripto de Machinis celebris. Geminus Rhodius, & Philo Thyaneus Geometræ.

Ambroſius Merlinus, alius à Caledonio, Vates Anglor. & Mathem.

Almæon Mathem. & Medic.

Thius circa ann. à Chriſto 500.

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Proclus Lycius Philoſophus, & Mathem. Boëtius. Hero Senior Mechanic. Martianus Capella. Marinus Neapolitanus. Dionyſius Exiguus Chronol. Anthemius Mechan. Priſcianus Grammaticus edito de Ponderibus, & Menſuris libello Mathematicis accenſetur. S. Victor Capuanus ſcripſit de Cyclo Paſchali, Stephanus Byzant. de Urbibus. Hujus Epitomen concinnavit Hermolaus Grammaticus. *Suidas*.

Heliodorus Lariſſæus Geograph.

Mauritius Imp. de Tactica ſcripſit.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

S. Gregorius Magnus Clericos in Muſicis erudiit. Ab eo cantus, quo in Sacris præcipuè utimur, nomen invenit. Quamvis eo fortaſſe prius uſus fuerit D. Ambroſius.

S. Iſidorus Hiſpalenſis Arithmeticam, & Aſtrologiam in libris Originum attingit.

MATHEMATICA.

SÆCULUM CHR.VIII. IX. X. XI. XII. XIII.

S. Maximus Monachus, & Martyr ſcripſit de Cyclo,& alia ſub Heraclio.

Hero Junior pariter ſub Heraclio: ejus opus certum, & dignius Belopæica; alia ſuſpecta.

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Heddius Monachus cognomento Stephanus Muſic. inſignis teſte Beda.

Beda Venerabilis Syderum etiam ſcientia claruit.

Hemoaldus cognomento Providus, Bedæ familiaris.

Flaccus Albinus Aſtrologus, Bedæ diſcipulus.

Jacebant hoc ævo apud Europæos Mathematicæ diſciplinæ, quibus interim erigendis in Aſia Arabes operam dabant.

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Carolus Magn., Abdalla Rex Perſarum, Alfredus Angliæ, Maimones Calipha Babylon. cujus juſſu Almageſtum Ptolemæi Arabicè redditum, Leo filius Baſilii Macedonis Aſtrorum ſcientiam adamarunt.

Dungallus recluſus, Wandelbertus Diacon. Nortgerus Muſicus, Barlaamus Monach. Algebra clarus, Joannes Scotus Frigena, Gaber, Hugbaldus Muſic. Albategnius, Maſſala, Albumaſar, Alfraganus, ſeu Alferganus*.

* *Ricciol. transfert ad an. 950*

Sæcul X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Gerebertus, poſtea Sylveſter II. Pontifex Max. quem apud rudes, & inimicos Magicarum artium ſuſpectum fecit Matheſis.

Alpharabius Philoſophus, & Aſtronomus celebris 980.

Anonymus Auctor Horti Geographici circa annum 1000.

Hilpericus Monachus S. Galli ſcripſit Tractatum de Computo Eccleſ., quem editioni paratum ſervat eruditiſſimus Mabillonius. *Oudin.*

Conſtantinus Porphyrogenitus.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Osbernus Cantuar. Hermannus Contract. Abomaſus, Serapion, Guido Aretin. Muſicarum notarum inventor Monach. mox Cardinalis, Alhaſen Arabs, Franco Scholaſticus, Conſtantinus Afer Caſini Monachus, Pandulphus Capuanus, Guilelmus Ab. Muſicus, & Aſtrol.

Erardus Monac. Ben. Muſa Arabs.

Novæ Tabulæ Aſtrologicæ a Perſis vulgatæ.

Muſicæ feliciſſimum Sæculum.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Rab. Abraham, Athelardus, ſive Adhelardus, Daniel Morlæus, Abraham Ben-Ezra, Alpetragius, Almæon Almanſorius, Robertus Lincolnienſis, Humenus Ægyptius, Clemens Langtonienſis, Benchore, Omar Tiberiadis, Aſtrol.

Averroes, Alderius vulgò Geographus Nubienſis, Abifelda Geograph. Arabs, & Princeps Syriæ.

Campanus Novarienſis, præter quem cum Voſſio alium inter Mathematicos, ſive hoc, ſive alio ſæculo Campanum non agnoſco.

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

Jordanus Nemorarius, Hali filius Albenregalis, Joannes de Sacroboſco, Alexander de Villa Dei, Jacobus Alkindus, Alphonſus X. R. Caſtellæ, Vitellio, Rogerius Bacconus, Guido Donatus.

Albuaſſin, ſive Alboazen, HenricusBaten. Rab. Iſaacus Hazan, qui in Tabulis Alphonſinis conficiendis deſudavit. Aſtrol.

Joannes Murſia Muſicum Aretini Guidonis inventum 300. circiter poſt annis perfecit.

Ptolemæi Magna conſtructio Latinè vertitur 1230.

Digitized by Google

MATHEMATICA.

SÆCULUM CHR. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII.

Tabulæ ab Alphonſo Rege Alphonſinæ dictæ 200000. numm: ſumptu a pluribus elaboratæ 1270.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

Thebit Arabs primus in Aſtronomia motum trepidationis notavit.

Profatius Judæus, Petrus de Apono, Iſmael Abifelde, Rab. Levi, Gerardus Cremonenſis, Joannes Cantuar. Barlaam Monachus Calaber, Joannes Eligerus, Marcus Beneventanus, Joannes de Saxonia. Joannes de Lineriis, Henricns de Haſſia, Iſaacius Argyrus Monachus, ſcriptis inclytus.

Barbaris numerorum notis 1.2.3. &c. per Arabes, vel Indos inventis hoc ſæculo uti cœpit Italia.

Maximus Planudes Diophanti Arithmeticam commentariis illuſtravit.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

Vulgh Beigh Tamerlanis nepos.

Gazulus Raguſeus, Petrus de Alliaco, Regiomontanus, Purbachius, Joannes Blanchinns, Leo Baptiſta Albertus, Dominicus Maria Bononienſis Copernici præceptor, Nicolaus de Cuſa, Card. Paulus de Middelburgo.

Nicolaus Sophianus Geograph.

Abraham Zacuti Math. & Medic.

Copernicus, qui jam pridem ſepultam Aſtronomiæ ſectam revocavit ad vitam, *Eam nimirum, quæ ſolem in mundi centro ſtatuit*.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

Milichius, Wernerus, Lindauth, Buteo, Stoeflerus, Joachimus, Junctinus, Renzovius, Finæus, Gauricus, Gemma Friſius, Schonerus, Munſterus, Pitatus, Maurolicus, Gyraldus, Moeſtlinus, Sixtus ab Heminga, Tycho Brahe, Glareanus, Nonius, Comandinus, Ramus, Petrus Appianus, Ortelius, Guillelmus, Lantgravius, Aloyſius Lilius, Scaliger &c.

Ut in Ptolemæo Copernicus, ita in hoc Tycho plura correxit. Hinc tertia, & media inter Ptolemaicam, & Copernicanam Aſtronomorum ſecta enata eſt, quam Tychonianam appellant.

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

Clavius, Vieta, Stevinus, Lydiat, Snellius, Hadrianus Roman. 1615. Langius.

Neperus, Goclenius, Lucas Valerius, Baranzanus, Maginus, Pitiſcus, Longomontanus, Galilæus, Blancanus, Gaſſendus, Kepplerus, Argolus, Lansbergius, Griembergerus, Hevelius, Metius, Guldinus, Merſennus, Cavalerius, Scheinerus, Ghetaldus, Claramontius, Bettinus, Gregor. à S. Vincentio, Petavius, Lucchius, Billy, Torricellius, Ricciolus, la Lovera, Tacquet, Kircher, Borellus, Millietus, Hugenius &c.

Poſt inventum Teleſcopium ingentes Aſtronomia progreſſus habuit.

Anglorum, Gallorum, Batavorum navigationes Geographiæ emendandæ plurimùm contulere.

Mathematicorum Academia Pariſiis à Ludovico Magno inſtituta.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab an. Chr. 1700 ad 1750

D. Caſſini, Viviani, Ozanam, Doppelmair, Wagner, Vagenſelius.

Allemarius, De Monforte, Acciajoli, Wallis, Molineur, Hoſpitalius, Varignonius, Rober Val, De la Hire, Nevvton cum Commentariis Le Seur, & Jacquier.

D. Edmundus Halley, Chriſtianus Wolfius, Nicolaus de Martino, Caſſini Filius, Euſtachius Manfredi, Petrus Horrebovius, Jo. Bernoullus: &c.

APPENDIX AD TAB. XXXIII.
DE MATHEMATICA.

SUNT & alii CLARISSIMI, & INNUMERI hoc Sæc. XVIII. MATHEMATICI; Quare ſatius erit Adoleſcentes monere, quod *In Curſu Mathematico P. Milliet De Chales edit. Lugdunenſis 1690. Tom. IV. In Fol. extat inſignis Liber, quem DE PROGRESSU MATHESEOS, ILLUSTRIBUSQUE MATHEMATICIS conſcripſit. Recenſentur in eo primi rerum Mathematicarum Authores, eorumque inventa referuntur: reliquorum vero qui ſubſequentibus Sæculis floruerunt non ſolum enumerantur opera, & explicantur, ſed adjunctum habent breve & accuratum Authoris Judicium, ex quo Tyrones dignoſcant, quos ſequi Authores debeant, & a quibus libris abſtinere, ne operam inanem ponant in male digeſtis operibus evolvendis. Pag. 3. ejus libri hæc habet.* Cum Matheſis in immenſum pene hoc ſæculo excreverit, ulteriuſque provecta ſit, quam mille retro annis, mole ſua cujuſque animum ab hoc labore deterret; tanta eſt Librorum Mathematicorum copia, ut confuſionem pariat in minutioribus aliquorum Authorum accurata nimis ſolertia .... magnum operæ pretium ſe feciſſe exiſtimantium, ſi abſtruſa, & quæ hactenus incognita fuerint, nulla utilitatis habita ratione commententur. Hinc tanta in Matheſi noſtra rerum inutilium farrago erupit. *D*um enim plerique materiam aliquam brevibus ſæpiſſime finibus contentam exhauriendam ſuſcipiunt, minuta quæque, inutilia licet nulliuſque momenti ita perſequuntur, ut tædium afferant, & impoſſibilem reddant. Quare peſſime de Mathematicis meritos exiſtimo &c. Sic apud me ſtatui Mathematicas diſciplinas, quas vocant puras, non ſine delectu addiſcendas, ne mentem cognitione rerum, quas ſcire aut ignorare non maximopere juverit, non tam adornes quam inficias. Geometriam, Arithmeticem ſic uſurpes inquantum vel ad effectus alicujus phyſici inveſtigandas cauſas vel ad communis vitæ uſum, arteſque perficiendas aut promovendas utiles fuerint .... Sunt etiam ſui in Mathematicis Nævi, ſunt & tricæ, & quiſquiliæ ... Tot linearum exoticarum proprietates, quæ nec in rebus naturalibus aliquid docent, nec ad communem hominum vitam, & utilitatem referuntur proxime, nec remote, vix puto tot vigiliarum, tantique laboris eſſe mercedem congruentem: Innumera ſunt hujus generis exempla; Quare ut tam pernicioſum errorem depellam, Mathematicaſque diſciplinas, ut ita dicam, expurgem &c.

Librum P. De Chales ante annos 80. *ſcriptum ſupplet a Recentioribus incipiendo: DE PRÆCIPUIS SCRIPTIS MATHEMATICIS BREVIS COMMENTATIO WOLFII Tomo v. Elem. Math. Genevæ an.* 1741. Agit 1. De Curſibus, Operibus, atque Lexicis Mathematicis 2. De Scriptis Arithmeticis 3. De Scriptis Geometricis 4. De Scriptis Analyticis, ubi p. 210. §. 145. *Qui per calculos Algebraicos*, inquit, *problemata phyſica Mathematica vel etiam Mechanico phyſica ſolvunt, quædam tamquam cognita ſumere tenentur. Contingit autem, ut ſumant nondum ſatis explorata .... ut adeo quæ per calculum ex aſſumptis eruuntur vel incertitudini obnoxia fiant, vel ſuſpecta reddantur acutioribus rigori veterum aſſuetis. Imo nullum eſt dubium, quin plura irrepſerint a veritate aliena, ita ut inventa Recentiorum Mathematicorum reviſione quadam indigerent, & haud pauca firmiori fundamento ſuperſtrui mererentur. Nec alia ratio eſt, cur inter recentiores Mathematicos agitentur Controverſiæ, quales Veteribus erant ignotæ.* Cap. 5. agit de Scriptis Trigonometricis, 6. De Scriptis Staticæ, & Mechanicæ 7. De Scriptis Hydroſtaticæ, Areometricæ, & Hydraulicæ 8. De Scriptis Opticæ, Catoptricæ, Dioptricæ, & Perſpectivæ 6. De Aſtronomicis 10. De Chronologicis, Geographicis, & Gnomonicis 11. De Scriptis Architecturæ Civilis, ubi de iis qui illuſtrarunt Artem Tignariam, Secandi lapides, Architecturam Aquarum, & Navalem 12. De Scriptis Pyrotechnicæ 13. De Sciptis Architecturæ Militaris.

Digitized by Google

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XXXIV.
HISTORIA, ET CHRONOLOGIA.
SÆCULUM CHR.I. II. III. IV. V.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

Trogus Pompejus Narbonenſis, cujus Epitomen habemus à Juſtino.

Titus Livius Patavinus, cujus Hiſtoriæ Rom. libri 35. tantùm ſuperſunt ex 122. quos ut minimùm ſcripſit. *Qui Byzantii deperditos reperiri tradunt, proculdubio nugantur*.

Dionyſius Halicarnaſs. Valer. Maximus, Luc. Feneſtella, Vellejus Paterculus, Q. Curtius, Cremutius Codrus.

Joſeph, & Juſtus Hebræi ſub Veſpaſiano. Achajæ Presbyteri S. Andreæ Apoſtoli mortem ſcripſere.

Abdias Babylonis ad Tygrim, hoc eſt Bagdati Epiſc., nam teſtibus Strabone, & Plinio Babylon ad Euphratem hoc ævo jam interierat. Hujus Hiſtoria, vel ſuppoſititia, vel corrupta.

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

Tacitus, Suetonius, Tranquillus, Arianus, Solinus, Ælius Phlegon, Lucius Florus, Appianus Alexandrinus, Juſtinus ſub Antonino, Diogenes Laërtius, Ælianus, Pauſanias.

Aildegaſtus Vates Francorum Vitam Sunonis Regis, ut aliqui nullo antiquitatis teſte ſcribunt, literis conſignavit.

Hegeſippus Senior primus Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Scriptor. *Juniorem Hegeſippum quære ſæcul. 10.*

Juſtinum Tragi Epitomatorem Antonino imperante floruiſſe cum Voſſio puto: quamvis aliter viſum ſit Scioppio, qui tamen eum probæ latinitatis auctorem agnoſcit.

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

Marius Maximus, Dio Caſſius Nicæus, Herodianus, Lollius Urbicus, Cordus, Encolpius, Ælius Sabinus, Volcatius Terentianus, Curius Fortunatianus.

Julius Africanus, D. Pontius Diaconus, & Aurelius ejuſdem Socius, Hiſtorici Eccleſiaſtici.

Anthero Rom. Pontifici plurimum debet Eccleſiaſtica Hiſtoria, cum per Notarios res Martyrum impanſiùs ſcribi juſſerit. Succeſſere Notariis, qui nunc Protonotarii Apoſtolici appellantur.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Aſclepiodotus, Claudius Euſthenius, Ælius Spartianus, Vulcatius Gallicanus, Trebellius Pollio, Jul. Capitolinus, Ælius Lampridius, Flav. Vopiſcus, Sextus Aurel. Hiſtor. Auguſtæ Scriptores.

Lactantius Firmianus mortes Eccleſiæ Perſecutorum libro peculiari deſcripſit.

Ammianus Marcellinus ſub Gratiano, Euſebius Cæſarienſ. Parmenianus Donatiſta mendax, Evagrius Antiochenus E. S. Dorotheus Tyrius, a quo tamen ſcripta non eſt Synopſis de vita, & morte Apoſtolorum mendaciis referta, Idacius Clarus, Flavius Dexter, *cui Chron. ſuppoſitum*.

S. Amphilochio falſo tribuitur Vita S. Baſilii Magni.

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Marcus Gazenſis Diac., Eunapius Sardianus, S. Hieronymus, Zozimus Chriſtianorum hoſtis, Severus Sulpitius, Palladius Galata E. Helenopolit. Paulus Oroſius, Ruffinus Aquilejenſis, Philoſtorgius, Gildas Albanicus, anno 512. Poſſidius Calamenſis E. Socrates, & Sozomenus, S. Proſper Aquitan. Theodoretus, Diadocus E. Paulinus Petricordius, Conſtantinus Lugdunenſis, S. Victor Vitenſis, Julianus Pomerius, Gennadius Maſſilienſis, Baſilius Cilix.

Digitized by Google

SÆCULUM CHR. VI. VII. VIII. IX. X.

Heliodorus Triccæ E. Hiſtoriæ, ſeu veriùs fabulæ Æthiopicæ Scriptor, ſub Theodoſio M.& filiis.

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Laurentius Mellifluus E. Cogitoſus Monach.Scotus, Jornandes Gothus E. Liberatus Diaconus, Procopius Gazæus, Victor Tonnenſis, Gildas Badonicus, Leontius Byzantinus, M.Aur. Caſſiodorus, Melchicus Avellonius, Agathias, Marius Lauſan.E. Euſthathius Presbyt. Joannes Biclarienſis. S. Gregorius Turonenſis, Evagrius Scholaſticus.

Datius Mediolan. perperam Chronologus habetur, cum Chronicon illi aſſignatum, ſuppoſitum omnino apparent.

Marcellinus Comes, & Achilles Tatius hic plerumque locantur, ſed ævi ſunt incerti.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

S. Gregor.Magn.Paulus Emeritenſis, Theophilactus Simocata, Fauſtus Monachus, Leontius in Cypro E.

Maximus Cæſarauguſt.cujus extant libri de Geſtis Gothorum in Hiſpania.

Joannes Moſchus Auctor Prati Spirit. Auctor Anonym. Chronici Alexandrini, Paulus Diacon. Neapolit. S.Iſidorus Hiſpalenſis.

Secundus cognomento Servus Dei ſcripſit de rebus Langobardorum.

Jonas Bobienſis Ab.

Nonnus Galfridus Card.

Audoneus E.

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Theophanes Byzantinus, Adamnanus, ſeu Adamannus Scotus.

Venerabilis Beda Anglorum ſcripſit Hiſtoriam, & Martyrologium; ſed ſuppoſititium ſt, quòd inter ejus opera circumfertur; genuinum edidere non ita pridem PP. Bollandi Continuatores in tom.2. Martii.

Hebdius cognomento Stephanus. S. Marcellinus Presbyter, Iſidorus Pacenſis E.

Gregorius Amartolus Taraſii Patriarchæ Syncellus.

Paulus Diaconus Varnefridi filius.

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Carolus Magnus de Hiſtoria optimè meritus ſubjectarum ſibi gentium res geſtas, nondum literis conſignatas, diligenter ſcribi mandavit. *Krantzius*.

Ahyto E.Gildas Sarchorenſis, Tilpinus, vulgò Turpinus fabulator potiùs, quàm hiſtoricus, Theophanes Ab.Nicephorus Patriarcha CP. Theganus, Eginhardus, Anaſtaſius Bibliothec. Nithardus Caroli M.nepos, Hilduinus Ab. Freculphus Monach. Rabanus Maurus, Lupus Servatus Ab. Wandelbertus, Florus Magiſter, Valafridus Strabo, Joannes Diaconus, Uſuardus, Ado Viennen. Petrus Siculus, malè à Baronio Lucas appellatus, Nicetas David, Herempertus.

Sæcul. X. Ab an Chr. 900 ad1000

Rhegino Ab. Conſtantinus Porphyrogenitus, Bertharius Presbyter, Odo Monachus S. Medardi, S.Odo Cluniac.

Bernerus Monach., Luitprandus E. Flodoardus Remenſis, Joannes Aſſer.

Rotgerus Monachus, Witichindus Corbejenſis, Occo Friſo, Roſuveita Virgo, Notgerus Leodienſ. Dudo S.Quintini Decanus, Hegeſippus Junior, vel in fine hujus, vel ſub initium ſequentis ſæculi.

Hiſtoria hoc tempore facta eſt mendoſior, quia fabuloſæ Hiſtoriæ apud Gallos, & Hiſpanos inclaruere. *Huet*.

Digitized by Google

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Abbo Floriac. Ab. Aimoinus Floriac. Harigerus Ab. Megenfridus, Oſbernus Cantuar. Dithmarus, Ademarus Monach. Baldricus Dolenſis E. Odorannus, Glaber, Anſelmus Leodienſis, Hermannus Contract. S. Odilo Ab. Drogo E. Wibertus Tullenſis, Ado Trevirenſis, Benno Card. mendax, Georgius Cedrenus, Joannes Curopalates, Lambertus Schafnaburgenſis, Adam Bremenſis, Bruno Ab.

Marianus Scot. Xiphilinus, Paulus Benriedenſis, Gaufredus à Malaterra, Guillelm. Apulus, Bertholdus Conſtantienſ. Othlonus, Indulphus Ab. Lupus Protoſpata.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Oſbertus Cantuar. qui perperam cum Oſberno confunditur, Leo Oſtienſ. Card. Baldricus Noviodun. Alfredus Beverlacenſ. Sigebertus, Turgottus, Florentius Vigornienſis, Zonaras, Pandulphus Piſanus Card. Coſmas Pragenſis, Anna Comnena, Fulco Beneventan. Albertus Aquenſis, Fulcherius, Eadmerus, Domnizo, Hermannus Ab. Tornacenſis, Guillelm. Mamesburienſis, Baldricus Dolenſis, Anſelmus Gemblacenſis, Henricus Huntidonenſis, Conſtantinus Manaſſes, Helmoldus, Michael Glycas, Joan. Cinnamus, Joannes Sareſberienſis, Radevicus, Ottho Morena, Petrus Comeſtor, Godefridus Viterbienſis, Guillelm. Tyrius, Guillelmus Lipe.

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

Saxo Grammat. Nicetas Choniates, Helinandus, Guntherius, Rogerius de Hoveden.

Rigordus, Colmannus Sapiens, Rodulphus Coggeſtal, Arnoldus Lubecenſis, Cæſarius Heiſterbacenſis, Abbas Urſpergenſis, Rodericus Ximenius, Lucas Tudenſis, Jacob. de Vitriaco Card. Matthæus Paris, Albertus Germanus, Joannes de Columna auctor Matris Hiſtoriar. Cantipratanus, Brocardus, Georg. Logotheta, Martinus Polonus, Guillel. de Nangis.

Provinciales in Gallia fictas hoc ævo hiſtorias ſcribendo delectant, & nocent; quia veræ Hiſtoriæ peccare docentes.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

Matthæus Weſtmonaſterienſis, Nicolaus Trivettus, Simeon Metaphraſtes. *Vid. Allat. in Opuſc. de Simeonib.*

Bernardus Guido, Henricus Stero, Siffridus, Ederardus Altahenſis, Ludolphus Carthuſ. Nicephorus Calliſti mendax, Theodorus Anagnoſtes, Nicephorus Gregoras, Pachymeres, Radulphus Baldaccus Volumnus Ab.

Ptolemæus Lucenſis, Joannes Matthæus, Philippus Villani, Radulphus Hygeden, Radulphus Marhan, Albertus Argentinas, B. Raymundus Capuanus, Henricus Knygton, Aito Armenus.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

Froiſſartus, Theodor. Niem. Poggius, Georgius Phranza, Joannes Brando, Petrus de Duisburg, Leonardus Brunus, vulgò Aretinus, quem Jo: Rou cum Aretino Satyrico Poeta malè confundit.

Longinus, Walſinghamius, Wernerus Veſtphalus, Palmerii duo, Valla, Joannes Antonius Campanus, Blondus, S. Antoninus, Platina, Æneas Silvius, Gobelinus, Perſona, Monſtreletus, Georgius Trapezuntinus.

Fulgoſus, Corius, Ambroſius Camaldulenſis, Wimpelingius, Bonfinius, Annius Viterb. cujus Beroſus commentitius habetur, Laonicus Chalcondylas, Gaguinus.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600.

Sabellicus, Jac. Philip. Bergomas, Collenutius, Comineus, Leander Albertus, Nauclerus, Petrus Crinitus, Simonetta, Guicciardinus, Ritius, Langius, Rivallius, Joannes Magnus, Olaus Magnus, Krantius, Volaterranus, Polydor. Virgilius, Paulus Æmilius, Boëthius, Aventinus, Trithemius, Panvinus, Dubravius, Lazius, Fazellus, Bembus Card. Jovius, Cromerus, Ferdinandus de Caſtello, Morales, Surita, Folieta, Flamma, Lippomanus, Laur. Surius, Sigonius, Leſlæus, Sanderus, Belforeſtus, Genebrardus, Olorius, Buchananus, Ciacconius, Florim. Remundus, Petrus Opmeerus.

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700.

Cæſar Baronius Card., Maffejus, Mariana, Orlandinus, Vinandus Pighius, Thuanus, Sacchinus, Avila, Gratianus, Roſuveydus, Paruta, Bzovius, Boverius, Bentivolus Card. Famianus Strada, Capriata, Turtura, Grotius, Gramontius, Bollandus, Luſinianus, Ughellus, Samarthani fratres, Alphordus, Labardæus, Baptiſta Nanus, Pallavicinus Card.

Raynaldus, Labbe, Gallutius, Dondinus, Campellus, Henſchenius, le Coint, Oldoinus, Daniel Bartolus.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab an. Chr. 1700 ad 1750.

Noriſius, Papebrochius, Nat. Alexandri cum Roncaglia, Pagius uterque, Le Long, Gurdeboſc, Fleuri, Mabillonius, Daniel, Perizonius, Tillemontius, Grevius, Granovius, Fabretti, Begerus, Monachi Maurini, Sollerius, Pinius, Cupus, Boſchius, Stiltingo *Bollandiani*, Blanchinus uterque, Laffiteau, Du Bois, Ceillier, Garbius, Meyer, Hanſizius, Baillet, Longueval, & Continuatores *Hiſt. Eccl. Gallic.* Du Meſnil, Orſi, Mammachi &c.

Catrou, & Roville, Muratori, Heineccius D. Luccheſini, Du Halde, Banduri, Geneſius, Hugolinus, D. Heiſs Eckart, De Jordan, Gropp, Fourmont, Maffeius, Card. Corradinus, & Vulpius, Gramaye, De With, Nieuport, Sallengre, Waaſſe &c.

Ab anno 1706, *& ſeq. Amſtelodami prodiit Opus VII Tomis in Fol. diſtinctum*. Atlas Hiſtorique, ou Nouvelle Introduction a l'Hiſtoire, a la Chronologie, & a la Geographie Ancienne, & Moderne repreſentée dans de Nouvelles Cartes, ou l'on remarque l'Etabliſſement des Etat, & Empires Du Monde, leur dureè, leur Chute, & leur differens Gouvernement la Chronologie Du Conſuls Romains, des Papes, des Empereurs, des Rois, & des Princes &c. qui ont etè depuis le Commencement du Monde juſq' au preſent; Et la Genealogie des Maiſons Souveraines de l'Europe Par. M. C. .... Avec des Diſſertations ſur l'Hiſtoire de chaque Etat Par. M. Gueudeville.

Tomo autem V edito an. 1719 *additur*: Leur Succeſſions Genealogiques tirèes des Monumens les plus authentiques: L'Hiſtoire du Commerce des Compagnies d'Orient, & de toutes leurs decouvertes; marques dans des Cartes tres exactes, avec les Comptoirs, & les Forts de chaque Nation, les Routes des Voïageurs &c. le tout accompagnè d'un nombre conſiderables d'eſtampes, & figures deſſinèes & gravees d'apres les Originaux &c.

Similia Tom. VI. Tomus autem VII eſt Supplementum cum Diſſertationibus M. de Limiers edit. 1720.

Digitized by Google

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XXXV.

RHETORICA, ORATORIA, POESIS.

SÆCULUM CHR. I. II. III. IV. V.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

L. Annæus Seneca pater, Cæcilius Collantianus religione Judæus, M. Antonius Liberalis, Statius Surculus, ſive Urſulus, quem aliqui cum Statio Poeta confundunt, Fabius Quintilianus. Rhetores.

Meſſala Corvinus, Aſinius Gallus, Q. Haterius, Votienus, Montanus, Domitius Afer. Oratores.

Philiſtion Mimographus, Ovidius, Phædrus, Perſius, Juvenalis, Silius Italicus, P. Statius Papinius, Salejus Baſſus, Lucanus, Petronius Arbiter, Valerius Flaccus, Martialis. Poetæ.

Hierotheus primus Poeta Chriſtianus excelluit pangendis ſacris hymnis.

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

Dio Pruſæus, Dio Chryſoſtomus, Aphtonius, Fronto Cornelius, ſive Priſcus Philoſophiæ ſimul, & dicendi præceptor, M. Antonino Imperatori carus. Rethores,

Plinius Junior ex Senioris Sorore natus, Panætius Cretenſis. Oratores.

Terentianus Maurus, Meſomedes, Palladius Rutilius Senior, Lucius Valerius Pudens 13. annorum puer in Agone Capitolino victor. Poetæ.

Eloquentia, quæ in liberis populis ſemper maximè valuit, Cæſaribus rerum potientibus Romæ priùs à Roſtris, mox & à foro penè repulſa languet.

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

Engamus, Porphyrius, qui & Philoſophus, Eumenius. Rhetores.

Tatianus Rhetor, & Orator Chriſtianus, S. Juſtini Martyr. diſcipulus magno cum plauſu in prima ætate Oratoriam docuit, Euſebio teſte, ſed poſtea errorum magiſter factus eſt Encratitarum parens.

Numeriano Imperat. poſita eſt ſtatua in Bibliotheca Palatina cum inſcript. *D. Numeriano Oratori potentiſſimo. Vopiſcus.*

Oppianus Cilix Halieutic. ſcriptor, Nemeſianus Olympius, qui de Venatione ſcripſit. Poetæ.

Philippus Imperator ad coercendam Poetarum licentiam eorum nomina delet ex albo Profeſſorum 248.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Minervius Burdigal., Gennadius, Muſonius, Homerius, Libanius, Marius Victorinus, Nazarius, S. Auguſtinus. Rhetores.

Eunomia Virgo Chriſtiana eloquentiæ laude par patri Nazario. *Euſeb.*

Prohæreſius, Julianus Imp. SS. Gregor. Nazianzenus, Baſilius, Gregorius Nyſſenus, Hilarius Pictav. Hieronymus, Ambroſius. Oratores.

Trifillius, Juvencus Presbyt. S. Gregor. Nazianz. S. Paulinus Nolanus, Feſtus Avienus, Sympoſius Celſus, Palladius Rutilius Jun. S. Damaſus. Poetæ.

Poeſis, & eloquentia, quæ priore ſæculo jacuerant, viſa ſunt refloreſcere.

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Symmachus, Auſonius Gallus, Syneſius, Silvius Bonus Auſonii æmulus.

Cl. Marius Victor, Godelbertus, Sidonius Apollinaris, S. Hilarius Arelat. Rhet. & Orat.

Eloquentiæ, quæ ſuperiore ſæculo ſilere in foro cœperat, hoc maximè tonat in templis.

Prudentius, Proba Falconia, Syneſius, Auſonius, Ruffinus Floridus, Dracontius Presb., Claudianus, Rutilius Gallicanus, Silvius Bonus, Cyrus Panoplita, Ruſticus Elpidius Theodorici Medicus. Poetæ.

RHETORICA, ORATORIA, POESIS.

SÆCULUM CHR. VI. VII. VIII. IX. X.

Claudianus dictus eſt ab Imperatoribus Theodoſio, & Honorio, qui ſtatuam illi poſuere, *Prægloriosiſſimus Poetarum*.

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Boëtii Poeſi nihil illuſtrius habuit hoc ævum. Laudatur, & Helpis ejus uxor Poetria nobilis.

M. Aurelius Caſſiodorus Rhetor.

Marinus Neapolitan. magiſtri Procli vitam ſoluta, & vincta oratione deſcripſit.

Theleſinus Ælius, Arator, Alcimus Avitus, Melchicus Avellonius, Merlinus Caledonius Britannorum Vates, S. Venantius Fortunatus E. Pictav. Poetæ.

Coſroës II. Perſarum R. Græcus Scriptores, & Poetas Perſicè vertit. *Agathias* 540.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

S. Columbanus Ab. Orienſius E. S. Eugenius Toletan. Junior, Gregorius Piſides. Poetæ.

Hoc ſæculo Eloquentia omnino defeciſſe in Italia viſa eſt.

Poeſis verò apud Arabes hujus artis amantiſſimos maximè floruit; quarè aliqui inter eos Caliphæ carminum gloria inclaruere. Ex eruditiſſimo Huetio in Diſſert. de fictis Hiſtor.

Alcoranum Mahometes rhytmicis verſibus condidit, ut imperitæ multitudini gratius accideret, ſi vera prodit *Genebrardus*.

Sæcul. VIII. Ab an Chr. 700 ad 800

S. Adelmus, & Iglacus Rhet. & Poet.

Tatuvimus, Cudbertus, Mageſeus, Mordacus Scotus. Poetæ.

In Bedæ celebri Epitaphio, ſi hoc ævo ſcriptum eſt: *Hac ſunt in foſſa Bedæ Venerabilis oſſa*; Rhytmici carminis initium agnoſcimus.

Carolus M. Hadriani I. Pontif. ſepulchrum carminibus decoravit.

Hymnos cum laude ſcripſere Paulus Diaconus Warnefridi f. & S. Coſmas Hieroſolym. Majumæ E.

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Epitaphium Bonifacio IV. ſcriptum ſub Gregor. IV. docet jam tum Rhytmica carmina placuiſſe. *Videatur Papebroch. in Propyl.*

Theodulphus E. Aurelian. donatus eſt a Ludovico Pio libertate, & infulis, poeſis præcipuè merito, ſi vera ſunt quæ aliqui ſcribunt.

Wandelbertus, cujus eſt metricum Martyrologium Bedæ falsò adſcriptum.

Hugbaldus Monach. ſcripſit in laudem Calvitii ad Carolum Calvum carmina 300. quorum omnia verba incipiebant a lit. C.

Bryſtanus Croylandenſis, Heiricius, Milo, Salomon E. Abb. Poetæ.

Rabanus Maurus, Hilduinus Ab. Orat. & Poetæ.

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Leo VI. cognomento Sapiens Imperator, & Orator Conſtantinus Porphyrog. Poeta.

S. Odo Cluniac. Ab., & Roſuvita, ſeu Roſuvintha Sanctimonialis Poeſim adamarunt.

Simeon Junior ſcripſit hymnos.

In Italia nullus eſt habitus, vel Orator., vel Poetæ nomine par teſte Sigon.

Herigerus Ab. Laubienſis Poeta.

Sæcul. XI.

Robertus Gall. R., Hermannus Contractus, S. Odilo Ab. Clun. ſcribendis hymnis claruere.

Roberto tribuitur Sequentia qua utitur Eccleſia. *Veni Sancte Spiritus*.

B. Petrus Damiani à Muſis non abhorruit.

Digitized by Google

RHETORICA, ORATORIA, POESIS.

SÆCULUM CHR. XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI.

Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Michael VII. Imper. Græcus Muſarum plus æquo amator, Guillelmus Apulus Poeta hiſtoricus.

Villeramus Ab. ſoluta, & vincta numeris oratione Cantica illuſtravit.

Alphanus E. Salernitan. Orat. & Poeta.

In nummo Victoris II. Pontif. manus e nube clavem D. Petro porrigit cum lemmate: *Tu pro me navem liquiſti, ſuſcipe Clavem.*

Quare hoc ſaltem ſæculo nati latini Rhytmi.

R. Selom-Bem-Ghebirol. Hiſpan. Rhytmicorum apud Hebræos carminum auctor.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Calfredus Rhetor. & Poeta.

Baldricus, Guntherus, Joann. Tzetzes, Gotfridus Vinton. Guillelm. Ceſtrenſis, Rupertus Tuitienſ. Ab. Petrus Pictavienſ. Joſeph Iſcanus, Marbodus E. Poet.

Hildebertus I. Poet. & Orat.

Leo ob excellentiam in pangendis carminibus rhytmicis antea inventis, nomen illis fecit. *Papebroch.*

Poetæ Provinciales hoc ſæculo præcipuam Poeſis laudem ferre cœpere. ItaliciRythmi primò apud Siculos uſurpati; mox ab illis ſequenti ſæculo tranſiere ad Italos. *Petrarcha in Præf. Epiſt. ad Fam.*

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

Cyrus Prodromus, Silveſter Gyraldus, Matthæus Vindocinenſis. Poetæ. PoetisProvincialibus hoc ævo plaudit Europa. Inter eos præcipuè laudatur Arnaldus Daniel, ex quo Dantes, & Petrarcha plurimùm profecere.

Joannes de Meung Gallicæ Eloquentiæ parens, & Poeta.

Stephanardus de Vico Mercato Chronicon Metricum edidit. Engelbertus Ab. Poeta.

Guito Aretinus, & Entius Rex Sardiniæ Poetæ Itali.

Dantes Aligerius Poetarum Italorum doctiſſimus.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

Maximus Planudes Poeta.

Franciſcus Petrarcha Rhetor, Orator, Poeta Latinus, & Italus laurea donatus in Capitolio 1341.

Fatius de Ubercis, & Franciſcus Barberinus Poetæ Etruſci.

Franciſcus Petrarcha excuſſis Italiæ Bibliothecis, neglectos veterum Scriptorum Codices in medium legendos protulit. Hinc Poeſis, & Eloquentia apud Italos caput aliquando extulere.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

Jovianus Pontanus, Hermolaus Barbarus, Nicol. de Clemangis. Rhet. & Poetæ.

Triſiodorus, Petrus de Roſenheim. Poeta. Rodulphus Agricola Rhet.

Æneas Sylvius, poſtea Pius II. Orator ævo ſuo quotquot in Europa viverent, omnium eloquentiſſimus.

Jacobus I. Scot. R. patrii carminis gloria nulli ſecundus. *Leslæus.*

Jacobus Wimpelingius, Angelus Politianus Leonis X. præceptor. Rhetor Philol. Poeta.

Maximilianus I. Imper. Germanica Poemata ſcripſit.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

Majoragius, Muretus, Amaſæus, Robertellus, Beroaldus, Longolius, Perpinianus, Panigarola, Cavalcantius, Bennus Rhetor. & Orat.

Baptiſta Spagnolus, vulgò Mantuanus, Sanazarius, Fracaſtorius, Vida, Navagerius, Amalthei ffr. Buchananus. Poetæ Latini.

Digitized by Google

Ronſardus Poeta Gallus.

Laudantur inter Italos Bojardus, Caſa, Bembus, Pulcius, & Alamannus, ſed Areoſtus, & Taſſus Græcorum, & Latinorum maximis pares habentur.

Selimus I. Turc. Imper. Poeſis cultor apud ſuos.

Poſt interitum Latinæ linguæ nunquam felicius cultæ hæ facultates.

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700. Maffejus, Stephonius, Strada, Voſſius pater, Gallutius, Petiot, Petavius, Cauſinus, Otto, Ferrarius, Gradius, Sfortia Pallavicinus Card. Dondinus, Favoritus. Rhetor. & Orat.

Galli veram hoc ævo veteris Eloquentiæ ſpeciem cœpiſſe videntur.

Stephonius, Pulcharellus, Torrentius, Sarbievius, Barlæi, Grotius, Balde, Hoſchius, Dondinus, Vallius, Favoritus, Rapinus. Poetæ. Quibus præſidium, & decus addunt Urbanus VIII. & Alexander VII.

Itali verò Poetæ, Guarinus, Marinus, Tanſillus, Chiabrera, Teſtius, Cæſarinus, Bonarelli, Ciampolus &c.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab an. Chr. 1700 ad 1750. *S. Orat.* Poſt Olivam, & Vieiram, Segneri, La Colombiere, Bourdalove, Ruè, Cheminai, Houdry, Card. Caſini, Communi, Vanaleſti, Calini, Fleſſier, Bretoneau, Careme, Sennault &c.

Rhet. & Poetæ Lat. Averani, Juvencius, Bergerus, Du Cygne, De Colonia, Verburgius, Burmannus, Huetius, Giannettaſius, Savaſtanus, Ruè, Menagius, Grimaldi, Roti &c.

Poetæ, Tragici, Comici, Vernaculi &c. Petrus, & Thomas Corneli, Joannes Racine, Moliere, Rue &c. Le Mene, Gigli, Maggi, Cerasola &c. *Ex Angl.* Milton &c.

Græcos, Latinos, Italos Poetas ad uſque poſtrema hæc tempora, eorumque Scripta diligentiſſimè recenſet Cl. Quadrius IX Libris. Ac priores duo de Poetica generatim, quibus agit: *Di tutto ciò che all'Origine, Natura, Cagioni, Materia, Fine, e Strumento della Poeſia generalmente appartiene:* Aliis duobus de Poeſi, *che co' verſi, col ballo, e con l'armonia inſieme vedere ſi fà, & udire, e che Melica fu nominata:* Tribus aliis de Poeſi, *che il ballo, e l'armonia non riceve, che in alcuna ſua parte, uſando nel rimanente gl'ignudi verſi, e che Drammatica fu chiamata ſc.* Tragedia, o Imitazion de' Migliori, Comedia, o Imitazion de' Peggiori, Imitazione miſta, cioè Satiriche Favole, Atellane, Tragicomedie, Paſtorali, Drammi &c. Duobus poſtremis de Poeſi Epica, *che degl' ignudi verſi in ogni ſua parte ſi vale, ſenz'alcun di quegli ornamenti, che la Muſica, e la Ballatrice preſtano:* Titulus Operis. Della Storia, e Ragione d'ogni Poeſia: Quare Theſaurus eſt tum Præceptorum, tum Hiſtoriæ Poeticæ.

Libris I & II. plura ſunt Selecta de Italica Poeſi. Nam lib. 2. Diſtinctione III. Del Verſo Italiano particolarmente ſi fa Trattato: Che ſia eſſo di quante ſorti ce n'abbia, e quale ſia la ſua Arte? *Diſtinctione IV.* Si conſidera il Verſo Italiano relativamente ad altri, co' quali ſi ſuole unire.

Lib. I. Diſt. I. cap. V. Dell'Italiana Poeſia ſpecialmente ſi parla, e la ſua ſingolare eſtimabilità ſopra l'altre ſi moſtra: In che dalle altre antiche, e moderne ſia eſſa diverſa? L'Oneſtà dell'Italiana Poeſia maggiore, che nella Greca, e nella Latina, la beltà di eſſa, e la difficoltà &c.

Digitized by Google

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XXXVI.
PHILOLOGIA, ET GRAMMATICA.
SÆCULUM CHR. I. II. III. IV. V.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

M. Verrius Flaccus, Probus Berytenſis, Q. Remnius Palæmon, Demetrius Ixion. Grammatici.

Sextus Pomp. Feſtus, ut aliquibus placet, ſed ejus ætas incerta: certè poſt Martialem, & fortaſſe ſub Imperatoribus Chriſtianis.

Aſconius Pedianus, Ciceron. Scholiaſtes, & L. Jun. Moderatus Columella nobiles Philologi.

Auream Latini Sermonis ætatem ad extrema Auguſti tempora; Argenteam verò ab his ad Neronis mortem eruditiſſimi Grammatici producunt. Videantur hac de re Scioppius in Opuſc. de Stilo Hiſtorico, & Borrichius de variis Latinæ linguæ Ætatibus.

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

Appollonius Alexandrinus, ejuſque filius Herodianus ſub M. Antonino Grammatici celebres apud Græcos. Nicanor Hermiæ fil. Gramm. Græcus.

Aulus Gellius Noctium Atticarum Scriptor, quem alii Agellium dicunt, floruit Romæ ſub Antonino Pio.

Ænea Latini Sermonis ætas, quæ Veſpaſiano rerum potiente, cœperat, Hadriano moriente, deſinit. Ferrea ſuccedit aneæ uſque ad initium V. à Chriſto nato ſæculi. Hoc eſt uſque ad tempus, quo Roma expugnata eſt à Gothis, quibuſcum loquendi barbaries infuſa eſt Urbi.

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

Cenſorinus præter librum de *Die Natali* de *Accentu* opus edidit Sidonio Apollinari ſæpe laudatum, ideoque Philologis, & Grammaticis rectè adnumeratur.

Lupercus Berythius, Philæmon, Porphyrius Tyrus. Grammat. *Hujus opera ad Grammaticam ſpectantia numerantur à Suida.*

Malchio Præsbyt. Rhetoricæ, & Grammaticæ Profeſſor præfuit Scholæ Antiochenæ. *Euſeb. l.7.c.23.*

Latini Sermonis proprietas hoc ævo ſervata eſt à Juris peritis Papiniano, & aliis, qui in ſua Sede numerantur.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Prohæreſius, Flav. Vegetius, Macrobius, Philol.

Evantius Cretus, Ælius Donatus, qui vetuſtis auctoribus explicandis collapſum Latinum Sermonem conatus eſt inſtaurare.

Gulphilas E. Gothicarum literarum inventor, ut quibuſdam placet Gramm.

Soſipater Chariſius, & Diomedes hic à nonnullis locantur; ſed verè de illorum ævo non liquet.

Jam ſub Juniore Theodoſio Græci ſermonis candor cœperat infuſcari, ut ex inſcriptionibus ejus temporis Philelphus affirmat. Du Freſne.

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Sub initium V. à Chriſto nato ſæculi finitur ætas Latini Sermonis Ferrea, quam Lignea conſequitur ad Juſtiniani tempora. Scioppius.

Hiparchius Alexandrin. Grammat. Græc. Servius Virgilii interpres, ut nonnullis videtur.

Sanctus Auguſtinus Grammaticam ſcribit.

Puncta Hebraica, quæ vocalium inſtar eſſent legenti, primùm excogitata à duobus Maſoretharum principibus 478.

Hi fuere Aaron Ben-Aſer, & Jacob Ben-Nephtali, verùm alicubi diſſidentes. Prioris lectionem Hebræi Occidentales, poſterioris Orientales plerumque ſequuntur. *Genebrard.*

PHILOLOGIA, ET GRAMMATICA.

SÆCULUM CHR. VI. VII. VIII. IX. X. XI.

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Luteam ab hoc ſæculo Linguæ Latinæ ætatem Grammatici numerant, cùm Langobardis regnantibus, novum loquendi genus ex plebeja Romana, & Germana conſlatum invectum eſt. Scioppius.

Orion Thebanus Græc. Grammat. Fulgentius Placiades, Suidas Monachus, Priſcianus. Grammat. & Philol. Græc.

S. Gregor. Mag. l. 10. Ep. 39. fatetur ſe Græcè neſcire-Interpretum, ait, (ex Græco in Latinum) difficultatem patimur, omnem dictorum ſenſum confundunt. Hinc patet linguæ Græcæ Romæ neglectus.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Deperditam hujus initio ſæculi Linguam Latinam falsò docet Rou in Tabul. Chronol. 606.

S. Iſidorus E. Hiſpal. celebrem de Verbor. Originibus librum ſcribit. Non deſunt, qui nobile opus alii tribuant. *Du Freſne.*

Joannes Stobæus, & Nennius Bancherenſis. Philol.

Maidulphus Scotus Græcæ, Latinæque linguæ Scholam in Anglia aperuit, ut apud exteros colerentur, quæ in natali ſolo apud ſuos doctorum linguæ negligebantur. *Leslæus.*

Felix Langobardus Grammaticus, quem laudat Paulus Diaconus,

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Beda Venerab., ejuſque diſcipulus Alcuinus Grammatica ſcribunt. *Voſſius.*

Hoc, & ſequenti ſæculo inſignis erat nomenclatura Grammaticum appellari. Angelus à Nuce in Notis ad Oſtiens.

Monachi Byzantio à Copronymo pulſi, Romæ à Stephano III. locantur in Monaſterio, quod ab illis, Græcam linguam inſtaurantibus Græcæ Scholæ nomen invenit. *Mss.*

Carolus Magnus Roma Latinos Grammaticos in Galliam vocat. *Ex Vita.*

Walid Saracenorum Calipha prohibet Græcè quid literis conſignari vultque omnia Arabice ſcribi. *Miſcell.*

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Photius Patr. Conſtantinop. Philologus eruditiſſimus, ſed vir peſſimus.

Paulinus E. Forojulienſis, & Joannes Scotus Erigena; Smaragdus Ab. S. Michaëlis. Grammat.

Rabanus Fuldenſis primus in Germaniam Græcas literas invehit.

Caroli Magni Nepotibus imperantibus Gallicæ, & Italicæ linguæ principia notant plerique Scriptores apud Carolum Du Freſne in Præfat. ad Opus egregium de Vocab. medii ævi.

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Salomon Conſtantienſ. F. Alphricus Ab. Abindonenſis. *Du Freſne.*

Alfredus R. SS. Dunſtanus, & Athelvaldus Epiſcopi jacentes poſt Danorum irruptionem latinas iu Anglia literas excitant. Idem.

Ratherius E. libellum ſuum de Arte Gramm. inſcripſit: *Serva dorſum*, quod puerorum dorſum ſervare poſſet a flagris.

R. Adonim Ben - Tamnim Grammaticam Hebraico - Arabicam dedit.

Ex Epitaphio Gregor. V. R. Pontificis diſcere licet jam hoc ſæculo vulgarem, boc eſt Italicam linguam à Latina fuiſſe diſcretam.

Uſus Franciſca, vulgari, & voce Latina.

Inſtituit populos eloquio triplici.

Sæcul. XI.

Joan. Curopalates Philol. Græcus. *Cognomen Aulæ ſeu Palatii Miniſtrum notat. Aliis dicitur* Joannes Scylizza.

PHILOLOGIA, ET GRAMMATICA.

SÆCULUM CHR. XII. XIII. XIV. XV. XVI.

Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Papias Langobardus auctor magni Dictionarii Latini. *Tritbemius perperam tranſtulit in ſæcul. 13. Du Freſne.*

Apud Italos nullus erat literarum humaniorum cultus.

Apud Hiſpanos literæ Hebraicæ florere incipiebant, ut habet Genebrard.

Hinc R. Juda Davidis F., R. Jonas Cordubenſis, Moſes Kimchi Davidis fr. Grammatici nobiles. *Gaulterius.*

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Euſtathius Homeri interpres, & Joannes Saresberienſis Philol.

R. Aben-Eſra, ſive Abraham Ben-Eſra & R. David Kimchi Hebræi Gramm.

Romanus Populus lingua, quam nunc Italicam dicimus, hoc ævo utebatur, ut liquet ex epiſtola Cleri Rom. ad Ænobarbum data 1160. apud Baronium, in qua hæc verba adducuntur: Papa Vittore S. Pietro l'elegge.

Ante Philippum Auguſtum nullus liber Gallica lingua ſcriptus fuerat, Genebrardo teſte. Nec, ut ego cenſeo, ullus Italica.

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

Ugutio Ferrarienſis E. auctor Diction.

Alexander de Villa Dei Grammat.

Arnaldus Daniel Poeta Provincialis patriam linguam perficit, ex qua deinde Etruſca, ſive Italic. ditata eſt. *Vellutel. in Dantem.*

Græca vulgi lingua imperantium Francorum vocibus pluribus admiſſis à literata omnino deſcivit.

Dantes Poeta Etruſcæ linguæ nitori plurimum contulit uſque ad 1321. quo Ravennæ deceſſit.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

Petrarcha Provincialium vocibus ad Italicam formam inflexis, linguam patriam amplificavit.

Nicolaus Oreſmus Philol., Emanuel Chryſoloras Philol. & Gramm.

Leonardus Aretinus Philol.

Latina lingua apud Hiſpanos hoc ævo propemodum extincta eſt, cùm nullus in foro illius eſſet uſus: juſſerat enim ſæculo ſuperiore Alphonſus Sapiens, ut Hiſpanica lingua res forenſes agerentur.

Emanuel Chryſoloras 1395. in Italiam quaſi poſtliminio reducit Græcas literas, quæ per annos fere ſeptingentos exulaverant. *Palmerius.*

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

Georgius Trapezunt. Volaterranus, Fulgoſius, Polydorus Virgilius, Leo Baptiſta Albertus, Rodulphus Agricola, Robertus Valturius, Pomponius Lætus, Jovianus Pontanus, Hermolaus Barbarus, Angelus Politianus, Coel. Rhodiginus, Alexander ab Alexandro. Philol.

Poggius Florentin. Laurentius Valla, Gaſparinus Bergom., Gaza, Perottus, Theodorus Laſcaris, Joannes de Janua, Quintianus Sara, Ambroſius Calepinus, Marius Nizolius. Grammat.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

Volfang. Lazius, Petrus Crinitus, Beroaldus, Leonicenſis, Budæus, Valerianus, Turnebus, Dalecampſius, Gyraldus, Victorius, Goropius, Eraſmus, Natalis, Comes, Manutii tres, Fulvius Urſinus, Jul. Cæſ. Scaliger, Faber, Ciacconius, Sigonius, Geſnerus, Vignereus, Mazonius Philol.

Demetrius Chalcondilas Græcus, Zenobius Acciajolus, Deſpauterius, Varchus, Doletus, Clenardus, Alvarus. Grammat.

Hoc tandem ævo Latina lingua viſa eſt reviviſcere.

PHILOLOGIA, ET GRAMMATICA.

SÆCULUM CHR. XVII. XVIII.

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

Lipſius, Goltzius, Caſaubonus, Scaliger fil. Jacobus Pontanus, Raderus, Pancirolus, Sirmondus, Gretſerus, Emminius, Majolus, Bertius, Kekermanus, Schottus, Salmaſius, Bulengerius, Scioppius, Gerardus, Joannes Voſſius, Dionyſ. Petavius, Cerda, Abrahamus, Octav. Ferrarius, Montchalus, Leo Allatius, Donatus, Joannes Baptiſta Ferrarius, Nardinus, Du Freſne, Huetius. Philol.

Sanctius Brocenſis, Voſſius, Monetus, Golius, Scioppius, Menagius, Gaudinus. Grammat.

Galli, & Angli patriæ linguæ expoliendæ dant operam.

Hoc Sæc. ſolertius, & felicius antiquitas illuſtrata eſt.

Sæcul. XVIII. decurr.

Blanchinus, Martene, de Montfaucon, Fabricius, Crenius, Maffei, Muratori, Jo. Mabillon, Pez, Goldbach, Hahnius, Calogera, Rieger, Foiſſerius, Zanotti, Burmannus, de la Roque, Philip. Argolati, Mollerus, Simon, Boſius, Boldetti, Bonanni, Walchius, Struvius, Lami, Foggini, Mazzochi &c.

Ab an. Chr. 1700 ad 1750

Muſæa, Numiſmata &c. Muſæum Florentinum Salvini, & Veronenſe Scip. Maffei, Gorius, Paulus Maffei, Bellorius, Manni, Theupoli, Haym, Scilla, Petr. Sanctes Bartolus, Ebumayer, Bonanni, Alexander Maffei, Franciſcus Heſulius. Dom. Auliſſus &c. Muſæum Albanum D. Venuti, & Capitolinum D. Joannis Bottari, cujus etiam Roma Subterranea poſt Boſium, & Boldettum.

Gram. & Lexicographi, Academiæ Florent. Novum Lexicon, Maurinorum Gloſſarium, de Aquino, Facciolati, Morerus, Eſtienne Ganeaco, La Martiniere, Guendeville, Chriſtophorus Cellarius, Joannes Vervvey, Chriſtianus Bechmanus &c.

Pariſiis 1732. prodit opus 4. Tomis in 12. La maniere d' Einſegner & d'Etudier les belles Lettres pars rapport a l' Eſprit, & au Coeur Par. M. Rollin. Quatriem Edit. Anno 1716. prodiit Lipſiæ: Joannis Georgii Walchy Hiſtoria Critica Latinæ linguæ: quam inſcribit: Viro celeberrimo Jacobo Facciolato Philologo Patavino: Prolegomena ſunt de Genuina Philologiæ indole. Caput 1. de Origine & Fatis Latinæ linguæ inter ipſos præcipue veteres Romanos. 2. De Stilo, 3. de Mediis culturæ Latinorum Linguæ neceſſariis, 4. de Grammaticis latinis, ac genuino illorum uſu, 5. de Lexicis latinis; eorumdemque uſu, 6. de lectione Auctorum Lat. ling. generatim, 7. de Editionibus veterum Auctorum 8., & ſeq. de Antiquis Scriptoribus ſolutæ Orationis, & Poetis, Scriptoribus Chriſtianis, & Recentioribus: tandem Diatribe Philoſophica de Literis Humanioribus.

Anno 1719. *A la Haye prodiit*: Memoires de Literature Tirées des Regiſtres de l'Accademie Royale des Inſcriptions, & Belles Lettres depuis Son Renovellement Juſqu' en MDCCX.: Tome Premier. *Sequuntur reliqui, & uſque ad annum* 1733. *eſt Tomus XV.*

Prætera 1719. prodiit Amſterdam: Hiſtoire de l'Accademie Royale des Inſcriptions, & belles Lettres de puis Son Etabliſſement iuſqu' a preſent, avec les Memoires de literature Tirées des Regiſtres de cette Accademie, de puis Son Renovellement iuſqu' en MDCCX. Tome Premier. *Tomus quintus editus eſt* 1741. *Egregiæ Eruditionis Philologicæ Monumenta in hoc opere reperiuntur.*

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XXXVII.
NOVA INVENTA. ARTIFICES NOBILES.
SÆCULUM CHR.I. II. III. IV. V. VI. VII.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

Theriaca ab Andromacho Cretenſi inventa.

Vitri flexilis temperamentum, Tiberio Principe excogitatum, ſed ejuſdem juſſu tota cum artifice officina abolita, ne pretium æris, argenti, & auri metallis detraheretur. *Plin.*

Quinquennalia certamina Romæ celebrata Neronis principatu. In his, ut cætera mittantur, Poeta victor æneo vaſe,& corona donabatur, ut liquet ex Nummo apud Triſtanum.

Ludi Capitolini ſubDomitiano 85.

Secul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

Quanti hoc ævo fierent nobiles artes, diſcere licet ex eo, quod de Hadriano narrat Dio in Vita ejuſdem. *Hadrianus celebres quoſdam, & excellentes artifices, quos æquare non poterat, ſubvertit, alios ceu ſtudiorum, & artium æmulos interfecit: quippe cupiens omnes in quacumque arte, & diſciplina ſuperare.*

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

Artes omnes, bellis ubique terrarum ſævientibus, languent.

Inſtituta annorum numeratio per annos Imperii Diocletiani, uſque ad annum Domini 532. duravit.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Magnus Conſtantinus primus Vexilla notat ſigno Crucis.

Indictiones inſtitutæ, abrogatis Olympiadibus 312. ſive 313.

Aureus numerus excogitatur 325.

Aurea Corona primus inter Cæſares utitur Conſtantinus poſt Imperii ſedem Conſtantinopolim translatam.

Venatio Accipitraria inter Romanos, vel Conſtantini, vel Theodoſii Senioris ævo initium habuiſſe videtur. *Voſſius.*

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Ratio glutinis Athenis inventa, Arcadio Principe per Philiſtium, cui, quòd rei literariæ plurimum profuiſſet, Statua poſita eſt.

Gothi ubi ſemel Italia potiti ſunt, cùm omnia barbaro more in armis ponerent, nobiles ab ea artes eliminarunt: quamvis eas alere Theodoricus Rex, teſte Caſſiodoro, conaretur.

Amalaſuntha Theodorici filia poſt mortem Patris, Amalarici filii tutrix fruſtra Gothos ſuos ad literarum, & Artium nobilium Studium pellicere conata eſt.

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Specula ænea uſtoria Procli inventum 514.

Horologium Machinale, his, quibus utimur, haud abſimile primùm à Boetio in turri Ticinenſi adinventum aliqui ſuſpicantur.

Serici ex bombycum ovis conficiendi ratio innoteſcit per Monachos ex India appulſos 557.

M.Aurelius Caſſiodorus horologia miræ artis, lucernas ſemper ardentes habuiſſe traditur. VI.Sæc. Dyoniſius exiguus Æræ Chriſtianæ ab Incarn: Auctor. Antiquior uſus numerandi annos a Paſſione D. *Scheleſt. Antiq.* Diſ.1. c.1.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Ignis Græcus Callinici inventum.

Sabinianus Papa horas diei, tintinnabuli ſonitu primus diſtinguit.

Mahomete à Mecha fugiente 822. incipitHegira,hoc eſt annor.lunarium apud Arabes ſupputatio ab ea fuga.

Æra Iſdegerdis ab ejus obitu 632.

S. Eligius antequam Noviomenſi Infula donaretur, aurifaber per Galliam celebris. Extat adhuc ejuſdem opus, nobile Mauſolæum S.Martini E.

NOVA INVENTA. ARTIFICES NOBILES.

SÆCULUM CHR. VIII. IX. X. XI. XII. XIII.

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Qui putant hoc ſæculo inductas ferreas equorum ſoleas, procul dubio cenſentur errare, ut eruditè ſuo more docet Fabrettus in Syntagmate ad Colum. Trajani.

Conſtantinus Copronymus Pipino Regi Organa in Galliis non ante viſa dono mittit 757. *Sigebertus*.

Zacharias Hieroſolymit. Regis legatus Carolo Magno S. Sepulchri Calvariæ, & Oliveti claves cum vexillo defert 800. *Eginarth. in Vita*.

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Legati Perſarum Regis Carolo Magno Planetarium horologium affabrè admodum conſtructum ferunt, quod ab Eginartho in ejus Vita deſcribitur.

Uſus cognominum ſcribendorum apud Arabes cæptus, inde traductus ad Hiſpanos, eiſque ſæculo 10. frequentatus, ac denique ad Francos, Italoſque traductus. *Henſchen. tom. 7. Maii pag. 793.*

Viguerat, ut notum eſt, in Italia cognominum uſus, qui à Langobardis ſublatus magno Hiſtoriæ damno, quæ inde facta fuerat obſcurior, undecimo tandem ſæculo reſtitui cæpit.

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Primordia Feudorum, ut loquimur, ſub Carolo Simplici in Francia, & in Germania ſub Conrado I.

Haſtiludia, ſive, ut vulgus dicit, Torneamenta primùm uſurpata ab Henrico Aucupe 938.

Gentilitia Familiarum inſignia occaſione dictorum ludorum primò fixa, & certa. *Ita Meneſtrier, ſed Carthарius aliud ſentit*.

Typographiam hoc ſæculo à ſe inventam Sinæ gloriantur.

A Gereberto Monacho, qui poſtea Silveſter II. Horologium Magdeburgenſe conſtructum eſt, in quo conſpicua erat ſtella Polaris.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Exoleſcente extremi Judicii metu, quo multi deterriti, tanquam in fine decimi ſæculi inſtantis, omnia neglexerant, artes iterum coluntur.

Notæ Muſicæ, ut, re, mi, fa, ſol, la, a Guidone Aretino Card. excogitatæ.

Sacchari cocturam, Caſſiæ fiſtularis, Rhabarbari, Mirabolani, & Tamarindæ uſum Medicina debet Avicennæ.

Deſiderius Ab. Caſin. vocatis ex Græcia peritiſſimis, ut ea ferebant tempora, artificibus, curat artes nobiles in Italia reſtitui. *Oſtieus*.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Bombycinæ veſtes captivatis Græcis opificibus Orbi occiduo innoteſcunt, agente Roderico Siculo.

Carrocium (præcipuum olim apud Italos in Bello Vexillum a curru, cui ſoleret imponi appellatum), hoc ſæculo ab Archiepiſcopo Mediolanen. Heriberto inventum putat du Freſne, ſed ejus uſus videtur antiquior.

Vino excoqui cæpere cadavera, ut oſſa poſſent a carnibus facilius ſeparari. Vetuit id poſtea ſequenti ſæculo Bonif. VIII.

Triboccus, militaris machina celebris olim apud Germanos, primò apparuit in expeditione Thuringica ſub Othone IV. *Genebrard*.

Sæcul. XIII.

Inſigne Tentorii inventum ad Fridericum Imper. a Sultano miſſum, in quo Solis, & Lunæ imagines artifici motu curſum certis ſpatiis peragebant, & diei, noctiſque horas deſignabant.

Digitized by Google

NOVA INVENTA. ARTIFICES NOBILES.

SÆCULUM CHR. XIV. XV. XVI. XVII.

Ab an. Chr. 1200 ad 1300

Conradus Schirenſis Chronologus ex Mabillonio in Germanico Itiner. aliorumque ſuſpicione, aliquem Optici tubi uſum videtur habuiſſe.

Conſpicilia ad oculorum laborantium ſubſidium, vel inventa, vel oſtenſa ab Alexandro Spina Dominicano *Ex epiſtola elegantiſſimi Redi*. *Qui veterum inventum ex Plauto putant, procul dubio falluntur*.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

Utiliſſimum Acus Nauticæ inventum per Flavium GiojamAmalphitanum 1303. *Perperam Joannes Giojas, vel Giras Melphenſis appellatur ab his, qui Melphim de Amalphi non diſtinguunt, ut Voſſius, Labbeus, & alii.*

Aëra in Aragonia abrogata, inducta à Chriſto numeratione 1358., ut mox in Caſtella 1383. in Luſitania 1415.

Bombardæ à BertholdoNigroGermano adinventæ. 1380.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

Artem per æra cælata multiplicandi imagines invenit ſub initium ſæculi Thomas FiniguerraAurifex Florentinus, quem imitatus eſt Baccius Baldinus, ſed utrumque ſuperavit Antonius Pullajolus. *Baldinuccius in erudito Opuſculo hac de re editó.*

Typographia inventa Argentinæ 1440. a Jo. Guttembergio, ſeu, ut alii malunt, Moguntiæ a Jo.Fauſtio 1452.

Cuſi primùm Auguſtinus de Civitate Dei, & Lactantius Firmianus, ut multis placet.

Typographi inter primos floruere Zellius, Jenſon, Amerbacchius, Frobenius, Oporinus, Wechelii, Jodoc. Badius Aſcenſ.

Petrus Navarrus cuniculos nitrato pulvere primus replet, ſæculo 15. in finem inclinante.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

Navigatio univerſum Orbem terrarum circumdans primò facta 1519. navi Victoria, cui præerat Ferdinandus MagellanusLuſitanus, eoque mortuo navem reduxit Joannes Sebaſtianus Canutus Cantaber 1522. *Oſorius.*

Ejuſdem navigationis gloriam hoc eodem ſæculo alii tres tulere, Angli duo Franciſcus Dracus, Thomas Candiſcius, & Batavus Oliverius Vandernort.

Orichalchum factitium excogitatur. Aquæ fortes, ut dicunt, inventæ.

Reperta cupella, ſeu Vaſculum ex oſſe bubulo ad auri, & argenti purgationem.

Florent inſignes Typographi Manutii tres, Griphi, Plantini, Stephani tres.

Teleſcopium ſub initium ſæculi inventum a Galilæo, qui Veneto Senatui primus oſtendit.

Maculæ in Sole deprehenſæ 1611. a Scheinero. *Vide Roſam Urſinam.*

Circulatio ſanguinis aſſerta ab Harvæo.

Sæcul. XVII.

Magno Nauticæ commodo Angli acquam è ſalſa dulcem facere cœpere, artificio cæteris gentibus adhuc ignoto. Acuſtica tuba ad vocis propagationem.

Typographi inſignes, Blaeu, Janſonius, Elzevirii, Regia Pariſiis Præla nobiliſſima.

D. Joannes Dominicus Caſſini an. 1655. evulgavit Scriptum de utilitate Meridianæ Lineæ, quam duxerat in Eccleſia S. Petronii Bononiæ. *Hiſt. Par. Accad. ad an. 1712.*

Idem an. 1668. Evulgavit Ephemerides Satellitum Jovis. *Par. Acc. Ibidem.*

Digitized by Google

NOVA INVENTA. ARTIFICES NOBILES.

SÆCULUM CHR. XVIII.

Ab an. 1669. & ſequentibus Linea Meridiana ducta in Galliis per Accademicos Pariſienſes, incredibili diligentia: Atque iterato labore an. 1700. a gradu latitudinis 40. ad 48. fere per Caſſinum: *Vide Acta Accad. Par. ad an.* 1700. *& ad* 1718.

Calculus Differentialis, ac Integralis inter inventa Mathematica hujus ſæculi nobiliora. *Cum an.* 1644. *prima Calculi Differentialis ſpecimina*
Ab an. Chr. 1600 ad 1700 *vulgaverit Leibnizius, nemo inventionis gloriam ei denegavit, donec poſt integrum novennium primus Joannes Walliſius, quem Anglia ſecuta eſt, reliquo Orbe Mathematico repugnante, inventionem Nevvtono vindicavit: quod hic Analyſim Infiniteſimalem, ſeu Methodum Fluxionum, ideſt rem eamdem cum Calculo Differentiali jam inveniſſet: eſto alter de altero neſciret*. Societas Regia Londinenſis, quæ Epiſtolas, Chartaſque de Authore hujus Inventi conquiri, examinari, vulgari juſſerat, abſtinuit a definienda hac celebri, & difficili controverſia. Vide Bruckerum Tom. IV. p. 379.

Sæcul. XVIII. decurr. An. 1703. Blanchinus, Maraldo Socio, Romæ in Templo S. Mariæ Angelorum Meridianam Lineam palmis 205. protentam ducit, exactiſſimum opus omnium ejus generis, quæ præſertim Venetiis, Bononiæ, Florentiæ, Senis, ac Neapoli ſint conſtructa. *In vit. Clem. XI. p.* 101. (a)

An. 1704. Edita eſt *Optica Nevvtoniana*, in qua ideam exhibuit Teleſcopii repreſentantis objecta ex reflexione ſpeculi concavi in fundo Tubi, quod inventum utiliſſimum à D. Molineux, & aliis perfectum eſt: Nam Hadlejus hujuſmodi Teleſcopio pedum $5\frac{4}{2}$ in obſervationibus Aſtronomicis Satellitum Jovis, Saturni, ejuſque Anuli paria præſtitit cum Hugeniano centum, & viginti trium pedum. *Wolfius* in Dioptr. C. 6. Probl. 33. Ab an. Chr. 1700 ad 1750

An. 1710. Accademiæ Montis Peſſulani per D. Bon oblata Tibialia, & Chirothecæ ex Serico Araneorum: Examine per Accad. Pariſ. D. Reaumur demandato inventum eſt, quod 2304. annuis vermibus opus ſit ad libram vulgaris Serici ex Bombycibus conficiendam, ſed araneis grandioribus 55296. ad libram Serici ex iiſdem: quare valor erit exinde 24. vicibus major Serico Bombycum: Cæterum opus eſſe 663552. araneis communibus ſeparatim alendis, quo nomine expenſæ creſcerent: Vide Act. Accad. Pariſ. ad an. 1710.; & Memoir. de Treveux an. 1749., ubi iterata utilius tentamina.

Machinæ Electricæ hoc Seculo celebris.

(a) Cum ad Innoc. XII. plures & Epiſcopi, & Mathematici literas dediſſent cum dubitationibus de Kalendario Gregoriano, ad faciliorem rei elucidationem ſub Clem XI. Linea Meridiana ducta, quæ intercepta latis ſegmentis Marmoreis in pavimento defixis, duodenis Zodiaci Signis diviſa, & Poli gradibus, annuo motu gradientem Solem repræſentaret, ac Solis, Lunæ, ſiderumque Motus metiretur, ad probe noſcendum, ſervandamque rectam rationem Chriſtiani Paſchatis. Delectum vero id loci ſpatium, tot ſæculorum diuturnitate confirmatum, atque altiſſimis nixum fundamentis, ne deſidentis ſoli mutationibus obnoxium eſſet, quibus Lineæ alibi conſtitutæ menſuras priſtinas in dies fallebant, ludebantque Auctorum operam. *Loc. cit.*

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XXXVIII.

URBIUM NATALES, ET ALIA ARCHITECT. OPERA ILLUSTRIA. SÆCULUM CHR. I. II. III. IV. V. VI.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

Cæſarea Philippi ad fontes Jordanis condita 12.

Colonia Agrippina Germanici Cæſaris opus 15.

Ratisbona olim Imbripolis 32.

Portus Romanus ad Oſtia Tyberis à Claudio Cæſare 42.

Foſſa Corbulonis inter Rhenum, & Moſam 47. *Hoc eſt Canalis à Rheno derivatus per Corbulonem ſpatio 23. m. paſſ. Moſæ congrediens ad Crimpam pagum. Ortel.*

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

Trajanopolis altera in Phrygia, altera in Thracia ſub Trajano.

Hadrianus inſtaurat Hierusalem, & de ſuo nomine Æliam appellat.

Ponte planè admirando Trajanus Danubium jungit, cujus adhuc manent nomen, & veſtigia.

Murus dividens Scotiam à reliqua Britannia per 80000. paſſus ab Hadriano ductus.

Hadriani apud Tiburtes Villa, cujus adhuc rudera miramur. In ea provinciarum, & locorum celeberrima nomina inſcripſerat, veluti Lycæum, Academiam, Canopum, Pœcilen, Tempe. *Spartianus in Vita.*

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

Brandeburgum in Germania a Brenno poſitum 211.

Sicambria, quæ nunc Hungarorum Buda conditur 234.

Philippopolis à Philippis Imper. Boſra in Arabia ab iiſdem inſtaurata 245. Firmus Tyran. domum è quadratis vitris bitumine, & aliis medicamentis inſertis habuiſſe ſcribitur a Vopiſco.

Aurelia in Gallia ab Aureliano 273

Severi Vallum inter Scotiam, & reliquam Britanniam 207. A Bodotria ad Glottæ æſtuaria per 132. m. paſſ., ubi antea Agricola provinciam finire decreverat. *Buchanan.*

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Byzantium à Severo exciſum, à Conſtantino Magno inſtauratur, ac nova Roma, & Conſtantinopolis dicitur.

Baſilea ſub Valentiniano II. ex Auguſtæ Rauracorum reliquiis 374.

Templum Antiochenum nobiliſſimum, Dominica Aurea dictum anno 328. inchoatum 441. dedicatum.

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Ferraria à vico Ferrajola, & Foſſa, quæ in Paduſam ducebat, ubi Forum Arii, mænibus cingi cœpta 433.

Venetæ regionis incolæ, Attila Galliam Ciſalpinam impune vaſtante, in paludes Adriatici ſinus confugientes, nobiliſſimæ Urbis Venetiarum fundamenta locant 452.

Aëtii juſſu, tertius è ceſpite murus excitatur ad excludendos Scotos, Pictoſque à reliqua Britannia. *Leſlæus, Buchanan.*

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Antiochia à Juſtiniano inſtaurata Theopolis appellatur 529. Gneſna in Polonia à Lecho Croata condita 550.

Victoria civitas in Hiſpania à Leovigildo 580. Ferraria munita à Smaragdo Exarcho 585.

Theodelapius Dux ſub initium ſæculi ponte ſimul, & aquæductu planè mirabili Spoleti duos montes jungit. *Campellus Hiſt. Spolet.*

Templum S. Sophiæ celeberrimum Conſtantinopoli Juſtinianus erigit, eique trecenta ſexaginta quinque ſuburbia pro dote aſſignat, ac mille Clericos conſtituit, qui rem divinam in eo faciant.

Digitized by Google

URBIUM NATALES, ET ALIA ARCHITECTURÆ OPERA ILLUSTRIA.

SÆCULUM CHR. VII. VIII. IX. X. XI. XII.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Urbs Sangallenſis in Helvetia conditur 620.

Ferraria amplificata à Rom. Pontifice Vitaliano 657.

Ferraria in oppoſitam Padi ripam translata 673. Pampilona per Regem Bambam 674.

Praga in Bohemia incipit ædificari 686. & Cracovia in Polonia.

Templum ea ætate nobiliſſimum, nunc vix mediocribus comparandum D. Joanni Baptiſtæ à Theodoſinda Langobardorum Regina Modoetiæ ponitur.

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Ovetenſis civitas in Hiſpania 760.

Viterbium à Luitprando Langobardorum Rege, vel ædificatur, vel ſaltem mœnibus cingitur.

Caſinenſe Monaſterium à Petronace 720. cœptum inſtaurari, ad eam amplitudinem, & opes excreſcit, quibus poſtea floruit.

Pons ſuper Rhenum Caroli M. opus decennale.

Templum D. Petri in Cœlo aureo à Luitprando Ticini conditum, & opulentiſſimis auctum donariis, in quo D. Auguſtini corpus collocavit

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Dreſda ab Albim 808. Aquiſgranum 809. per Carolum Magnum conditæ.

Florentia per eumdem inſtauratur, opus præcipuè urgente Guilielmo Achai Scotorum Regis fratre. *Leslæus*.

Nobile Templum a Pippino Caroli Magni filio Veronæ D. Zenoni Epiſcopo erigitur, quod integrum adhuc perſeverat.

Alphonſus III. Magnus Compoſtellanum D. Jacobi Templum ingentibus ſumptibus ædificat 882. Zamora in Hiſpania ab eodem condita 850.

Canoſſa Caſtrum in Æmilia celebre conditum ab Attone, ſive Actio Mathildis Comitis proavo ſub initium ſæculi. *Floren.*

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Calecutum apud Indos initio ſæculi a Saracenis, Monachium Bavariæ Ducum Sedes ſub Othone I. Magdeburgum rogante Æditha Imperatrice 950. Hala in Saxonia 981. Cairum propè veterem Memphim a Johar Saraceno 968. ædificantur.

Nonantulæ, & Farfæ Monaſteriis nihil hoc ævo in Italia magnificentius.

Celeberrimum S. Marci Templum Venetiis inclinante ſæculo plurium a Græcia Architectorum opera inchoatur.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Troja in Apulia a Bubagno, ſeu Bolano Græco ædificatur 1022.

Scaphuſiana urbs apud Helveticos conditur 1053.

Plura, teſte Glabro, inſtaurantur, plura conduntur nova per Europam Templa.

Piſani Baſilicam egregiam è Sicilienſibus manubiis extruunt 1012.

Piſanorum exemplo excitantur Etruſci, & Florentiæ S. Miniatis in Monte 1012. Lucæ S. Martini Templum 1061. ædificatur.

Sæcul. XII.

Galitium in Luſitania 1123. Roſtochium 1145. Berlinum 1142. Alexandria a palea dicta 1168.

Mediolanum, Cremona, Placentia ab Ænobardo exciſæ, brevi feliciùs reſurgunt 1168.

URBIUM NATALES, ET ALIA ARCHITECTURÆ OPERA ILLUSTRIA.

SÆCULUM CHR. XIII. XIV. XV. XVI. XVII.

Berna, & Friburgum 1180. conditæ.

Ab an. Chr. 1100 ad1200 Templum maximum B. Virgini Lutetiæ ſacrum, quod Robertus Cenalis *lib.2. Hiſtor.* Epheſino Dianæ præferre non dubitavit, inchoatur ab Epiſcopo Mauritio de Sully. Nunc multis per Europam poſthabetur.

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad1300 Strausbinga in Bavaria, Stokolmum in Suecia 1259. Bilbaum in Hiſpania conditur 1300.

Templum Ambiani maximum, Galliæ totius nitidiſſimum 1220. circiter inchoatur 1270. abſolvitur. *Gallia Chriſtian.*

Pons Londinenſis mirabilis ſub Joanne Angliæ Rege.

Turris Cremonenſis Italicarum maxima perficitur a Cuelphis 1290.

Urbevetanum Templum opere ſemigothico, ſed planè nobiliſſimum, & illo ævo admirabile 1290.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad1400 Navale Venetum toti Europæ mirabile 1304. inchoatur.

Mexicum urbs Americæ Septentrion. maxim. 1322.

Lymia, & Pons Oblivionis Hiſpanienſium celeberrimus a Petro Luſitano conditur.

Ulmæ Templum totius Germaniæ maximum cœpit ædificari 1377. perficiendum poſt annos 100.

Anno 1386. Templum Cathedrale Mediolanenſium, quo nihil habet Gothica Architectura nobilius, ſed poſt immenſos planè ſumptus nondum abſolutum.

Sæcul. XV. Templum Cathedrale Hiſpalenſe magnificentiſſimum nobiliſſimi Capituli ſumptibus cœpit ædificari 1401.

Ab an. Chr. 1400 ad1500 Florentini egregiis operibus urbem ſuam exornant. Hinc illi ſpecioſum *Pulchræ* cognomentum inditum.

Florentiæ S. Mariæ de Flore tholus primus erigitur a Brunelleſco Statuario, & Architecto prænobili 1446.

Ex eo plurimum profecit Bonarota Vaticanum erecturus.

Carthuſia Ticinenſis a Galeatio Sfortia magnificentiſſimè condita.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad1600 Lima in Peruvia 1535. a Pizzaro.

Anneburgum in Miſnia 1561.

Agra Mogolenſis Imperii Metropolis a Rege Acabar, & Palma nova a Venetis conduntur 1595.

Venetiis abſolvuntur Areæ Marcianæ porticus, quibus nil perfectius habere dicitur Architectura.

Ibidem Pons Rivi alti marmoreus operis omnino mirabilis.

Templum, & Monaſterium D. Laurentii in Eſcuriali a Philippo II. conditur. Sacellum materia, & opere ſpectandum in primis Florentiæ, in quo Magnorum Ducum ſepulchra.

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad1700 Arx Caſalenſis in Italia, Philippoburgum in Germania excitantur.

Plures ab Hiſpanis in America, a Luſitanis in Braſilia, a Batavis in inſulis Orientalis Oceani conduntur urbes.

Amſtelodamum, Londinum, Taurinum, Pariſii exornantur.

Foſſa, ſeu Canalis inter Atacem, & Garumnam per Ludovicum XIV. Galliæ R. (a)

Celebrantur Invalidorum militum ædes Pariſiis, Hoſpitium Pauperun Genuæ, D. Pauli Templum Londin· Prætorium vulgò *Statbuys* Amſteloc

SÆCULUM CHR.XVIII.

Veſſaliæ immenſis ſumptibus a Ludov.XIV.ad Regias delicias conditæ.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab an. Chr. 1700 ad 1750

An.1714 Ad unius Caminiekzianæ Arcis paranda munimenta 10 aureor. Mill.Clem.XI.largitur. *In Vita p.302.*

Europa fere omnis, ſed præcipuè Gallia, Germania, & maximè Flandria novis Munitionibus, Propugnaculis, Arcibus aucta juxta Methodos recentiores; quas vide in Inſtitutione Anonymi (Abb.Deidier) ed.Amſtelod. an.1734 ſub Titulo: *Le Perfait. Ingenieur François*, ubi exhibet omnem artem muniendi ſecundum triplicem methodum Com. de Vauban, Errardi, Sardy, Equitis de Ville, Eq. de S.Juliano, Maroloiſy, Bombelli, Blondelli, Com: de Pagan, Colehorny, Scheiteri, Sturmy, & aliorum Anonymorum.

Petrus Alex. Moſcorum Imperator Peterburgum condit 1703. Album mare mari Balthico committere aggreſſus morte intercipitur. Ab eodem excavati Canales, atque Alvei ampliſſimi, ductique ab Ivanozorio lacu ad Flumen Uppam; a Tuertia ad Sehnam: aliaque ejuſdem generis, partim inchoata, partim perfecta, antiquorum Cæſarum magnificentia, potentiaque digna.

Pragæ pons admirandus ſuper Moldavam pridem conſtructus, ingentibus Sanctorum complurium Simulacris recens exornatus. Wratiſlaviæ Templum SS. J. Nomini dicatum, vix ulli totius Germaniæ ſecundum. Templum item magnificum S. Philippo Nerio Beneventi a fundamentis extructum a Benedicto XIII. Viennæ Pyramis ex marmore altitudine *66.* pedum in honorem SS. Trinitatis erecta a Leopoldo Imperat. Pariſiis ſtatua Ludovici XIV. ex ære 80000. pondo, egregio opere.

Plures, & nobiles arces demoliti ſunt hoſtes in bello, & ipſi Domini ex conditionibus pacis.

Vetus Herculanum prope Neapolim per plura ſæcula obrutum, nuper detectum, in eoque inſignia Antiquitatis rudera inventa: picturæ præſertim in parietibus optimè delineatæ, & tam vividis expreſſæ coloribus acſi recens depictæ eſſent. Novæ Ædes, & Villa Regia magnifice extructa, & ornata.

(*a*) *Eodem XVII. Sæc. ab an.1666. ad 1682 facta eſt via hæc Navibus a Mediterranei ſinu in Occitania prope Narbonam, ubi Atax Fluv. ſub urbem Tholoſanam, & in Oceanum magno Mercatorum compendio: Opus inſigne appellatum eſt: Il Canale di Linguadoca.* Fra Toloſa, e Narbona (*Spettacolo della Natura Tom.V.p.58 & ſeq.ed.Italicæ ex Gallico*) riſiede un Colle; da cui M.Riquet divisò tirar due Canali, l'uno de' quali metteſſe nella Garonna, e quindi nell'Oceano, l'altro nel Mediterraneo. Radunò tant' acqua che baſtaſſe per i due Canali. Dalle Montagne circonvicine tirò per un condotto di cinque, e più leghe una Mole d'acqua perenne di qualche 500 piedi quadrati, la quale ſcompartita per i due Canali veniſſe a formare perpetuamente un ſeno d'acqua eccedente un 1000000 di pertiche. Per premunirſi contro le ſiccità fece ſcavare preſſo la collina un ricettacolo, dove tener in pronto più di 600000 pertiche cubiche d'acqua &c.

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XXXIX.

ARCHITECTI NOBILES, ARCHITECTURÆ ROMANÆ VICES. SÆCULUM CHR.I. II. III. IV. V. VI.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

Auguſtus moriens gloriatur, ſe Romam lateritiam inveniſſe, marmoream relinquere.

Architecturam hoc ævo majeſtate, & ſoliditate nobiliſſimam floruiſſe docent multa antiquitatis peritis notiſſima, inter quæ

Aquæ Claudiæ, & Anienis novæ ductus Inchoati à Caligula, à Claudio abſoluti.

Theatrum Marcelli, cujus extant in Sabellorum palatio reliquiæ.

Amphiteatrum, vulgò Coloſſæum.

Templi pacis à Veſpaſiano conditi reliquiæ.

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

Appollodorus, pontis per Trajanum Danubio impoſiti, Architectus, *ut rectè Fabrettus in Syntagm. ad Column. Trajani Triſtanum redarguens, qui Lacero Architecto pariter nobili hanc laudem tribuit.*

Trajanus Urbem plurimis, & pulcherrimis ædificiis ornavit, quæ artem, & magnificentiam vel è ruinis oſtentant; ſed cum ſtudioſiùs his nomen ſuum inſcriberet, dictus eſt *Herba parietaria.*

Sepulchro Hadriani ſuperba moles impoſita ab Antonino Pio, artis tum florentis excellentiam abundè docet.

Sæcul. III. Ab an. Chr. 200 ad 300

Septimius Severus, & Alexander item Severus, ædes Romæ labentes inſtaurant.

Thermæ Antonini Caracallæ, & Diocletiani magnificentiam florentis adhuc Architecturæ; ſed Gallieni veriùs, ut bene notat Fabrettus, quam Caracallæ Circus extra portam Capenam, labentis infelicitatem docent.

Aurelianus Urbem muris validioribus, & amplioribns munit, ſed errant procul dubio, qui eos ad ambitum 50. milliarium extendunt.

Minutol. in Antiquit: Roman.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Nova ædificia ſub Conſtantino ex veterum partibus ædificari cœpta, ut quet ex ejuſdem Arcu, & Baſilicis ab eo conditis. Hinc in Chriſtianorum Templis nonnulla marmora Ethnicorum myſteriis ſculpta ſpectantur.

Templa in Crucis formam ædificata, poſt Crucem Conſtantino oſtenſam. Auro opulenta hujus ævi ædificia, ut ex D. Hieronymo conſtat, ſed minùs ſolidè ædificata ad nos non pervenere.

Agnoſcuntur tamen, tum in Baſilica Liberiana, tum in Templo SS. Joannis, & Pauli, & in Baſilica Seſſoriana quædam antiquitatis veſtigia.

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Alarici Gothorum Regis metu Romam novis mœnibus circumdat Honorius Imper. 403.

Sepulchrum, ſive Moles Hadriani, tanquam turris, mœnibus adjunctum primo Gothico bello, ut liquere videtur ex Procopio.

Baſilica Liberiana, magna ex parte à Sixto III. inſtaurata, & ornata muſivis picturis. Ædes S. Sabinæ à Petro Epiſcopo Illyrico condita, Sixto ſedente, ut Anaſtaſius tradit, Architecturam hujus ævi adhuc ſpectandam nobis exhibent.

Sæcul. VI.

Moles Hadriani habitatur à Theodorico, hinc aliquando *Theodorici Domus* appellata.

Theodoricus quaſdam mœnium partes ex marmorum cruſtis, & ſilice inſtaurat.

Ab an. Chr. 500 ad 600

Quamvis magnificis Theodorici operibus antiqua ædificiorum miracula ſuperata ſcripſerit Caſſiodorus, perennare non valuerunt.

A Narſete priùs, mox à Beliſario, poſt Urbem à Totila incendio deformatam, inſtaurata e tophis, cæmentis, lapidibus, & lateribus mœnia.

Architectura Gothica à Gothis inventa, veteri neque ſoliditate, neque elegantia comparanda.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Laterum officinas poſt Barbarorum devaſtationem in Urbe abolitas opinatur Ciampinus in *Vetuſt. Monum.*

Itaque plerumque hoc ævo ædificatum eſt ex tophis, ſilicibus, & marmorum cruſtis.

Bonifacius IV. ſive vetuſtis inſtaurandis, ſive novis excitandis ædificiis inclaruit.

Templum S. Venantii in Regione Montium propè Lateran. Ædem à Joanne IV. inchoatum, à Theodoro perfectum eſt.

Templum S. Georgii in Velabro à Leone II. inſtauratum traditur.

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Gregorius III. reficit Urbis muros.

Templum SS. Petri, & Marcellini nova molitione erigit.

Carolo Magno regnante, viſa eſt refloreſcere Architectura, & eum ædificandi modum tenere, quem, Gallieno imperante, uſurparant Architecti. *Ciampinus loc. cit.*

Hadrianus I. muros Urbis magnis impenſis reficit, vetera plura ædificia reſtaurat, nova condit.

Idem Confeſſionem, ut ajunt, D. Petri, totam ſolido auro, Altare autem illi impoſitum, & parietes dextra, lævaque argento contexit.

Sæcul. IX. Ab an. Chr. 800 ad 900

Ædificandi laude hoc ſæculo inclaruere SS. Pontifices Leo III. Paſchalis I. Leo IV.

A Leone III. præter alia, inſtaurata à fundamentis Eccleſia SS. Vincentii, & Anaſtaſii ad Aquas Salvias. Supereſt ejuſdem opus Arcus ingens in Æde D. Pauli, magnis columnis impoſitus.

In Templo S. Praxedis à Paſchali I. refecto ſpectatur adhuc ſacellum D. Zenoni dicatum, ubi ſervatur pars columnæ, ad quam Chriſtus flagellandus fertur alligatus.

Urbs Leonina Romanæ appendix à Leone IV. condita eſt.

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Decimum hoc, & conſequens undecimum ſæculum incurioſiorum operum memoria defluxere.

Adalbertus Etruriæ Marchio, qui molem Hadriani tanquam arcem tenebat, Theodoram nobilem, ſed famoſam Romæ mulierem in communionem ejuſdem recepit, ex qua primùm ipſa, mox & filia Marotia Urbi leges dare propemodum viſa eſt. Ex his ad Pontifices, ſed brevi ad Populum tranſiit Arcis poſſeſſio, quæ à Creſcentio Nomentano capta, ab eo aliquando eſt appellata.

Hoc ævo ſolis tophis quadrilateris ædificari cœptum eſt.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Buſchettus Græcus Architectus laudatus à Vaſario.

Frequentes in Urbe ſeditiones, & turbæ, vix ullum Romanis Pontificibus ædificandi ſpatium reliquere.

Bis præterea Roma penè conſumpta eſt flammis, primò ſub Leone IX. 1050. fortuito incendio, ſecundo ſub Gregorio VII. 1084, Roberto Guiſcardo, Henricum III. Cæſarem per-

ſequente. Ex eo tempore Roma pluribus in locis vacua facta eſt ædificiis.

Plures hoc ævo in Urbe præcelſæ turres, & nobilium ædes, inſtar arcium munitæ, quæ non ſemel Pontificibus perfugium præbuere.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Turres hoc etiam ævo, munitaſque Domos, ſibi Romani Proceres parare ſolebant.

Quamvis jam melior ædificandi ratio alibi in Italia floreret, nondum Romæ aſſurgebat.

Veſtigia tamen apparent in Turri Campanaria Seſſorianæ Baſilicæ, addita à Lucio II. eam inſtaurante.

In porticu Baſilicæ Liberianæ, ab Eugenio III. ædificata, quamvis poſtea à Gregorio XIII. refecta, & denique in Templo S. Salvatoris ad Cupellas.

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

Tuccius, Nicolaus Piſanus, Marchion, Arnulphus, Lupus. Architecti illuſtres.

Rudis adhuc, ſed ſolidior hujus ævi Architectura ex his, quæ Romæ ſuperſunt, jure cenſetur.

Turris, quæ Comitum nuncupatur in Suburra, ab Innocentio III. Turris Militiarum in Quirinali jugo à Gregorio IX. extructæ.

S. Urbani Templum in Regione Montium, ſub Urbano IV. ædificatum.

Superſunt ad S. Sabinam veſtigia ædium ab Honorio IV. conditarum.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

Andreas Organa, Calendarius, Bonus Prothus S. Marci Architecti.

Pontificibus Rom. Avenione ſedentibus, vetuſta Romæ ædificia paſſim ruunt, ut in Epiſt. teſtatur Petrarcha.

Moles marmorea in Æde Lateranenſi Urbani V. juſſu imponitur Altari, in quo ſervantur SS. Petri, & Pauli Capita.

Poſt Pontificum in Urbem reditum, ædes plerumque informes, quales adhuc nonnullæ ſpectantur, ex veterum ædificiorum fragmentis excitantur.

Turris in facie Baſilicæ Liberianæ, jubente Gregorio XI. erigitur.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

Leo Baptiſta Albertus, nobilis Florentinus ſui ſæculi Vitruvius, & Brunelleſcus pariter Florentinus Architectus.

Nicolaus V. mœnibus Vaticanum cingit, Urbem inſignibus monumentis illuſtrat, & Aquæ Virginis ductum vetuſtate collapſum reſtituit.

Palatia Columnenſium, Capranicarum, & S. Marci, Templa SS. Auguſtini, & Hieronymi Dalmatarum melioris oppido, ſed nondum defæcatæ Architecturæ opera, ſæculo inclinante, conduntur.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

Bramantes, Raphael Urbinas, Bonarota, Fontana, Baroccius vulgò Vignola Architecti nobiliſſimi.

Baſilica D. Petri auguſtiſſima in Vaticano 48. fere milionum ſumptibus nondum abſoluta *, Palatium Farneſiorum, Templum item nomini Jeſu ab Alexandro Card. Farneſio dicatum, Obeliſci a Sixto V. feliciter erecti, ejuſdem Sacellum in Baſilica Liberiana refloreſcentem ad omnium ſæculorum invidiam Architecturam docent.

Lateritiam ſtructuram vetuſtæ ſimilem, induſtria recentiorum reſtitutam agnoſcimus, ſoliditatem ædificandi vetuſtæ parem adhuc deſideramus.

* *Hoc Sæcul. quo Muſantius ſcripſit.*

Digitized by Google

Sæcul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

Martinus Longus, Petrus Berretinus, Carolus Madernus, Laurent. Berninus, Borrominus egregii Architecti.

Sacellum Burgheſianum Pauli V. in Baſilica Liberiana, Ludoviſianum S. Ignatii Loyolæ Templum, Moles ænea ab Urbano VIII. DD. Petri, & Pauli Sepulchro impoſita, Ædes Barberinæ in Quirinali, Fons Pamphilianus in Area Agonali ab Innocentio X. inductus, Porticus Areæ Vaticanæ ab Alexandro VII. circumpoſitæ, opera cenſentur Architecturæ Auguſtæo ævo fere paria.

Urbanus VIII. non exiguam Urbis partem novis mœnib., & Arcem S. Angeli novis munitionibus circumdat.

Novi Aquæductus a Foro Claudii ad Centum Cellas, Curia Innocentiana, Ædes Invalidorum, Ædes Inſtitutionis, ac Diſciplinæ pauperum Adoleſcentium per Innocentium XII. In Templis Farneſiano, & Ludoviſiano Sacella SS. Ignatii, & Aloyſii, in cujus conſpectu ſimile aliud ſub nom. B. M. V. an. 1750.

Partim hujus ſæculi finem, partim initia ſequentis illuſtrant Architecti Nobiles Carolus Fontana, Andreas a Puteo, Oppenor, Haffner, Girardonius, Guilhanius, Florius &c.

Carolus Fontana Archit: Vaticani Templi an. 1694. Librum in Fol. edidit. Il Tempio Vaticano, e ſua origine con gli Edifizj più coſpicui antichi, e moderni fatti dentro, e fuori di eſſo, con molte regole principali d' Architettura, ed operazioni curioſiſſime &c. Opera diviſa in VII. Libri. *Hic Titulus Operis.*

Comparat Lib. VI Templum Salomonis, & Vaticanum, & inſtituto calculo putat fere æquales expenſas habita ratione majoris valoris, quem aurum, ac argentum modo habent. Cap. 2. La Somma delle Materie, che ſono andate nell'erezione ... aſcende a cento undici milioni, e cento ventidue mila palmi cubi tra gli occulti, e viſibili; che valutati .... a regola d'arte aſcendono al prezzo di trentaſei milioni cento quattordici mila, e ſeicento cinquanta ſcudi di Mon. Romana .... Un breve riſtretto degli altri Materiali in ornato di Cupole, Rilievi, Metalli &c. aſcende a dieci milioni, e ottocento mila cinquecento trentatrè ſcudi. Onde il prezzo di tutto il Tempio (Vaticano an. 1694.) aſcende alla ſomma di quarantaſei milioni, ottocento mila quattrocento novantotto ſcudi di Mon. Rom. Giulj dieci per ſcudo. Non ſono compreſe le ſpeſe de Modelli, e Muri demoliti, ne anche la ſpeſa del Campanile fatto fare da Urbano VIII, che coſtò ſopra cento mila ſcudi, e ſcudi dodici mila in circa ne coſtò la demolizione: da quì ſi può arguire .... la ſpeſa impiegata nel disfacimento de' muri, come di altri lavori, non eſſendovi compreſe le proviſioni de' Miniſtri &c. Il prezzo delle Suppellettili &c.

Sæcul. XVIII. decurr. Ab an. Chr. 1700 ad 1750

Picturæ, Sculpturæ, Architecturæ Accademiæ a Clem. XI., & Ludovico XIV. Romæ inſtitutæ.

Quamplurimis, & nobilibus omnis generis ædificiis Urbs aucta, atque exornata a Clemente XI, & ſequentibus Pontificibus. Vide D. Joannem Baptiſtam Nolli in nova Topographia Romæ. Vide etiam quæ de Tholo Templi Vaticani ſcripſit. V. C. Polenus.

SEPTIMÆ ÆTATIS TABULA XL.

PICTURA, STATUARIA, EARUMQUE ROMÆ VICES.

SÆCULUM CHR. I. II. III. IV. V.

Sæcul. I. Ab an. Chr. 1 ad 100

Pauci hujus ævi Pictores, Amulius, Cornelius, Avius Priſcus, unus ferme Statuarius Zenodorus memorantur, quamvis plures floruiſſe conſtet.

Spectabantur nuper in reliquiis Thermarum Titi umbræ quædam veterum, & optimarum imaginum, quarum delineationes ſervat egregius Antiquitatis indagator Jo:Petrus Bellorius. *Videſis ejus opus de Sepulchris Naſonum*.

Quæ in Sepulchro Ceſtii viſebantur, minùs laudantur. *Vide eruditam in his Diſſert. Octavii Falconerii, quem magno rei literariæ detrimento immatura mors nobis eripuit*.

Quæ ſuperſunt in Arcu Titi anaglypha florentiſſimam hoc ævo Statuariam oſtendunt.

Sæcul. II. Ab an. Chr. 100 ad 200

Hadrianus Imperator venuſtiſſimè pinxit, atque etiam effigies e cera, & creta formavit. *Dio in Vita*.

Fragmentum Picturæ ex Villa Hadriani, nunc in Muſæo Ducis Parmenſis, magno judice Carolo Maratto, Raphaelis Urbin., vel Annib. Caracii manum referre videtur.

Quæ inventa ſunt in ſepulchro Naſonum picturæ 1674. hoc ſæculum redolent. Pars earum translata eſt in Alteriorum hortos. *V. Fabrettus de Aquæductibus*.

Columna Trajani florentem, Antonini deficientem Statuariam oſtendit.

M. Aurelii Statua Equeſtris in Capitol. magni artificis opus.

Sæcul. III.

Codices duo, Terentii alter, alter Virgilii cum pictis fabularum argumentis, hujus ævi picturam exhibent in Vaticana Bibliotheca.

Ab an. Chr. 200 ad 300

Arcus Septimii Severi Statuariam declinantem, ſed celebre Caracallæ caput in Farneſiano Palatio, florentem adhuc videri oſtendere.

Urna marmorea in Porticu Baſilicæ Liberianæ *, Chriſtianæ Religionis myſteriis inſignis, hoc ſæculo inclinante creditur elaborata.

* An. 1749. transl. ad Ar. 8 Max.

Sæcul. IV. Ab an. Chr. 300 ad 400

Conſtantinus Byzantium immigrans nobiliores ſecum Pictores, & Statuarios trahit.

Pius Chriſtianorum ardor multa tum Deorum, tum hominum ſimulacra delet.

Auguſtiſſimæ Virginis imago in ædes S. Martini in Montibus, teſſellis compacta dicitur S. Silveſtri juſſu.

Arcus Conſtantino victori erectus, florentem ævo Trajani Statuariam, hoc deficientem oſtendit; nam partes ex arcu Trajani ſumptæ omninò optimæ, poſt Conſtantini victoriam ſculptæ, omnino peſſimæ apparent.

Sæcul. V. Ab an. Chr. 400 ad 500

Imagines muſivi operis in arcu Baſilicæ Liberianæ juſſu Sixti III. in Odæo Baſilicæ Paulinæ, jubente Leone I. elaboratæ, aliaque Romæ, & alibi, de quibus copioſè, & eruditè Ciampinus in *Veteribus Monum*. Picturæ decrementa demonſtrant.

Argenteam D. Laurentii Statuam à Sixto III. in ejus Æde extra muros locatam refert Anaſtaſius; quare non hoc, ſed ſequenti ſæculo Statuariam omnino defeciſſe ſuſpicantur eruditi viri.

Nobiliſſimæ Statuæ, quas ex præda Romana Genſericus mittebat in Africam, mari hauſtæ periere. *Procopius*

Digitized by Google

PICTURA, STATUARIA, EARUMQ. ROM. VICES.

SÆCULUM CHR. VI. VII. VIII. IX. X. XI.

Sæcul. VI. Ab an. Chr. 500 ad 600

Nullam hujus ævi picturam Romæ licet aſſignare; nam Muſivæ inſtauratæ olim D. Gregorii juſſu in D. Agathæ ad Suburram templo, periere vetuſtate conſumptæ anno 1592. Delineatæ tamen ſervantur in Vaticana Bibliotheca, teſte amantiſſimo antiquitatis Præſule Joanne Ciampino.

Quæ Graſerus in Hiſtoria Exotica tradit de Statua Theodorici, affabrè elaborata, & Neap. erecta ad prænunciandaGothorum fata, à viris antiquitatis bene peritis fabuloſa cenſentur.

Sæcul. VII. Ab an. Chr. 600 ad 700

Honorio I. jubente, elaborata eſt opere vermiculato S. Agneti effigies, quæ in Odæo templi, eidem Virgini dicata, via Nomentana viſitur.

Imagines a teſſellis, quæ ſpectantur in Odæo templi S. Venantio Epiſcopo, & aliis Martyribus Sacro propè Baſilicam Lateranenſem, Joanne IV. & Theodoro Pontificibus, qui ſimili opere ibi picti cernuntur, ſedentibus compactæ feruntur.

Sæcul. VIII. Ab an. Chr. 700 ad 800

Furentibus in Sacras Imagines Iconographis, Pictura, & Statuaria magnum accipiunt detrimentum.

Hoc ſæculo Altarium veſtes Divorum imaginibus ornari cœpere, ut liquet ex Anaſt. in Vit. Gregorii III. Zachariæ, & Hadriani I.

Quamvis Apoſtolorum imagines in Odæo S. Pudentianæ, Hadriano I. ſedente, teſſellis pictæ, rudem ejus ævi artem oſtendant, Puſſinus, magni nominis pictor, ſedentis inter eos Servatoris majeſtatem contemplari ſæpè, & laudare ſolebat.

Sæcul. IX.

Laudatur inter Pictores S. Lazarus Græcus Monachus Sacrarum imaginum fortiſſimus propugnator.

Ab an. Chr. 800 ad 900

Spectatur Romæ in Leoniano Triclinio Muſivum opus, Leonis III. juſſu pictum, peculiari opuſculo illuſtratum ab Alemanno, mandante Franciſco I. Card. Barberino.

Ejuſdem ævi creduntur imagines in Odæo S. Praxedis ſub Paſchali I.

Angelorum argentea ſimulacra, eodem Leone jubente elaborata, ut Anaſtaſ. tradit, reviviſcentem Romæ Statuariam videntur indicare.

Sæcul. X. Ab an. Chr. 900 ad 1000

Servatur in Vaticana Bibliotheca Semeſtris Græci Menologii pars, cum Sanctorum imaginibus, quas hoc ævo pictas putat Allatius apud Ughellum in Ital. Sacra. In eo aliquot Pictorum nomina. In Sacello S. Thomæ Cantuar. olim Ædis Lateran. Sacrario viſuntur adhuc imagines, Joanne XII. ſedente pictæ. C. *Raſpon. in Baſil. Lateran.*

Hiſtoriæ Chriſti patientis opere anaglypho in Columella ab Baſilicam Paulinam, monſtra, non opera Statuariæ videntur, & quia à Caſinenſibus poſitæ, huic ſæculo tribuendæ; nam hoc tantum ſæculo Paulinum Cœnobium tenuerunt.

Sæcul. XI. Ab an. Chr. 1000 ad 1100

Stauratius Turchitus, cujus opus Valvæ Baſilicæ Paulinæ.

Equites Paparoni cum gentilitiis inſignibus in pavimento Baſil. Liberianæ, vermiculato opere picti, & alii duo ejuſdem operis in Æde S. Laurentii extra muros, jacentem Ròma Picturam hoc ſæculo docent.

Idem oſtendunt æneæ Valvæ Paulinæ Baſil. opere diaglypho elaboratæ Conſtantinopoli, juſſu Alexandri II. Pont. Jure his præferuntur muſiva in Templo S. Miniatis Florentiæ, & Anagliphæ Alexandri II. Hiſtoriæ Lucæ in Æde S. Martini.

Digitized by Google

PICTURA, STATUARIA, EARUMQ. ROM. VICES.

SÆCULUM CHR. XII. XIII. XIV. XV. XVI.

Sæcul. XII. Ab an. Chr. 1100 ad 1200

Ephrem Muſivi operis Pictor, à quo ſub Manuele Comneno ornatum Templum Bethlemiticum B. V. ſacrum.

Innocentio II. Ædem D. Mariæ Tranſtyb. inſtaurante, pictum eſt opere Muſivo ejuſdem Ædis Odæum, & imagines e regione Sacrarii.

Imagines anaglyphæ in epiſtylio marmoreo januæ S. Pudentianæ, Statuariam aliquid jam feliciùs audentem oſtendunt, & ideo ſæculo huic aſſignandæ artem inſtauranti.

Idem præterea ſuadere videntur rythmica carmina, & in ſyllabis rudis ſæculi more peccantia.

Sæcul. XIII. Ab an. Chr. 1200 ad 1300

Cimabovis, Taphius, Gaddus, Muſivi operis artem, & Picturam ſupra Græcos & Gothicos artifices aſſurgentem reſtituunt, ſive potiùs ad vitam revocant penè extinctam.

Abellenatus, Aliprandus, & Nicol. Piſanus Statuarii laudantur à Vaſario; ſed Romæ rudem adhuc, & jacentem utramque artem oſtendunt imagines, teſſellis expreſſæ in Odæo Baſilicæ Liberianæ, & ſepulchrum Guillelmi Card. Fliſci in Æde S. Laurentii extra muros, & hiſtoriæ anaglyphi operis in urna, & imagines in pariete omnino infelices.

Sæcul. XIV. Ab an. Chr. 1300 ad 1400

Gaddus, Margaritonus, Buffalmacus, Duccius Pictores nobiles; ſed his longè nobilior Joctus Picturæ renaſcentis parens.

Muſivum ejus opus, ubi Petrum incipientem mergi liberat Servatoris manus, in Vaticano ſpectatur.

Margaritonus, Andreas Piſanus, Petrus Cavallinus Statuarii.

Hujus opus lignea Crucifixi imago in Æde D. Pauli celeberrima.

Pontificibus Avenione ſedentibus, tantus erat Romæ artium elegantiorum neglectus, ut urnam Agrippinæ marmoream, quæ adhuc ſervatur in Capitolio, metiendo tritico adhiberent.

Sæcul. XV. Ab an. Chr. 1400 ad 1500

Dellus, Ucellus, Pinturichius, Ghirlandinus, Pullajolus, Mantegna. Pictores. Antonellus Meſſanenſis primus in Italia colores oleo miſcuit, quod à Belgis didicerat.

Maſſacius tantum addidit Picturæ, ut ab eo Bonarota, & alii plura didicerint.

Jacobus à Quercu, Donatellus, Pullajolus, Brunelleſchus. Stuatuarii.

Imagines vivaciſſimis expreſſæ coloribus in Odæo Baſilicæ Seſſorianæ hujus ævi, ſed incerti Pictoris.

Antonius Philaretus, Eugenii IV. juſſu æneas D. Petri Valvas opere anaglypho 12. annorum ſpatio elaborat.

Sæcul. XVI. Ab an. Chr. 1500 ad 1600

Bellinus, Francia, Giorgionus, Petrus Peruſinus, Signorellus, Pictores egregii. Verùm Durero, Leonardo à Vincio, Raphaeli Urbinati, & Bonarotæ Pictura debet ſummum, ad quod venit, incrementum.

Poſt hos laudantur Corregius, Titianus, Parmegianinus, Sartius, Polydorus Monocromatis celebris. Jul. Romanus, Paulus Veronenſ. Joannes Utinenſis novæ Plaſticæ inventor, Perinus à Vaga, Sodoma, Beccafumus, Zuccari duo, & Baroccius.

Paulus Romanus, Baccius Bandinellus, & longè antè hos Bonarota ſcalpro nobilis.

Digitized by Google

PICTURA, STATUARIA, EARUMQ. ROM. VICES.

SÆCULUM CHR. XVII. XVIII.

Saecul. XVII. Ab an. Chr. 1600 ad 1700

Auguſtinus, Ludovicus, & præcipuè Annibal Carracii ffr. labentem Picturam ſuſtinent. Ex horum Schola Dominichinus, Lanfrancus, Guercinus, Guido Renus.

Florent præterea Rubenius, Albanus, Joſeph Arpinas, Cæſar Nebbia, Vandikius, Saccus, Petrus Berettinus Corton. Puſſinus, Romanellus, Cyrus Ferrus.

Marcellus Provenzalis Muſivi operis Apelles. Huic proximus Calandra.

Statuarii Antonius Lombardus, Franciſcus Belga, Algardus, Berninus; quorum opera plurima Romæ miramur.

Saecul. XVIII. decurr.

Partim ſub finem elapſi ſæculi, partim hoc XVIII. decurrente *Pictores inſignes* Le Brun, Cignanus, Maratta, Corteſius, a Puteo, Delargilliere, Mignard, Renatus, & Michaël Ovaſſe, Coypel, a Fovea, de Troy, Boulogne, Burdon, Dulcius, Jacchinettus, Gaullius, Dandini, Scacciati, Jovuenettius, Rigaud &c. *Statuarii* Le Gros, Fogginius, Guidi, Vancleve, Deſiardins, Pugetius, Fremin, Rubei, Maſſovius, Theodonius, Coyzevox, Girardonius &c. Reperta in Hortis Saluſtianis egregia 4. Simulacra Ægyptia in Capitolio Collocata a Clem. XI.

Ab an. Chr. 1700 ad 1750

Novæ Tabulæ Templi Vaticani opere muſivo. Novæ Statuæ ibidem S. Religioſorum Ordinum Fundatoribus, & nova Sepulcra Pontificibus poſita.

Pinacotheca Capitolina ex vetuſtiſſimis, & egregiis operis ſignis, & Simulacris a Clemente XII. collecta, & a Benedicto XIV. aucta; illuſtrata autem a Cl. Viro Joanne Bottari.

Anno 1704. *& auctior* 1719. *Auth. Fr. Orlando Carmelita Bononiæ prodiit Liber in* 4.: Abecedario Pittorico, nel quale compendioſamente ſono deſcritte le Patrie, i Maeſtri, i tempi, ne quali fiorirono circa quattro mila Profeſſori di Pittura, di Scultura, e d' Architettura; diviſo in 3. parti 1. contiene gli antichiſſimi, 2. gli antichi, e moderni, e viventi, la 3. parte contiene cinque Tavole: la 1. de ſopranomi, e cognomi connotanti i proprj nomi de Virtuoſi deſcritti; la 2. de Libri, che trattano della Pittura, e delle vite de Pittori e Scultori; la 3. de Libri ſpettanti alle Proſpettive, ed all' Architetture; la 4. de Libri utili, e neceſſarj a Studioſi del diſegno, con l'anno, e Paeſe in tutti, dove, e quando ſtampati; la 5. delle Cifre, e Marche legate, e ſciolte uſate dagl' Inventori e dagl' Intagliatori nelle Stampe con le ſpiegazioni.

Anno 1730., *e* 1736. *Tom.* 2. *in* 4. *Romæ prodiere*; Vite de Pittori, Scultori, ed Architetti moderni da Lione Paſcoli; *Et eod. Auth. Romæ* 1732. Vite de Pittori, Scultori, ed Architetti Perugini.

Vide plura in duobus Libris: Storia dell'Accademia Clementina di Bologna: Auth. Cl. Zannotti Bononiæ 1739.

Digitized by Google

DISSERTATIO

EXHIBENS SPECIMEN APOLOGETICUM

TABULARUM CHRONOLOGICARUM

MUSANTII.

Digitized by Google

Digitized by Google

DISSERTATIO
HISTORICO-CRITICA,
QUA

CHRONOLOGIÆ IN JO: DOMINICI MUSANTII TABULIS EXPOSITÆ SPECIMEN APOLOGETICUM EXHIBET

AMPLISSIMO PRÆSULI
NICOLAO SPINELLI
EPISCOPO AVERSANO
JOANNES BAPTISTA FAURE
E SOC. JESU.

QUibus de cauſis Tu mihi fueris potiſſimum deligendus, Præſul Ampliſſime, cui hæ Chronologicæ Tabulæ inſcriberentur, cum ſatis peculiari Epiſtola expoſuerim, facile adducor, ut erecto, atque alacri animo audeam te non jam Mæcenatem appellare, ſed Judicem: neque vero Te ſolum, ſed eos etiam Sapientiſſimos viros, qui ſive in Averſæ nobiliſſima Civitate, ſive in reliquo Neapolitano Regno, & plurium virorum Principum,& præcipuè SPINELLÆ GENTIS patrocinio acuuntur ad literarum ſtudia, ac ſingulari beneficentia recreantur. Quibus ſi criticas quaſdam obſervationes, eaſdemque apologeticas probavero, tum vero de novæ hujus editionis ratione præclarum mihi videbor Teſtimonium retuliſſe.

Ubi primum in lucem prodiere anno 1650, & 1654 Annales Jacobi Uſſerii Armacani Archiepiſcopi, uti Anglicana Calviniſtarum Eccleſia vocat, ita pleroſque, quos nova, & extera delectant, ea Chronologia occupavit, ut abhinc quinquaginta annis Rationarium Temporum Dionyſii Petavii (Deus Immortalis! qualis, quantique viri!) editum quidem pluries fuerit Pariſienſibus, Colonienſibus, Venetis Typis (a), at nonniſi Notis quibuſdam, ac Correctionibus adhibitis, quibus non uno in loco *Petavii errores*, ita enim loquuntur, ad Uſſerii calculos reformarentur. Id cum ita

 eſſe

(a) Editio Pariſienſis prodiit an.1702, Lugduno-Batava an.1710, Colonienſis, ſeu Genevenſis 1720, Iterum Lugduno-Batava 1724, Veneta 1733. alia Veneta 1749: *Variæ Diſſertationes Temporum Doctrinam illuſtrantes, & Petavii errores quoſdam corrigentes* ex Pariſienſi an.1702, in ſequentes, & tandem in Venetas *translatæ* ſunt. Vide Præfationem ad utramque Venetam Editionem, ubi hæc uſurpantur.

Digitized by Google

eſſe perſpicerem, jure mihi metuendum fuit, ne quibus Petavius non omnino probatus eſt, ii multo magis Muſantium faſtidirent, niſi & ipſe quamplurimis correctis ad Uſſerium revocaretur. Sunt enim Muſantii Tabulæ Petaviano Chronico longe copioſiores, tamen aut cum Petavio conſentiunt, aut fere in minutioribus diſcrepant, cum eruditos alios poſteriores Scriptores ſequuntur, atque imprimis Labbæum, ſicubi cenſeatur ſententiis veroſimilioribus inhæſiſſe.

Me vero, ſi quid judico; gravis ſane ratio commovit, ne conſilium hoc periculoſum corrigendi priorum ſcripta, aut in novis editionibus Rationarii Petaviani probarem, aut in Muſantii Tabulis iterum edendis mihi imitandum ducerem. Rogo enim; utrum ex Rationario Petavii, ex Muſantii Tabulis eæ fuerint, aut ſint opiniones corrigendæ, quæ certo falſæ deprehenſæ ſint, an quæ adhuc controvertuntur Eruditorum judicio? Quorum alterum fieri non potuit, cum poſt Petavium, atque etiam Muſantium nihil inventum ſit certi penitus, atque explorati in Chronologicis gravioribus quæſtionibus, alterum omnino non debuit. Quæ eſt enim iſta correctio, quæ dubiis rejectis opinionibus, alias ambiguæ item veritatis in earum locum ſufficiat? Ac quoniam ſtultitiæ foret brevi diſſertatione comparandas ſuſcipere Chronologicas ſententias omnes Petavii, Labbæi, Muſantii, cum placitis Uſſerii, atque aliorum recentiorum: ſuſpectum vero, & calumniæ obnoxium videri poſſet, omnem prorſus comparationem atque examen refugere, extremum utrumque declinaturus nonnulla, eademque acriter controverſa ſeligenda conſtitui, quibus ſpecimine quodam Apologetico planum faciam probabilibus opinionibus Petavii, ac Labbæi, quas Muſantius ſequitur vix aliquid, aut ne vix quidem detractum eſſe per libros recentiores, proindeque quemadmodum olim, ita noſtra hac ætate recte, ac ſapienter Adoleſcentioribus addiſcendas proponi poſſe, donec ipſi per ſeſe ætate procedente, aut in iis, ſi placuerint, confirmentur, aut alia, ſi meliora invenerint, amplectantur.

§. I.

Num calculus Petavii, Labbæi, Muſantii de Initiis Aſſyriorum cenſendus ſit Error notandus, ac corrigendus? *Num adverſantes Uſſerii rationes eam opinionem debilitaverint, atque è ſtatu dignitatis ſuæ, ac probabilitatis dejecerint?*

Demonſtrandum Uſſerius (*a*) ſuſcipit falſam eſſe opinionem, a qua ſtant Diodorus, Cteſias, Clemens Alexandrinus, Euſebius, S. Auguſtinus apud Petavium L.9. de Doctrina Temporum cap.13., atque alii præterea, quorum veſtigia cum Labbæo ſectatur Muſantius, qui ad unum omnes, Belum, Ninum, Semiramidem ad vetuſtiſſima Tempora referunt, quæ in tertium circiter a Diluvio ſæculum incidunt, ſeu biſmille ducentis fere ante Æram vulgarem annis: Docet Uſſerius eos Aſſyriorum Monarchas ad ætatem octo prope ſæculis poſteriorem eſſe dejiciendos, proptereaque Aſſyrio-

(*a*) Uſſerius in Annalibus ad an.2789

Digitized by Google

riorum Imperium non mille trecentis annis ſtetiſſe ante Medorum Regnum ut Petavius ſcripſit, ſed fere quingentis. Hæc Chronologiæ Reformatio magnis plauſibus Recentiorum excepta eſt. *Joannes Clericus in Præf.an.1722 ad novam Edit. Annal. Uſſer. Primus omnium*, inquit de Uſſerio, *oſtendit Regna illa Aſiæ, quibus Cteſias portentoſam antiquitatem tribuerat, ad eam nequaquam aſſurgere, qua ratione eorum Regnorum tempora ita digeſſit, ut & cum S. Scripturæ Chronologia feliciſſime in concordiam redegerit .... Plerique omnes in ejus ſententiam conceſſere, ſi obvia quædam exceperis* (a).

At quo firmo argumento tantam rem conficiet Uſſerius? Primum teſtimonio Porphyrii, & Errhanii: nempe recentiorum duorum de antiquiſſima re ſcribentium: Nimirum Porphyrius quarto poſt Chriſtum ſæculo ſcripſit: Is autem quem Uſſerius Errhanium vocat, eruditi autem diligentiores Erenium ex Voſſii Manuſcripto, aut ex Salmaſii Codicibus Erennium appellant (*b*), ſcripſit ſub finem prioris poſt Chriſtum ſæculi.

Quid? quod nihil habet Porphyrius, quo Uſſerio patrocinetur. Cum Iliacis Temporibus fere reſpondeat annus Mundi 2789, ſive ante Chr. annus 1184, ſeu XII fere ante Æram vulgarem ſæculum, eo tempore Semiramis cum Aſſyriorum primordiis ab Uſſerio locatur; at *Semiramidem*, inquit Porphyrius, *ante Iliaca tempora, aut circa fuiſſe ſcribitur*. Profecto, ſi Logicam conſulas, ejuſque præcepta de Propoſitionibus disjunctivis, verum habet Porphyrius, ſeu circa Iliaca tempora Semiramis fuerit, ut Uſſerius cenſet, ſeu ante, ut Petavius. At hic non brevi aliquo temporis intervallo, ſed XII ipſis ſæculis exiſtimat Semiramidem præceſſiſſe Iliaca tempora: Quaſi vero, quæ mulier XII ſæculis ea tempora præceſſit, non jure, ac merito *ante illa* fuiſſe dicatur. Cum de Jobi ætate hoc certiſſimum ſit, eum non eſſe Aſſuero poſteriorem, veriſſimè dicerem, ſi hoc tantum pronunciarem - Jobum vel circa, vel ante Aſſueri tempora vixiſſe - id ſcilicet tantummodo affirmans, quod omnium diſcrepantium auctorum ſenſu receptiſſimum eſt, eſto privata mea opinione, mihique præ cæteris veroſimiliori cenſerem, eumdem ante, hoc eſt XII fere ante Aſſuerum ſæculis, Moyſe priorem extitiſſe (*c*) Cogita ſimilia de Porphyrio: qui cum dicat Semi-

(*a*) *V. Cl. Euſtachius Manfredi in Opere* Poſthumo: *Elementi della Cronologia part. 3. t. 4.* Laſciando ciò che riguarda le prime Età del Mondo, e rimettendo intorno a queſte i Leggitori agli Annali, e alla Cronologia Sacra dell'Uſſerio, il quale ci pare avere più eſattamente trattate le molte queſtioni, che ſopra quegli antichiſſimi tempi ſono ſtate meſſe ... *cap. V.* Queſto Siſtema dell'Uſſerio intorno alla Succeſſione delle Monarchie, e a loro tempi viene ſeguitato da M. Boſſuet, e da molti altri Moderni.

(*b*) Vide Stephanum de Urbibus verbo *Babylon* in Notis Berkely ed. 1688

(*c*) Qua vixerit ætate Jobus res eſt in ambiguo: Sunt qui coævum ſtatuant Patriarchis, & Moyſe vetuſtiorem; ſunt qui Moyſi, & Servituti Ægyptiacæ Hebræorum ſupparem malunt: alii cum tempore itineris Iſraelitici per Deſertum, ſive cum Judicum ætate componunt, revocant alii ad Davidis, & Salomonis tempora; alii ad uſque captivitatem Babylonicam vel ea durante circiter. Tandem ſub Aſſuero Rege, & Eſther vixiſſe, atque Scholam Tiberiadis rexiſſe, antequam captivus Babylonem duceretur, Rabbinorum quorumdam ſententia eſt. *Vide Calmet Diſſertatione Prolegomena in Job.*

Exemplo etiam eſſe poteſt, quod eſt in Gellio L. 17. c. 21. ex Annalibus Caſſii: *De*

Semiramidem *ante aut circa* Iliaca tempora vixiſſe, hac loquendi ratione uſus neutri ſententiæ favet; potuit fortaſſe eam etiam opinionem animo amplecti, quæ Semiramidem octo, aut amplius ſæculis præceſſiſſe exiſtimat Trojæ excidium.

Eſt & aliud argumenti genus, quod ab Uſſerio uſurpatur: Quotquot Semiramidem regnaſſe ſcribunt haud ita multo poſt Diluvium, ducuntur, inquit, hac veluti præcipua ratione, quod Babylon a Semiramide conſtructa fuerit; cumque Babylonis ædificatio non longe a Diluvii Epocha inciderit, ad ea tempora ſpectare Semiramidem neceſſe ſit. At vero ejus Urbis originem ab alio Authore repetendam docet. Verum egregie fallitur Uſſerius cum putat, hac præcipuè ratione moveri, qui pro antiquiori Semiramidis Epocha pugnant: Imo verius ducuntur maximo Scriptorum veterum conſenſu, quorum non æqua conſpiratio eſt de Babylonē a Semiramide condita. Eſto igitur; alter a Semiramide Babylonem ædificaverit, quod cum plurimi alii, tum ipſe imprimis *Petavius* cum *Muſantio* opinatur, rati facillime conciliari veteres Scriptores poſſe, ſi a Semiramide ornatam tantummodo Urbem, atque inſtauratam dicant, non a fundamentis extructam. Quid, quæſo, id faciet ad controverſiam dirimendam?

Unum eſt, quo ſeſe recipiat Uſſerius: tradita ſcilicet ab Herodoto Chronologia, qua annis 520 ſtetiſſe ſcribit Aſſyriorum Imperium. Cum autem paucis poſt annis, nempe ut Uſſerius ſupputat 37, cœperit Medorum Imperium brevi concluſum ſpatio, hoc eſt ex ejus ſententia, 150 annorum ad Cyrum uſque, cujus Epocha certa eſt, perſpicue confici putat, ut ab inito Aſſyriorum Imperio ad Cyrum anni effluxerint 707: Quare initia Monarchiæ Aſſyriorum, ad quæ Beli Filius Ninus, & Semiramis ſpectant, ſtatui nequeant, niſi ſæculo ante Cyrum VII, ante Æram vulgarem fere XII, cum tamen ex Petavio, ac Muſantio vigeſimum ſecundum fere ante Æram hanc ſæculum conſignetur Aſſyrii Imperii auſpiciis, initio ducto a Nembroth, ſeu Belo Patre Nini, cui uxor Semiramis. Huic ratiocinationi fidit Uſſerius mirificè, tum in Annalibus ad annum 2737, & 3257, & 3294, tum in Chronologia Sacra cap.5. Atque imprimis nihil novum, nihil reconditum prolatum ab Uſſerio eſt, cum Herodoti Teſtimonium, & compertiſſimum habuerint Petavius Lib.9. de Doctrina Temporum cap.13, & Ricciolius Lib.5. cap.2. n.7. & ſibi compertiſſimum parvifecerint tamen, *pleroſque veterum ſecuti*; quemadmodum is ipſe, quem memoravi, Petavius loquitur. Quapropter ſententia de vetuſtate Imperii Aſſyrii nihil ab Uſſerio immutata eſt, ſuoque veluti gradu dejecta, nihil debilitata, ac concuſſa eo Herodoti Teſtimonio; Recentiores autem nihil cauſæ habent quare tantopere Uſſerio gratulentur de hac Chronologica emendatione, cum He-

De Homero, & Heſiodo inter omnes fere Scriptores conſtitit ætatem eos egiſſe, vel iiſdem fere temporibus, vel Homerum aliquando antiquiorem, utrumque tamen ante Romam conditam *vixiſſe*. At hoc tempus latius patere demonſtrant diſcrepantes ſententiæ de *ortu Homeri*, quas Gellius ibidem refert. Ipſe autem cum Caſſio, & Herodoto Homerum natum fuiſſe ſtatuit tertio ante Urbem conditam ſæculo; nempe poſt Bellum Trojanum annis plus centum atque ſexaginta, ſive ut Herodotus *Lib. de vita Homeri* an. 168. qui fuit ante Chr. annus 1016, cum Annus Varr. Urb. cond. fuerit 753 ante Chr.

Digitized by Google

Herodoto tributam opinionem, eamdemque abjectam, & obſoletam e ſuo prope ſepulchro excitaverit tantummodo, nulloque idoneo, ut fieri ſæpe cum laude ſolet, ſive rationis, ſive auctoritatis momento confirmaverit. Ac quoniam Cl. Morinus Exercit. Bibl.VII cap.2. ſcripſerat, „ ante Abra-
„ hamum, vel circa ad Indiam uſque ex omnium calculo imperaviſſe Ni-
„ num Aſſyriorum Regem potentiſſimum. „ Hæc autem legens Uſſerius. *Nimis*, inquit, *audax aſſertio, cum præter alios Patrem Hiſtoriæ Herodotum, omnium, quos habemus exoticorum, rerum Aſſyriacarum Tractatorem antiquiſſimum, ad longè poſteriora tempora Nini Imperium retuliſſe conſtet*: His ego quaſi ſtimulis excitatus ſum, ut paulo diligentius perſcrutarer Herodoti Teſtimonium, quod Petavius, Ricciolius, aliique paſſim noſtræ opinionis propugnatores, benignius fortaſſe quam par eſſet, dederunt adverſariis; hi vero omnes poſt Uſſerium adeo magnificant, tantumque in eo momenti, ac ponderis ſitum eſſe putant, ut niſi illud ab iis extorſeris, vix validi quidquam ad eos perſuadendos ſis allaturus: Age itaque non conviciis, ſed ratione contendamus. Ecce tibi verba *Herodoti Lib.I. num.XCV* Edit. Lugd. Bat.1716. *Cum Aſſyrii annis quingentis viginti ſuperiorem Aſiam obtinuiſſent, primi Medi ab ipſis deficere cœperunt, qui cum Aſſyriis pro libertate præliati ſtrenuè ſe geſſerunt, excuſſoque ſervitutis jugo in libertatem ſeſe aſſeruerunt. Poſt quos, & aliæ Nationes idem fecerunt, quod & Medi. Cæterum cum jam per continentem in univerſum propriis uterentur legibus, hac demum occaſione rurſus tyrannidi ſubjecti fuerunt. Fuit apud Medos vir ſapiens, cui nomen erat Dejoces &c.* Exinde Dejocis, Phraortis, Ciaxaris, Aſtyagis Regna exequitur per annos 147, non 150, ut Uſſerius numerat, quod obiter notatum volo, cum res levis momenti ſit. Jam quis non videat, hac Herodoti narratione Aſſyriorum Monarchiam 520 annis non circumſcribi? Niſi quis paria putet Monarchiam *deficere*, atque *imminui* populi cujuſpiam defectione: quæ duo pro eodem accipienda eſſe, nonniſi abſurdiſſime diceretur. Nam & Auguſti temporibus Cantabri, Aſtures, Pannonii, aliique defecere (Vide Petavium in Chronico) neque deſiit Romanorum Imperium, & ſiquidem placeat nonnihil de recentioribus delibare, nemo eſt qui cenſeat deſiiſſe Regnum Hiſpaniæ, cum non modo Sæc.XVI Hollandi, quorum ſub ea initia tenuiſſimæ opes, verum etiam XVII Luſitani, qui tam longe, lateque in Indiis dominabantur, novum ſibi regimen conſtituere.

Jam Medos, ubi primum ab Aſſyriis deſciverunt, libero jure uſos annis tantum 37 ad uſque Dejocis Regnum, ut Uſſerio placet, quo quæſo in loco prodit Herodotus? Eos poſt excuſſum Aſſyriorum jugum per *continentem* propriis uſos legibus recitatis Herodoti verbis explicatur, ſiletur autem quo tempore id perduraverit, longone annorum circulo, an potius brevi? Itaque qui poſt priora illa quinque Aſſyriæ Monarchiæ ſæcula, dixerit Medos ſui Juris factos, ſervaſſe Reipublicæ formam totis adhuc ſeptingentis aut octingentis annis, vigente adhuc Aſſyrio Imperio, ut ut aliqua ex parte imminuto, quemadmodum diſerte habet Herodotus paulo inferius num.102, donec Regis, Regnique gloriam adepti ſint, is & nulla in re Herodoto repugnabit, & ſummam mille trecentorum annorum Aſſyrii Imperii

perii

Digitized by Google

perii ante Medorum Regnum an. *ex Petavio* 317. conficiet: nullo autem pacto Herodoti Teſtimonio cogetur, ut Initia Aſſyriæ Monachiæ octo ſæculis, quam ferat Petavii, Labbæi, Muſantii calculus, poſteriora fateatur.

Quid? quod hæc non modo non repugnant Herodoto, verum etiam conſentiunt, neque ſolum dici poſſunt, ſed ex Herodoti ſententia etiam debent? Ac primo quidem

Aſſyrios vocat *quondam omnium Principes, ſed tunc a Sociis per defectionem deſertos, alioqui per ſe bene habentes*. Quare ab his fuſum narrat Medorum exercitum, magnaque ex parte periiſſe. Hæc de Aſſyriis Herodotus, inclinante Medorum regno, proximiſque Cyro temporibus. Non igitur exorto Medorum regno proſtrata fuit Aſſyria dominatio, imo vero, debilitata licet atque imminuta perſtitit uſque ad Cyrum. At accipe Teſtimonium, quo uno de tota hac controverſia decerni poteſt, mirumque eſt illud tot eruditiſſimos Viros effugiſſe. L. 1. n. 184 pag. 73 Ed. Lugd. Bat. 1716:
„ Hujus Babylonis multi quoque & alii quondam Reges extitere, quorum in
„ exponendis rebus Aſſyriorum mentionem faciam (notat D. Thomas Gale Anglus in Notis Brevibus ad hunc locum, hos libros nunquam lucem vi-
„ diſſe) qui & muros amplius ornaverunt, & templa, & inter eos duæ
„ Fœminæ. Harum prior quæ quinque ætatibus ante poſteriorem regnavit,
„ vocata eſt Semiramis.... ſecundam Nitocris nomine .... & n. 188 p. 74 - Ta-
„ lis extitiſſe hæc Regina (Nitocris) memoratur adverſus *cujus Filium* La-
„ bynitum *Patris nomen & Aſſyriæ Imperium habentem Cyrus exercitum du-*
„ *xit:* „ Teſtis hoc loco Herodotus eſt de ſerie Monarcharum Babyloniorum, & Aſſyriorum, Teſtis eſt in ſerie hac Semiramidem, ac Nitocrim fuiſſe: Teſtis eſt hujus Filium Cyri temporibus Patri ſucceſſiſſe in Imperio Aſſyriæ. Quis ergo dixerit ex Herodoti ſententia Aſſyrium Imperium ſtetiſſe ſolum annis 520 ante Medorum defectionem, cum potius, ſi fides ipſi eſt, perduraverit una cum Medis uſque ad Cyrum?

Neque tamen hæc eo diſputavi, quod putem omnino aſſentiendum Herodoto iſta narranti; cum ſimilius vero videri poſſit, quod plerique veterum tradidere, non quidem poſt 520 ab inito Imperio Aſſyrio, ſed Arbace Duce rebellaſſe Medos, ſub Sardanapalo Aſſyriorum excuſſo jugo poſt mille fere trecentos a Belo annos. Nonne Herodotus ipſemet, licet Aſſyriorum ac Medorum hiſtoriam ad Cyrum uſque ea, qua expoſui, ratione deducat, alia aliis placere, ingenue ſcribit? Gnarus, inquit numero 95, trifarias alias eſſe de Cyro narrandi vias. „

Quam opinionem ex Herodoto ſibi viſus eſt colligere Uſſerius, eamdem ex Appiano Alexandrino deducit, qui in Præfatione ad Hiſtoriam, Romanum Imperium cum eorum, quæ præceſſerunt, magnitudine, atque amplitudine confert: at id quoque minus feliciter. *Aſſyriorum*, inquit Appianus, *Medorum, Perſarum tria maxima Imperia, ne tempus quidem nongentorum annorum æquare poſſunt*; quibus verbis non negaverim eum reſpicere ad Herodoti ſupputationem, qui florentiſſimum Aſſyriæ Monarchiæ ſtatum ante Medorum defectionem quinque ſæculorum ſpatio definit, quæ una cum periodo Regni Medorum annis fere 150: ac Perſarum annis 200, annos fere nongentos conficiunt. At perſpicuum eſt Appianum non ſecus atque

Digitized by Google

atque Herodotum de Monarchia Aſſyriorum intelligere ; quoad in ſummo potentiæ faſtigio conſtituta , & a deficientibus populis non imminuta *Maximum* re ipſa *Imperium fuit* . Utrum autem florentiſſimus hic ſtatus Aſſyrii Imperii quingentis ſolummodo , aut fere annis circumſcriptus fuerit , nihil mihi neceſſe eſt de hac re cum Herodoto , atque Appiano contendere : Quinque tantum ſæculis ſteterit maxima Aſſyrii Imperii amplitudo : non abnuo : dummodo octingentis præterea annis ante Medorum Regnum ſtetiſſe illud Imperium nonnihil quidem , aut magna ex parte debilitatum concedat nobis Uſſerius . Nimirum idem Romanorum Imperio contigit , quod multis licet attritum cladibus , ac defectionibus , ad aliquot deinde ſæcula perduravit .

§. I I.

De alio Herodoti Teſtimonio , quod Nevvtonus opponit contra vulgatam Aſſyrii Imperii vetuſtatem .

Ultro tamen fatebor aliam ex Herodoto elici argumentationem poſſe ab *Uſſerio* quidem prætermiſſam , ſed cui plus inſit momenti ad oppugnandam vetuſtatem Aſſyrii Imperii . Eam indicavit *Ricciolius* L.5. c.6. num.8 , avide autem arripuit *Nevvtonus in Brevibus Chronicis* , ſive Tom.3. Opuſculo XXII pag.6. Nolui autem ego tacitus præterire ; cum P. Souciet , qui Diſſertationes quinque contra Nevvtoni Chronologiam ſcripſit , Teſtimonii hujus examen omiſerit . *Sacra Hiſtoria docet* , ait Nevvton , *Aſſyriorum Imperium incepiſſe cum Pul , & Tiglathpilaſſer , ac ſtetiſſe centum ſeptuaginta circiter annis ; a quibus non alienus Herodotus poſuit Semiramidem quinque tantum generationibus , aut centum ſexaginta ſex annis circiter ante Nitocrim Matrem ultimi Regis Babylonis* : Revocentur in memoriam Herodoti verba , quæ ſupra recitavi ex L.1. n.184 , & 188 pag.73 & 74 : *Hujus Babylonis multi quoque , & alii quondam Reges extitere .... & inter eos duæ fœminæ : Harum prior quæ quinque ætatibus ante poſteriorem Reginam .... vocata eſt Semiramis .... ſecundam Nitocris nomine .... adverſus cujus filium Labynitum Patris nomen & Aſſyriæ Imperium habentem Cyrus exercitum duxit* : Non eſt autem dubium *ætatem* , ſeu *generationem* uſurpari ab *Herodoto* pro ſpatio annorum 33 fere , ita ut ex tribus Ætatibus ſæculum conficiatur . *Tres virorum generationes centum anni ſunt* , inquit *Herodotus* L.2. cap. ſeu num.142. Cum itaque a Semiramide ad Nitocrim quinque ætates , ſeu anni 166 effluxerint , ſi annos addas Nitocris , ejuſque Filii Labyniti a Cyro devicti , a Semiramide , ſive initio Monarchiæ Aſſyriæ ducentos circiter ad Cyrum , ſive Perſarum Monarchiam annos ſupputabis .

At hæc imprimis , quamvis Nevvtono utcunque faveant , a Semiramide ad Cyrum annos numeranti minus adhuc , quam ducentos , (quas anguſtias Aſſyrii Imperii Chronologi ad unum refellunt) , nihil prorſus Uſſerio ſuffragantur inter Semiramidem , ac Cyrum VII ſæcula recenſenti . Deinde neque admodum firmum argumentum Nevvtono præſtant ; non quod deceptum Herodotum dicam , qua ratione ſeſe ab hoc nodo Ricciolius *loc. cit.* expedit , arbitratus eſſe potius fidendum reliquis veterum : ne-

Google

que quod mendum ſubeſſe putem, de quo ſuſpicatus eſt V. Cl. *Thomas Gale in Notis Brevioribus*, ad hunc locum; ſed quod duplex reſponſum, utrumque idoneum reddi poſſe videam. Primum quidem eſt hujuſmodi: Non ſi Herodotus cenſuit Semiramidem a Cyro diſtare annis ducentis, idcirco totidem annis diſtare arbitratus eſt initium Aſſyrii Imperii. Ac reliqui quidem veterum, quos compertos habemus, utrumque ſtatuerunt, & Aſſyrii Imperii primordia vetuſtiſſima fuiſſe, ac Diluvio ſatis proxima, & in hac Imperatorum, ſeu Monarcharum ſerie primas tenere Belum, Ninum, Semiramidem: *Herodotus* autem cum primum horum ſine ulla dubitatione amplectatur (*a*), alterum ſecus narrare videtur ac cæteri, Semiramidem non ut alii faciunt in antiquiſſimis, imo vero in recentiſſimis ponens. Neque extra modum abſonum, abſurdumque videri debet ſimilem nonnihil in Chronologicis fuiſſe fortunam Jobi, ac Semiramidis, ut utriuſque ætas intra ambitum XII etiam ſæculorum vagetur, & quo quiſque ſæculo ſit locandus, contendant Scriptores. Id ſi minus arrideat præſto eſt reſponſum alterum: Nihil neceſſe eſt unam tantum Semiramidem nobis fingere: Aliam ab antiquiſſima Semiramide Nini uxore, eademque multo recentiorem, quæ & *Atoſſis* dicta eſt, agnoſcit *Muſantius* in ſerie Monarcharum Aſſyriorum, & poſt Muſantium V. Cl. *Thomas Gale* in Notis ad hunc locum *Herodoti*, idque commune eſt, ac vulgatum apud Scriptores: fortaſſe quam duobus ſæculis a Cyro diſtare dicit Herodotus, ea Semiramis *Atoſſis* eſt; quam alii quidem pluribus, ipſe duobus tantum ſæculis Cyro priorem facit. Quid ſi alia quædam præter duas Semiramis fuerit? Profecto quemadmodum Hiſtoriam, ac Chronologiam Romano-Germanici Imperii, Galliæ, Hiſpaniæ inverteret, ac perturbaret is, qui ubi nomina eadem invenerit, Caroli, Henrici, Friderici, Ferdinandi, Ludovici, Philippi, Monarcham eumdem intelligat, ita errare in pluribus eum oportet, qui in antiquis unum inter, atque alium Monarcham cognominem non diſcernat. De antiquiſſima Semiramide communi conſenſu veteres tradidere, aut condidiſſe Babylonis Urbem, ut *Cteſias*, & ex eo *Diodorus*, *Strabo*, *Trogus*, *Mela*, *Solinus* (*b*), aut ſaltem reparaviſſe; quo facit illud *Oroſii Lib.2. c.6. Babyloniam a Semiramide reparatam multi prodiderunt*; aut *Ammiani Marcellini L.23*, *Babylon, cujus mœnia bitumine Semiramis cinxit*: Nihil horum recentiori huic Semiramidi tribuit *Herodotus*: ſed hoc tantum Lib.1. n.184: *Hæc* (Semiramis) *per campum aggeres excitavit ſpectatu dignos, cum antehac flumen per eum omnem reſtagnare ſolitum eſſet*. Aggeres hi in Campo Babylonico unum opus ſunt, de quo Semiramis iſta commendatur: Babylon ipſa, Mœnia, Ædificia, Templa deſcribuntur quidem ab Herodoto eo ipſo in loco prolixe admodum a num.174 ad 184.: ſed de hac Semiramide ſiletur prorſus. Hæc

(*a*) Id conſtat, tum quia nihil diſerte habet contra eam vetuſtatem, tum quia eam indicant ipſius verba Lib.1. n. 184 p.73. *Hujus Babylonis multi quoque, & alii quondam Reges extitere, quorum in exponendis rebus Aſſyriorum mentionem faciam*. Cum Semiramis ex Herod. ſententia duodus fere ſæculis ante Cyrum vixerit, ipſe Herodotus uno prope ſæculo Cyro poſterior fuerit, hæc Semiramis recentioris memoriæ Herodoto erat, quam ut eam iis poſſet verbis comprehendere: *Multi quoque, & alii quondam Reges* &c. Videtur itaque antiquiſſimos innuere.

(*b*) Vid. Ricciol. L.5. cap.2. n.2.

Hæc cum mecum ipſe conſidero, non poſſum quin mihi perſuadeam recentem hanc Semiramidem longe diſtare ab ea, quæ Nini uxor in Regum Aſſyriorum primordiis prædicatur (*a*).

§. III.

Expenduntur Rationes, quibus Cl. Sevinus in Vſſerii ſententiam fere deſcendit.

ACcedam jam ad ea examinanda, quibus idem argumentum verſavit *Cl. Sevinus* in priore Diſſertatione de Aſſyriorum Imperio habita anno 1712. (*b*): Vetuſtatem Aſſyriæ Monarchiæ pluribus oppugnat, ejuſque initia Belum nempe, ac Ninum longe infra *Petavii*, ac *Muſantii* Epocham detrudit, ſin minus octo, quemadmodum *Vſſerius*, at certe ſex ſæculis, Belum Nini Patrem conſignans anno ante Trojæ excidium 320.

Equidem ſatis mirari non poſſum cur *D. Sevin* ſe dicat authorem novæ hujus opinionis, antiquitatem Imperii Aſſyrii adeo imminuentis, omneſque recentiores pro ea vetuſtate ſtare (*c*). Cum *Vſſerius in Annalibus* editis anno 1650. ideſt integro abhinc ſæculo, non modo 320 annis ante Trojæ excidium, quod opinatur *D. Sevin*, ſed longè infra; nempe 138 ante Trojam exciſam Aſſyrii Imperii primordia ſtatuat; *Vſſerium* autem ſecuti ſint plurimi; Teſte *Moreri* verbo *Aſſyrien*: ſimilia de recentioribus huic calculo ſuffragantibus repetit *D. Vallarſius*, in Tom.VIII S. Hieronymi Edit. Veron. ad Præfationem Euſebiani Chronici a pag.25, & ſæpe in ſequentibus. At miſſa faciamus iſta leviora. Authores ſententiæ ſuæ appellat *Thallum* apud Theophilum Antiochenum, *Herodotum*, *Appianum Alexandrinum*, *Dionyſium Halicarnaſſeum*, *Porphyrium*, *Macrobium*; quorum ne unum quidem ejus opinioni ſuffragari, confidenter pronuncio.

Theophilus Antiochenus, qui ſecundo Chriſti ſæculo floruit, ſextus ſuæ Sedis Epiſcopus *Lib.3. ad Autolycum num.29. pag. 399. Tomo operum*

b 2 *S. Ju-*

(*a*) Minime novum eſt, ut *in Herodoto* explanando neceſſe ſit diſtinguere perſonas cognomines. Eodem *L.1.n.8.p.3.* hæc occurrunt, ubi de Lydorum Regibus: *Candaules is, quem Græci Myrſilum nominant, Sardium fuit Tyrannus ob Alcæo Herculis filio oriundus. Si quidem Heraclidarum primus, Sardium Rex extitit Agron Nini filius, Beli nepos, Alcæi pronepos: Noviſſimus Candaules*: Gronovius in Notis, & Obſervationibus *in Herod.* ad hunc locum: *Quantarum turbarum*, inquir, *apud Eruditos cauſa, & fons fuit hic locus!* Ac ſane *Scaliger* L.3. Can. Iſag. p.327. *Quis*, inquit, *non miretur Ninum Beli filium unum ex poſteris Herculis fuiſſe, qui annis mille, ut minimum, Nino Beli filio, poſterior fuit? Aut eſt Herodoti* aut *Librariorum error*. *Marſhamus* in Sæc.XVII coarguit hanc narrationem, quemadmodum & *Tanaq. Faber in Epiſt. ad Petavium*: ſed optime *Gronovius* in Notis, & Obſerv. ad hunc loc. *Sicut*, inquit, *ſuos Ninos, & Belos jactavit Aſia major, ita videtur & ſuis narraviſſe Lydia, quos eximi illo a nobis non oportet*.

(*b*) Accademie d'Inſcription Memoires Tom.IV a pag.476.

(*c*) Je me contenterai de dire, que les Anciennes, & les Modernes de concert enſemble lui donnent la plus haute anciennetè: malgrè un conſentement ſi unanime &c. *Accademie des Inſcriptions: Memoires Tom.IV pag.485*

S. Juſtini Maurinæ Edit. 1742 *Inſtituta*, inquit, *noſtra longe antiqua, & certiſſima: nam & Beli Aſſyriorum Regis, & Croni Titanis Thallus meminit, Belum referens cum Titanibus adverſus Jovem, & Deos, qui ab ejus partibus ſteterant diuturnum bellum geſſiſſe .... Liquet igitur Moyſen antiquiorem eſſe omnibus Scriptoribus, & Crono, & Belo, & Bello Trojano. Nam ſecundum Thalli Hiſtoriam Belus antiquior invenitur Bello Trojano annis 322, Moyſem autem annis nongentis, vel etiam mille ante Bellum Trojanum extitiſſe ſupra demonſtravimus.*

Quid? ſi hæc intelligi perquam commode poſſunt de Belo Secundo, quem Euſebius cum Hieronymo Bel-Ochum vocat? Hunc anno 322 ante Trojæ incendium regnaſſe Muſantii ſupputatio conſentit, Trojæ exciſæ annum conſignans an. Mundi 2870, ex quibus ſi ſubduxeris 322 incides in 2548, cum regnaret Amynthes Pater Bel-Ochi illius in Imperio Succeſſoris: Qui ſi anno ætatis ſuæ ſaltem 18 regnum cœperit, quod minus veroſimile fuiſſe nemo dicat, vivebat utique an. M. 2548 nimirum 322 ante Trojæ incendium. Ac ſiquidem hujus Filia *Atoſſis*, ſive alio nomine *Semiramis* cum Patre *Bel-Ocho* annos 12 regnavit, & ſub Columbæ ſpecie culta eſt a Syris, quod *Muſantius* refert, facile contigerit, quod *Thallus* memoriæ prodidit, *Belum* hunc, ſeu *Bel-Ochum* veluti Deum Aſſyriorum habitum fuiſſe. His egregie ſuffragatur *D. Vallarſius*, præcipuus ſcilicet ex *Uſſerii* hac in re Sectatoribus Tom. VIII Ed. Veron. S. Hieronymi pag. 87. *Ex his*, inquit, *quæ hactenus diſputata ſunt, jam tenes Belum illum non Babylonium, ſive Nimbrodum poſſe credi, ſed longe recentiorem alium: eumque Aſſyrium, cum notum præterea ſit plures fuiſſe per Orientem Belos eo fere modo, quo in Græcia Joves.*

Cæterum, ſi placet, non repugno, quin ſtetur opinioni *Theophili Antiocheni* eo ipſo Opere ad Autolycum: Siquidem L. 2 pag. 370 num. 31: *Poſt Diluvium initium rurſus Urbium, & Regum ortum eſt in hunc modum. Prima Urbs Babylon, Orech, Archat, & Chalane in Terra Sennaar .... Harum Rex extitit nomine Nebroth. Ex his prodit is, qui Aſſur vocatur, unde dicti Aſſyrii. Nebroth autem ædificavit Urbes Ninive, & Roboam, & Calae, & Daſen, quæ contra Ninivem, & Calae ſita eſt. Ninive vero fuit Urbs imprimis magna* &c. & infra pag. 372: *Primorum autem Regum nomina ita ſe habent: Cæteri autem Aſſyriorum Reges, qui multis annis interjectis regnarunt, ſilentio prætermiſſi ſunt, Scriptoribus omnibus propiora ætati noſtræ tempora commemorantibus:* Hoc itaque inter nos liqueat, *Theophilum Antiochenum* ita cum *Thallo* agnoſcere Regem Aſſyriorum *Belum*, quem ſecundum interpretamur, 322 annis ante Trojæ incendium, ut ſeriem Aſſyriorum Regum Babylone, ac Ninive regnantium a proxima poſt Diluvium ætate repetat. Quicumque ad hanc diem pro vetuſtate Monarchiæ Aſſyriæ ſtetere Scriptores, fatentur omnes poſt prima initia magnum Monarcharum numerum ſolis nominibus innotuiſſe. Conſentit in idipſum *Theophilus*; qui ſi Nembroth appellat primo loco, eumque Babylonis conditorem vocat, quem alii Belum dicunt, nihil eſt mirandum, cum Eccleſiaſticis Scriptoribus ſolemne ſit. *Conditor illius Imperii*, ait Petavius Rationarii Temporum parte 2. L. 2. cap. 3. *Belus ab exteris, Nembroth a noſtris appellatur.*

Digitized by Google

latur. Scio *Ricciolium* Chronologiæ Lib.V. cap.II ſcribere non eumdem eſſe *Nembrotum*, qui & *Belus*: Cæterum, quamvis hic alter a Nembroth fuerit, *Ricciolio* tamen ipſi antiquiſſimus eſt, & ante ortum *Abrahami*.

De *Herodoti*, atque *Appiani Alexandrini* mente ſatis diſputavimus contra *Vſſerium*: quod vero inquit *D. Sevin*, fabuloſam *Dionyſio Halicarnaſſeo* videri longam retro antiquitatem Imperii Aſſyrii; mirum quantum a vero aberrat: *Denis d' Halicarnaſſe met au nombre des fables cette vaſte etendue des Siecles, que on avoit coutume d'attribuer a la meme Monarchie*: Atqui non iſta ſcripſit *Dionyſius*, cujus hæc ſunt verba *Lib.1. Pervetuſtum illud Aſſyrium Imperium, & quod ad fabuloſa uſque tempora revocatur, exiguam quondam Aſiæ partem obtinuit*. Audis pervetuſtum Aſſyriorum Imperium? Num his tibi videtur infirmari Antiquitas Aſſyrii Imperii, an vero confirmari mirifice? Nam illud de *Temporibus fabuloſis* detorqueri potuiſſe in tam alienum ſenſum valde mirandum eſt. Quam multa enim, quæ veriſſima ſunt, fabuloſis temporibus extitere? Nempe fabuloſis temporibus mundus erat, Reges erant, ac Regna, Provinciæ, Ditiones, Reſpublicæ. Quo enim alio nomine fabuloſa tempora a noſtris diſtant, niſi quod veri Reges, Duces, Regna, Bella, multis ſunt Poetarum Commentis permixta? Quod ſecus accidit noſtra hac ætate non fabuloſa. Profecto, ſi quod Imperium Dionyſius *pervetuſtum* Hiſtorica narratione dixerat, illud ſtatim *fabuloſum* pronunciaret, quam belle paucis in verbis ſibi egregie adverſaretur?

Je Croirois, que Porphyre n'a point compté autrement... Il ajoute que (Semiramis) *regnoit en Aſſyrie, ou du tems de la guerre de Troye, ou du moins peu de tems auparavant*: *D. Sevin* pag.480. Num hæc integra fide excerpta fuerint, palam facient Porphyrii verba, qui in 4 contra Chriſtianos Libro apud Euſebium Lib.1, & 10.De Præparatione Evangelica *Semiramis*, ait, *ante Iliaca, vel circa ea tempora fuiſſe ſcribitur*. Itaque hoc ſatis habet Porphyrius: ut ne poſt Iliaca tempora Semiramidis Epocha conſignetur: ſive circa, ſive ante illa, pluribus etiam, ſi velis, ſæculis eam regnaſſe, nihil hac de re contendit Porphyrius: Tantum abeſt, ut ſaltem *paulo ante* Trojanum Bellum extitiſſe pronunciet: *Ou du moins peu de tems auparavant*. Non hæc habet Porphyrius.

Reliquum eſt, ut de *Macrobio* dicamus. Is in *Somnium Scipionis* L.2. cap.10. *Ne totum*, inquit, *videamur de fabulis mutuari, quis non hinc exiſtimet mundum quandoque cæpiſſe, nec longam retro ejus ætatem, cum ab hinc ultra duo retro annorum millia de excellenti rerum geſtarum memoria, nec Græca quidem extet Hiſtoria?* Animadvertas obiter *Macrobium* floruiſſe quarto Chriſti ſæculo: quare cum ſcribit: *Vltra duo retro annorum millia*; tempus appellat annorum ante Chriſtum pluſquam mille ſexcentorum, proindeque ante Moyſis natalem diem, quem omnibus Hiſtoricis præceſſiſſe ajunt Scriptores de communi ſententia, atque *Huetius* imprimis in Demonſtratione Evangelica eruditiſſime exponit. Verum quid hæc ad Imperii Aſſyrii vetuſtatem? Eſto: nullus fuerit Hiſtoricus ultra duorum annorum millia a *Macrobio*, ſive quod fere idem valet, *ante Moyſem*: Numquid nullus ante Moyſen Monarcha? Quid eſt, quod cogat, ut maxima Imperia nonniſi coæva Hiſtoricis afferamus? Nembroti Regnum, Geneſis teſtimonio locupletiſſi-

Digitized by Google

tiſſimo confirmatum, inter fabulas computabimus, ſi quid hac ratione efficitur, ac concluditur; quis enim ambigat, quin hoc Regnum, ſive Aſſyrium appelles, ſive alio quocunque nomine, certe ſeptem, aut octo ſæculis ante Moyſem fuerit?

Pergit *Macrobius*: *Nam ſupra Ninum, a quo Semiramis ſecundum quoſdam creditur procreata, nihil præclarum in Libros relatum eſt*: Habemus argumentum alterum, quo mundi æternitas oppugnatur: de rebus præclare ante Ninum geſtis ſilere Hiſtoricos. Ubi hic quæſo leges, Ninum annis bis mille *ante Macrobium*, hoc eſt ſub Moyſis ætatem regnaſſe? Hiſtoricos ex omni antiquitate nihil ſupra Nini ætatem narrare, id enim vero Macrobius dicit; at Ninum bis mille annis Macrobio vetuſtiorem, hoc eſt Moyſi proximum, aut ſupparem, quid eſt in relatis verbis quod vel aſſeveret, vel innuat?

Iterum argumentatur Macrobius: *Si enim ab initio, ſive ante initium fuit Mundus, ut Philoſophi volunt, cur per innumerabilium ſeriem ſæculorum non fuerat cultus, quo nunc utimur, inventus? Non literarum uſus* &c. Confer hæc cum ſententia, quam Macrobio tribuit D. Sevin pag. 487. *Macrobe ... ſoutient, que le Monde avoit commencè, & qu'il ne ſubſiſtoit, que depuis un aſſez petit nombre de Siecles. Pour le prouver il allegüe les Hiſtoires Grecques, dont les plus anciennes ne remontoient pas plus haut, que Ninus, eſpace qui, ſelon lui, ne renferme guere plus de* 2000 *ans*: Quod ab eo Hiſtorico alieniſſimum eſt, quippe qui non ſpatium a Nino ad Macrobium, ſed ab antiquioribus Hiſtoricis Græcis ad Macrobium annis 2000 circumſcribit.

§. IV.

Num D. Vallarſius opinionem Uſſerii certioribus argumentis concludat?

ELaboratiſſimum opus Editionis Veronenſis S. Hieronymi debet præcipue Literaria Reſpublica V. Cl. Vallarſio, cujus hæc ſunt verba Tom. VIII ad Præfationem Euſebii pag. 25. *Hæc ſane vel falſa eſt, vel Cimmeriis tenebris obſcurior hipotheſis, quæ tantam Regibus Aſſyriorum vetuſtatem tribuit, ut Abrahami ortus cum Nino ætate concurrat .... Maxime urgent Herodoti Teſtimonium doctiſſimi recentiores Chronologi, qui Origines Regni Aſſyriaci tradunt, ut temere jactatam eorum Regum antiquitatem, ac ſeriem impugnent*. At de Herodoto nihil eſt, quamobrem ſolliciti ſimus, cujus verba nihil minus oppugnant, quam Aſſyriorum vetuſtatem: quæ res perſpicua, ac dilucida Herodoti expoſitione ſatis, ac pluſquam ſatis confirmata eſt. Quapropter, ſi temperatis, moderatiſque verbis utendum eſt, *Petavius*, *Labbeus*, atque innumerabiles clariſſimi Viri *poſt Julium Africanum, ac Hieronymum*, quorum veſtigiis *Muſantius* inſtitit, eam *Aſſyrii Imperii vetuſtatem temere jactaſſe* non ſunt dicendi. Rurſus antiquitatem hanc pag. 49 *Cteſiæ* fabulis accenſet *D. Vallarſius*, eumque tot, tantiſque Viris, qui huic ſententiæ patrocinati ſunt, impoſuiſſe queritur. At quibus iſta confirmat? Nempe argumentis, & rationibus oportet, quare quidque ita ſit, docere, non declamatorio dicendi genere affirmare potius, quam comprobare. *Ex his ipſis*, inquit Vallar-

larſius, poſtquam ex Euſebio recitavit Indiculum Monarcharum Aſſyriorum, *multa ſunt nomina ex Perſide Ægypto, ipſaque Græcia petita, cujuſmodi Xerſes, Armamithres, Spartæus, Amyntas, Laoſtenes, Mythræus, atque id genus alia, quæ ab Aſſyriorum nomenclaturis prorſus abhorrent*. Eſt hoc argumentum, ut mihi videtur, ex Nevvtoni Opuſculo XXII *Brevium Chronicorum* depromptum: *Regum Aſſyriæ nomina, nec Aſſyria ſunt, nec ullo pacto affinia nominibus Aſſyriis, quæ legimus in Sacris literis*; Ita Tom.3. Opuſculor. Nevvt. p.6. Latius autem hæc diſſerit Opuſculo XXIII *de Chronologia Veterum Regnorum emendata* cap.3. Mihi vero rectius ratiocinari videor, ſi dixero, Perſidem potius, Ægyptum, ipſamque Græciam ea nomina Xerſis, Armamithris, Spartæi, Amyntæ, Laoſtenis, Mythræi, & cætera generis ejuſdem ex veteri lingua Aſſyrii principis olim populi, mutuaſſe. Nimirum, hoc cum dico, a me ſtat univerſa antiquitas, quæ ea nomina Aſſyria eſſe ſuſcipit, agnoſcit, confitetur; ſi ſecus cum D.Vallarſio pronunciavero, quid niſi me divinaſſe dixero? *At*, inquit, *hæc nomina ab Aſſyriorum nomenclatura prorſus abhorrent*. Si de recentiori nomenclatura intelligit, non admodum contendo: ſi de veteri, ecquis rogo, ſibi tribuat veteris Aſſyriæ linguæ ſcientiam proximis ab Abrahamo temporibus uſitatam, atque ita tribuat, ut dijudicare poſſit, utrum ea nomina abhorreant ab antiquiſſimorum Aſſyriorum lingua, an vero congruant? Cum enim rerum omnium, ut ajebat Comicus, viciſſitudo eſt, tum maxime vernacularum linguarum: Id quod nemo non novit. Cum multa de Etruſca veteri lingua in controverſia, & contentione verſentur, hoc tamen inter omnes convenit, Hetruſcæ recentioris linguæ tantas eſſe diſſimilitudines, ac varietates a vetuſtiori, ut ſub eodem Hetruſco nomine loquendi facultates veniant non gradu tanto, ſed genere diverſæ, atque ſejunctæ: Sed quid ego vetuſtiſſima commemoro? cum ſermo Hetruſcus, quo ætas hæc noſtra utitur, tanta vocabulorum diſcrepantia ab illo differat, quem ſæculis proximioribus uſurpatum fuiſſe, tum Dantis carmina comprobant, tum S. Catharinæ Senenſis Epiſtolæ teſtantur: Ne quid dicam de Gallica lingua, in qua adeo variatum eſt, ut Pſalmorum Gallica verſio a Calviniſtis adornata ſæculo XVI a Gallis ipſis ætate hac noſtra pene non intelligatur.

Hæc cum ſatis perſpicua ſint, concidat neceſſe eſt Nevvtoni argumentatio reliqua: eſto Reges Aſſyrii, qui poſt Amos vaticinium VIII ante Chriſtum ſæculo regnarunt, conſueverint nomina ſua deducere a Diis ſuis, *Bel*, vel *Pul*, *Chaddon*, *Hadon*, *Adon*, aut *Adonide*, *Melech*, ſive *Moloch*, *Atſur*, vel *Aſſur*, *Nebo*, *Nergal*, *Merodach*; unde habet quod eadem conſuetudo obtinuerit in antiquioribus? Quam egregie falleretur, (liceat enim argumentationem exemplo obvio conficere), qui ſimilitudinem recentiorum cum veteribus nominibus in Catalogis Romanorum Pontificum, Imperatorum, Regum Galliæ, Hiſpaniæ, Angliæ intercedere debere divinaret? Quid ſi eumdem Regem inveniamus nominibus diverſiſſimis appellatum? cujus rei exemplum non in antiquiſſimis Monarchiis, ſed in Gallorum Regibus nobis exhibet Nevvtonus ipſe, cum ſuo Opuſculo XXV *Obſervationum in Danielem* Cap.VI: „ Initium nobis, inquit, faciendum a „ Theudomiro, quem Carnotenſis *Didionem*, Rhenanus *Thiedonem*, & *Theude-*

„ *me-*

„ *merum* vocat. Extat ejus effigies in aureo nummo, qui repertus eſt cum „ hac inſcriptione - *Theudemir Rex*, ejus Typum edidit Petavius. „

Longius fortaſſe, quam par erat, immoratus fuiſſe videri poſſum in Controverſia de Aſſyriorum primordiis, quæ præcipua novitas eſt Uſſeriani Syſtematis; verum oportuit hoc veluti ſpecimine iis ſatisfacere, qui nova placita, præcipue Uſſeriana, in Chronologicis nimium commendant (*a*); quibus ſi minus probavero Muſantii opiniones faciam tamen ut intelligant, curaſſe me, ne quid temere agerem, optimiſque rationibus factum eſſe, ut nihil gravioris momenti de Muſantii ſententia in controverſiis celebrioribus immutarem, cum ad eas oppugnandas nihil certi per Recentiores allatum ſit.

§. V.

Vindicatur breviter Muſantii opinio de Dynaſtiis Ægyptiorum contra Marshamum, *& Epocha Trojani excidii* contra Nevvtonum.

HOc utique conſilio non commiſi, ut quidquam immutaretur de Dynaſtiis Ægyptiorum, quas agnoſcit Muſantius, ſed poſt Aſſyriorum initia, contra atque Marshamus ſcribat, ex cujus ſententia vetuſtiores ſunt eæ Dynaſtiæ: nempe, ut ait Diſſertator *Memoires* de Treuoux &c. ad an. 1702 Apr. p. 151 *Je ne ſuis point du tout de l'avis de ceux, qui on dit, que le Chronicon du Cav: Marsham eſt une guide aſſurè* .... & infra pag. 168 - *Il y a ſans doute dans ce livre des recherches ſçavantes, & des conjectures heureuſes* (hinc Muſantius ejus opiniones amplectitur aliquando, ipſiuſque meminit honoris cauſa) *Mais on ne peut pas ſe fier a l'auteur. Il eſt de ces eſprit hardis, & imperieux, qui veulent perſuader a quelque prix que ce ſoit: qui debitent avec une entiere aſſurance les choſes les plus douteuſes: qui ecartent avec ſoin tout ce qui pourroit faire naitre au Lecteur quelque ſoupçon; qui du reſte ne ſe piquent pas de citer juſte, & qui ne prennent dans leurs auteurs que ce qui paroit les favoriſer, ſans s'embaraſſer, ſi le ſens eſt alterè, ou non. Ils donnent par là un tour fort brillant a leurs preuves, ils impoſent a beaucoup de gens, mais ils ne trompent pas les connoiſſeurs, & ceux qui n'epargnent point leurs peines pour trouver la veritè*. Quæ ſtudioſis adoleſcentibus legenda propoſuiſſe non erit inutile, ut de aliis judicium ferre præterea poſſint.

Trojæ excidium præcedit intervallo aliquo temporis Epocha Argonautarum; hanc *Nevvtonus* Opuſculo XXII Brevium Chronicorum, & iterum Opuſc.

(*a*) Ne tamen putes recentiores omnes in Uſſerii ſententiam deſcendiſſe. Stat pro controverſa antiquitate Imperii Aſſyrii *Pezron Antiquitez du Tems*, qui unus pro pluribus eſſe debet; Stat V. Cl. *Rollin*: Afferri poſſet *D. Fourmont Reflexions Critiques ſur l'Hiſtoire des Anciennes Peuples Paris* 1735, ſed ejus Siſtema (quemadmodum Cumberland ed. Londini 1720) cum *Sanchoniatonis fragmentis* innixum ſit, mirum ſi placere poſſit Viro Critico, qui regulas V. Cl. Melchioris Cani legerit Lib. XI de Hum. Hiſt. Auctoritate, cap. VI. Satis eſt enim ea *Fragmenta* perlegiſſe, quæ Fourmont ſub initium univerſa digeſſit, ut ſtatuas quam parum Fidei tribuendum Sanchoniatoni ſit, qui tam multa abſona, abſurda, fabuloſa narrationibus ſuis immiſceat.

Opuſc.XXIII Chronologiæ Veterum Regnorum Emendatæ cap.1.illigat anno ante Æram vulgarem 937, poſt mortem Salomonis 43. Trojæ autem excidium ante Chriſtum anno fere 904, poſt Salomonis obitum 76: Fateor ab hac Chronologia diſcrepare *Muſantium*, qui ſecutus *Petavii*, ac *Riccioli* calculos, atque eorumdem argumenta ſtatuit Trojanum incendium anno ante Chriſtum 1184, (qui ipſi eſt annus mundi 2870) quod & ſcripſit *Labbè* in Chronologia. Differt *Muſantius* a *Nevvtono* intervallo fere trium ſæculorum, ſive annorum 280: Argonautarum Epocham figit *Muſantius* anno ante Æram Vulgarem 1263, (qui ipſi eſt annus Mundi 2791) cum *Nevvtonus* ſtatuat anno ante Chriſtum 937, tribus ſæculis, & aliquot annis ſerius. Quare ex *Muſantio* inter Argonautarum expeditionem, & Trojæ incendium interponuntur anni 79, quod etiam habet *Petavius* in Chronico ex *Euſebio* juxta editionem Scaligeri. Addit *Petavius*: „ Hoc ſi verum eſt, „ tum aut falſum erit in ea expeditione fuiſſe Caſtorem, ac Pollucem *(qui* „ *nempe inter Argonautas vulgò recenſentur*) aut hos ipſos Helenæ fuiſſe „ fratres: aliter Trojani Belli tempore, (*nempe poſt annos 70*) anus hæc „ (Helena) decrepita fuiſſet. „ Qui alterutrum ex his eligat, Euſebii calculum ſecutus, ille quidem non improbabili ratione ducetur, & ejus difficultatis nodum ſolvet, quæ una incommodat ſectantibus hanc Cronologiam. Re ipſa Caſtorem, & Pollucem non fuiſſe inter Argonautas, neque id ullo teſtimonio evinci probat D. Comes Joannes *Rinaldus Carli* in Epocha Argonautarum edita an.1745 Lib.2. Nihil ergo neceſſe eſt locum hunc Muſantii corrigere, eoque magis, quod non modo P. Souciet in V. Diſſertatione contra Nevvtoni Chronologiam, ſed idem Comes Carli multa falſa, ac ſecum pugnantia enumerant, quibus Nevvtonianos calculos docent aberrare a vero. Vide hunc eruditiſſime differentem loc.cit. Satis fuerit ſtudioſo Adoleſcenti monitum Wolfii Elemen.Matheſ.Univ.Tom.V. cap.X. §.6. pag.101: „ Singulares vero prorſus, ſibique proprias de Chronologia an„ tiquorum Imperiorum fovet opiniones (Nevvtonus), ita ut enormis de„ tur inter ipſum, & cæteros Chronologos diſſenſus. Quamobrem eodem „ adhuc anno (1728) Arthurus Bedford idiomate patrio (*Angliæ*) ani„ madverſiones in Chronologiam Nevvtoni edebat Londini: oſtendit au„ tem Nevvtonum e diametro eſſe adverſum Scriptoribus Sacris, quæ „ adeo ratio eſſe videtur, cur ad eum confutandum adeo properaverit. „ Hæc Wolfius, cæteroquin Nevvtono addictiſſimus.

§. V I.

Opinio Muſantii de Epocha Vrbis Conditæ cum Vſſeriana, & Nevvtoniana comparatur.

ANnum Urbis conditæ Varronianum ſequitur *Muſantius* cum *Labbeo*, & pleriſque Scriptorum: nempe conditam dicit an.M.3301, ideſt Olympiadis VI anno 3 deſinente, ante Chriſtum 753: hanc ſententiam fuiſſe *non Varronis* tantum, ſed *Ciceronis, Plinii*, *Velleii Paterculi*, *Cornelii Taciti*, *Dionis Caſſii*, *Cenſorini*, *Plutarchi*, *Auli Gellii*, *Eutropii*, *Euſebii*, & Imperatorum *Claudii*, *Antonini*, ac *Philipporum* oſtendit eruditiſſime *Ricciolius* in Chronolog. L.4. cap.2: Non ſum neſcius miram fuiſſe opinionum varietatem de anno Natali Urbis, quas prolixe expendit Panvinius in Diſ-

ſert. ad Faſtos ; brevius *D. Boivin* Memoires des Litterature Tom.3. pag.42 & ſeq. quo loco adnotat extremas *Ennii* , & *Cincii* opiniones diſcrepare intervallo annorum 150 , cum *Ennius* natalem Urbis conſignet anno ante Æram vulgarem 879 , *Lucius Cincius* apud *Dionyſium Halicarnaſſenſem* anno ante Chr.729 : nempe ſerius anno Varroniano ſpatio annorum 24 ; At *Nevvton* in Chron. Brevioribus , & Chronologia Correcta longe adhuc ſerius anno Varroniano locat Natalem Urbis , nempe annis 102 tardius , ideſt anno ante Æram Vulgarem 627 : *Uſſerius* quoque poſt annum Varronianum Urbem conditam dicit , ſed tantum annis quinque , nempe Olympiadis VII anno IV, ante Æram Vulgarem 748 :

Neque Uſſerii , neque Nevvtoni opinio cogit , ut receptiſſimam Muſantii opinionem de Anno Varroniano corrigamus : *L'Epoque Varronienne nous ſuivons aujourd'hui plus communement* , ait , *D. Boivin* Memoires de Literature pag.42. At opponit Uſſerius in Annalibus ad an. M.3256 *Fabii Pictoris Romanorum Scriptorum antiquiſſimi* , *& Ludorum ſecularium a veteribus Romanis obſervatorum rationes* : Miror Fabii Pictoris ſententiam tanti valuiſſe Uſſerii judicio , propter ſcilicet inſignem antiquitatem . Vixit S. Irenæus ſub annum Chriſti 180 , neque id ſatis eſt , ut ejus opinionem de Vita Chriſti ad annum 50 producta amplectamur , quamvis is præterea affirmet L.2. adverſus Hæreſ. cap.39 duci ſe auctoritate quorumdam Seniorum Aſiæ ; Fabius autem Pictor anno poſt Urbem conditam 535 juxta epocham Varronianam , ſive 530 juxta Uſſerii calculum , vivebat Quæſtor Urbis : Præterea *Fabius Pictor* , uti *Plutarchus in Romulo* refert, fere omnia a Diocle Peparetho Græco mutuatus eſt : quod ipſum , licet ad alium finem, obſervavit Nevvton in Chronol. Emend. cap. 2. pag.40 Edit. Latinæ Genev.1744. Videat rerum æquus æſtimator , num is *Fabius Pictor Varroni* ſit præferendus , qui a Cicerone in Accademicis dicitur *facile* acutiſſimus , & ſine ulla dubitatione doctiſſimus , a *Quintiliano* L.10 c.1. Romanorum eruditiſſimus , a *Solino* cap.2 author diligentiſſimus : a *Plutarcho* - in *Romulo* - Vir in Hiſtoria præſtantiſſimus , a *Lactantio* Inſtit. cap.7 L.1. *M. Varro, quo nemo unquam doctior , ne apud Græcos quidem , neque apud Latinos* . Et tamen , cum hujuſmodi ratiocinatione utatur Uſſerius, ſunt , qui eum Petavio feliciorem , & accuratiorem Chronologum nobis venditent : utinam non multis etiam perſuaſiſſent .

At *Ludorum ſecularium a veteribus Romanis obſervatorum* rationes perſuadent . Ita quidem Uſſerius , qui nullo argumento in medium prolato, ſua tantum auctoritate , nominiſque apud eruditos exiſtimatione tantam rem ſe probare poſſe confidit . Ac quidem Onuphrius Panvinus ad L.1. Faſtorum Titulo de *Die* , *& Anno Urbis Romæ* cenſet Imperatores Auguſtum, Domitianum , Severum in celebrandis ludis ſecularibus ſecutos annum Urbis Varronianum . Ac quamvis id valde controverſum ſit , qua de re legendus *Petrus Zaffinus* Soc. Jeſ. in Libro eruditiſſimo de Anno Seculari , ſatis tamen eſt , ut ne id veluti certiſſimum *Uſſerius* ſuo veluti jure ſumat . Cæterum Claudium , Antoninum Pium , & Philippos Imperatores Varronianam Epocham ſecutos tam erudite , tam valide comprobat *Ricciolius* in Chronolog. Lib.4 cap.2 n.9 , ut ea argumenta diſſolvere dignum fuiſſet doctrina Sectatorum Uſſerii , qui poſt Ricciolium ſcripſere .

De

Google

De Nevvtoni opinione non admodum laboro : Is fundamenti loco ponit Generationes quidem ita ſe habere , ut tres occupent centum annos, ſingulæ fere ad 33; ſed tempora , quibus Reges imperare ſolent, breviora eſſe *in ratione* , inquit , *ferme quatuor ad ſeptem* ; quare unicuique Regno tribuendos 18 aut 20 annos adæquatis rationibus . Ita Tom.3. Opuſculor. tum Opuſc.XXII Brev. Chron. p.7 , tum Opuſc.XXIII de Chronologia Veteri Emend. cap.1. pag.42 , & 47 , & paſſim . Si quæras unde hoc habeat Nevvtonus ? Reponet id ſeſe inductione habere ex Catalogis Regum , quorum nobis tempora ſunt comperta . Inductionem hanc Opuſc.XXIII pag.42 prolixe exhibet . Hinc regulam illam ſuam vocat *ſolemnem naturæ legem* pag.93. ubi hac regula metitur tempora Regum Latinorum , ac Romanorum : Ac Romanorum quidem ſeptem Regum ſingulis Regnis *tribui poſſunt* , inquit 15 *aut 16 anni* , *rationes compenſando* , *cum eorum quatuor vel quinque fuerint obtruncati, & unus expulſus* : *Tribuantur* ſeptemdecim , *inde obtinebuntur centum viginti anni* , *qui retroverſum a Regifugio* (cujus Epocha certior aliunde eſt) *dinumerati* , *deducent ad 38 Olympiadem* , qua Romam conditam ſcribit anno ante Chr.627 , ſerius Muſantio annis 102.

Eadem Regula , ſeu *ſolemni naturæ lege* , de qua ſupra , invertit omnem Chronologiam Veterum Regnorum , falſique redarguit antiquos Scriptores ; cum enim ante Alexandri Magni obitum non numerarentur , ut ipſe cenſet , anni Regnorum , priora Regna cum Generationibus compararunt Hiſtorici arbitrio ſuo , ſi Nevvtono credimus , Regibuſque fere 33 annorum ſpatium in uniuſcujuſque Regno aſſeruere .

P. Souciet in IV Diſſertatione contra Nevvtonum oſtendit I. Longe ante mortem **Alexandri** M. fuiſſe veteribus in more poſitum , ut Regnorum annos conſignarent . II Veteres Scriptores non æquiparaſſe Generationibus annorum 33 tempora Regnorum : quod Inductione evincit . III Regna recentiora nobis comperta non ſequi Nevvtoni Regulam : quod etiam inductione conficit ; IV Hinc fieri , ut Regna Veterum non dicantur ab Hiſtoricis plus æquo diuturna præ recentioribus, imo plura recentia diuturnitatem habuiſſe majorem præ nonnullis vetuſtioribus ; ex quibus ruat neceſſe eſt Nevvtonianum Syſtema , veluti falſam rejiciens Chronologiam Veterum , eamque corrigens .

Verum ne longis diſquiſitionibus implicemur, unum hoc ſatis erit , ſi oculos intendamus in ſæculum proximè elapſum, nempe XVIII , in quo Ferdinandus II (*a*), & III, & Leopoldus Imperatores fere ſæculum explevere ; Henricus IV , Ludovicus XIII , & XIV ; imo poſtremi hi duo exceſſere etiam , quemadmodum Philippus III, & IV & Carolus II in Hiſpania; quis neget fieri potuiſſe duobus ſæculis in Romanorum Regno , quod in his Regnis ſcimus nuper contigiſſe ? Quod autem plerique interfecti fuerint , unus expulſus , nihil fere ad rem facit : Cum enim non ſucceſſione , ſed electione conſtituerentur, facilius contingere potuit, ut inter XX , ac XXX ætatis annum ad Imperium evecti Romulus quidem 37 , Numa 43 , Tullus Hoſtilius 32 , Ancus Martius 24 , Tarquinius Priſcus 37 . Servius Tullius 44 , Tarquinius Su-

(*a*) Ferdinandus II an. 1619 poſt Mathiæ mortem electus in Imperatorem , jam antea in Regem Bohemiæ , & Hungariæ electus fuerat . Leopoldus an.1705 obiit : Ludovicus XIII ab ann. 1610 . Ludovicus XIV ad an.1715.

Superbus 25, eſto poſt longum Regnum aliqui cædem ſubierint: quare adnumeratis Interregnorum annis ad 242 annos Regnum Romanorum ex Dionyſio Halicarnaſſenſi, & communi Chronologia pervenerit; nihilque neceſſe eſt, ut ſumma hæc contra Fidem hiſtoricam in ratione ſubdupla brevior fiat.

§. VII.

De Æra Vulgari Chriſtianorum. Num ejus veritatem merito Muſantius amplexus fuerit? Idipſum nuper præſtitit V.Cl.Horrebovius. Quid momenti habeat Pax Univerſalis naſcente Chriſto ad Æram Vulgarem oppugnandam? Expenditur Card. Noriſii argumentatio.

AT ſaltem correctione dignæ videri poterunt Muſantii Tabulæ in Epocha Natalis Chriſti; hanc,ſeu verius octavum ejus diem, ſive Circumciſionem omnino eamdem agnoſcit cum initio Æræ Vulgaris; quam, uti Clariſſimus *Horrebovius* fatetur Tom.2 Operum Mathematico-Phyſicorum in Diſſertatione de Vindiciis Æræ Vulgaris, *primus Scaliger impugnare cæpit;* (cujus oppugnatio) *apud Chronologos tam altas egit radices, ut nemo, quantum mihi notum eſt, hodie ſit, qui veritatem Æræ Dionyſianæ non neget*: cap.1.§.1. Me vero vehementer pudeat,Vulgarem Epocham correctione dignam exiſtimare, quam nuper Horrebovius, Proteſtantium & noſtrorum Scriptorum elogiis apprimè doctus, Diſſertatione ea peculiari anno 1741, ita probari putat diuturno mille annorum uſu in Occidentali Eccleſia, ut rationes poſt Scaligerum excogitatas facili, firmaque reſponſione elidi arbitretur: Idem Argumentum tractaverant egregia duo Chronologiæ lumina Labbeus, ac Ricciolius, ille quidem in *Ariadne Chronologica* Parte altera pag. mihi 605. hic vero Lib.VIII Chronol. Reform. a cap.1 & ſeq. *Dionis*, ac *Joſephi* Teſtimonia, quæ ſi *Petavio* credimus, gravioris momenti ſunt ad oppugnandam vulgarem Æram, ea ſatis diſcuſſit Cl. *Horrebovius* poſt *Labbeum*, ac *Ricciolium*. Duo ſunt Argumenta reliqua non mihi prætermittenda ex iis, quæ contra Vulgarem Æram producta ſunt, quorum alterum ex Pace Univerſali Chriſto naſcente, alterum ex Nummis quibuſdam depromptum eſt; utrique Argumento nomen, ac pondus addidit V.Cl. Card. Noriſius; ac primum quidem Horrebovius, una cum aliis nonnullis a Keplero prolatis, nonniſi contemnendo attingit, ſecundum argumentum omnino ſilet, quemadmodum & antiquiores Labbeus, ac Ricciolius, quibus incognitum fuit.

Card. *Noriſius* Diſſert. 2. De Cenotaphiis Piſanis cap. X pag.317. „ Hiſce conjecturis (De Jani Templo per Auguſtum tertia vice clauſo) „ probabilior videri poſſit ſententia Chriſtum natum exeunte Decembri A. „ Urbis 749. (integro ante Æram Vulgarem quadriennio, quandoquidem „ Æræ Vulgaris an. 1. ſit Urb. conditæ ſecundum Varronem 754.) Nam „ cum ex Traditione Patrum conſtet Pace ubique florente natum eſſe Dei „ Verbum, ac poſt annum Urbis 751. maxima Bella eruperint, ejuſdem Servatoris Nativitatem intra triennium (annorum Urb. 749., 750., 751.) „ quo Janus clauſus erat, ſtatuenda eſt poſt annum 748. Urb. conditæ: nulli vero probabilius, quam an.Urb. 749.

Ut *Noriſii* ratiocinatio clarius cognoſcatur, habenda præ oculis Tabel-

bella aliquorum Annorum Urbis ante , & poſt Æram communem : At præterea

Anni Urbis 749. animadvertendum argumentationem omnem ex eo
750. pendere , quod anno Urbis 752. & deinceps longa
751. ſerie, perpetua Bella fuerint; non igitur exeunte De-
752. cembri, ſeu die 25. ann. Urb. C. 753. natus eſt Chri-
753. ſtus, neque ejus Circumciſio incidit in primam diem an.
Æra Communis 754. Urb. 754. cum initio Æræ Communis , uti cenſent
755. qui hanc propugnant . At quibus rationibus illud
756. probat Noriſius ? nempe iſtis : *Anno* , inquit , *Urbis* 752. *Bellum Arabicum* , *Armeniacum* , *Parthicum erupere in aliquot annos duratura* : Tunc fuiſſe cæptum hoc bellum evincit ex *Ovidio* L. 1. de Arte , qui eo ipſo anno Urb. 752. poſt datam ab Auguſto Naumachiam ſcriptus eſt : ubi enim loquitur de Cajo Cæſare , quem Auguſtus ad Bellum Parthicum mittebat , hæc canit :

Ecce parat Cæſar , domito quod defuit Orbi
Addere ; nunc Oriens ultime noſter eris
Parthe dabis pænas &c.
Ultor adeſt , primiſque Ducem profitetur in annis &c.
Induit arma tibi Genitor , Patriæque , tuuſque
Hoſtis ab invito regna Parente rapit .

Præterea an. Urb. 754. exarſit Bellum Germanicum : Nam *Vellejus* L. 2. ſcribit Tiberium ab Auguſto adoptatum an. Urb. 757. , quem protinus in Germaniam miſit, ubi ante triennium exarſerat Bellum : nempe an. Urb. 754.

Cæterum has rationes non admodum firmas cenſeo . Ea cani ab Ovidio potuere , quamvis Parthorum defectio contigiſſet jam ab an. Urb. 748, uti cenſet Keplerus *De Epocha Natalis Chriſti* , aut 749. , ſeu 750. , ut ex *Vellej* L. 2. conſtabit , multoque certe ante an. Urb. 752. bellum exarſiſſet , quamvis alii illud Duces adminiſtraſſent, Cajus autem Cæſar puer, rebus jam feliciter per alios geſtis, miſſus in eas provincias ab Auguſto fuiſſet bello potius abſolvendo , quam gerendo : Nihil proinde obſtat , quo minus anno inſequenti Urbis Varroniano 753. ſancita pax fuerit , & Janus tertiò clauſus; eodemque anno die 25. Decembri, bellis ubique ſilentibus, natus ſit Chriſtus, uti Æræ Vulgaris proxime ſequenti anno incipientis aſſertores exiſtimant .

Satis iſta ſunt infringendæ Noriſii argumentationi , quæ Ovidii carminibus ſubnixa eſt : neque enim requiri aliud a nobis merito poteſt , quam ut adverſantibus rationibus reſpondeamus . Cæterum ita copioſe , & abundanter cauſa hæc mihi defendenda eſt , ut etiam probetur . Quod primum præſtabo teſtimonio *Oroſii* . Is gravis fuit Sæc. V Scriptor, cujus Hiſtoriam *Gelaſius* Papa in Romana Synodo egregie commendat : Lib. 6. cap. 21. „ Anno ; „ inquit, ab Urbe Gondita 752 Cæſar Auguſtus ab Oriente in Occidentem, „ a Septentrione in Meridiem , ac per totum Oceani Curriculum cunctis „ Gentibus cum pace compoſitis Jani portas tertiò clauſit „ eo anno natus eſt Chriſtus . Idem L. 1. cap. 1. recitat Natalem Chriſti an. Imp. Aug. XLII cum facta cum Parthis pace Jani portæ clauſæ ſunt , ac bella toto orbe ceſſarunt . Hanc pacem perduraſſe ; & ſequenti , & aliis præterea annis uſque ad XII affirmat . Nihil autem movere debet , quod Jani portas clauſas ſcribat

Digitized by Google

bat Oroſius an. Urb. C. 752, non ut diximus 753: fortaſſe enim ſecutus Oroſius eſt Faſtos Capitolinos, qui hoc loco unico anno diſſident a Varroniano, proindeque Capitolinus an. Urb. C. 752 idem eſt cum an. Urb. C. 753 Varroniano Calculo, quo nos utimur: quapropter re a nobis non differt Oroſius. Hic autem an.Urbis Conditæ Capitolinus 752, ſeu Varronianus 753 menſe Decemb. die 25 Natali Chriſti die erat quidem Annus Auguſti a Triumviratu XLIII, a die 27 Novemb. inchoatus, (a) cæterum *uſurpatione civili* propter viciniam Kalendarum Januarii ſequentium, a quibus annus Romanus tunc cum novis Conſulibus inibat, totum illud reliquum anni ſpatium, a 27 Novembris ad poſtremum Decembris diem,dici poterat Annus Aug.XLII: Eoque magis, quod Oroſius ſcripſit Natum Chriſtum *emenſo propemodum an.42. Auguſti*: Quod optime congruit diei 25 Decembris Capitolini An. Urb. Conditæ 752, ſeu Varroniani 753.

At demus *Scaligero* de Emendat. Temp. p.546 ed. 2. *Oroſium* intelligendum de an. Urb. Conditæ 752. Varroniano: firmiſſimum adhuc momentum rationi noſtræ ex Oroſio eſt: optimè enim componitur, quod An. Urb. C. Varroniano 752 miſſus fuerit Caius Cæſar, (quem puerum Ovidius vocat,) ad Bellum Parthicum jam antea, ac forte etiam longe antea inchoatum, illud autem eodem anno ſub finem abſolutum fuerit, Januſque clauſus: Cum vero pax hæc ex Oroſio ad annos duraverit ſit, ut Varronianus Urbis 753 pacifice abſolutus ſit, quod unum intendimus. Quod addit Oroſius Jani portas ad XII. annos clauſas fuiſſe, ac rubigine proinde obſitas, fateor repugnare Teſtimonio Vellej L.2.: Cæterum ſi falſus in hoc Oroſius fuit, (quod tam en uno Vellej Teſtimonio non admodum certò concluditur), numquid proinde conſequens eſt, ut in omnibus deceptus fuerit, atque in iis etiam, quæ nullo contrario Teſte eliduntur?

Magnum quoque opinioni noſtræ pondus contra Noriſium accedit ex *Vellejo* L. 2. qui cum narraſſet Tiberium An. Urb. 749 ineunte (ideſt poſt datam Virilem Togam Cajo Cæſari) Rhodum ſeceſſiſſe, hæc ſubiicit — *Senſit demum Orbis digreſſum a cuſtodia Neronem Urbis: Nam & Parthus deſciſcens e ſocietate Romana adiecit Armeniæ manum, & Germania averſis domitoris ſui oculis rebellavit* — Fatetur Noriſius rebellaſſe Germaniam anno Urbis conditæ 754, idque ex Vellejo evinci. Jam ſi Parthi deſcivere a ſocietate Romanorum an. Urb. C. 751, quis ſupereſt ſenſus Velleii verbis, niſi alieniſſimus, atque abſurdiſſimus? Nempe, ut oſtenderet Vellejus magnam jacturam feciſſe Romanum Imperium ſeceſſione Tiberii an. Urb. C. 749 idoneum ſane argumentum expiſcaretur ex enatis turbis quadriennio poſt, an.Urb. C. 752., aut poſt ſexennium an. Urb. C. 754.? Qua ratiocinatione quid magis abſonum, atque ineptum? Quod ſi, ut nos interpretamur, Parthicum ſaltem bellum ſtatim a seceſſu Tiberii excitatum fuerit, id enim vero aliquo argumento eſt Romanum Imperium ſtetiſſe conſiliis, ac ſagacitate Tiberii, quo ab Urbe proficiſcente ſtatim in Imperio turbatum ſit.

Quæ habet Noriſius de Bello Germanico cæpto an. Ur. C. 754. qui primus eſt Æræ communis, nihil nobis adverſantur, ac repugnant; qui Natum Chriſtum aſſerimus pacato Orbe die 25. Dec. præcedentis anni, a quo die octavus numeratur dies Circumciſionis, idemque initium Æræ Vulgaris: Notum

(a) Vide Ricciol. L.4. cap.7., & Lib.8. cap.5. num.6.

tum eſt ſiquidem communem, qua utimur , Chriſtianorum Æram a Circumciſione inchoari . Hujus primo ipſo anno, ſi Bella exarſiſſe dicas , nihil id faciet contra Patrum Traditionem de pacifico Chriſti adventu .

§. VIII.

Proponitur , ac diſſolvitur Argumentum alterum contra Æram Vulgarem petitum ex Nummis Herodis Antipæ , & Antiochenorum

USi ſunt hoc argumentandi genere V. Cl. Rigòrd , Vaillant , ac Card. Noriſius . Atque hic quidem in fine Diſſertationis de *Nummo Herodis Antipæ* Tom.II. Operum Ed. Veron. pag.664 *Si*, inquit , *Nummus iſte Herodis Tetrarchæ legitimus ſit , impoſterum , cæteris de Natali Chriſti opinionibus antiquatis , unica prævalebit* , ea ſcilicet opinio , quæ Chriſti Natalem ſtatuit quatuor annis ante Æram Vulgarem (*a*) . Audio nonnullos , qui dicant , non eſſe admodum de hoc Nummo laborandum , quod deprehenſum fuerit eum non eſſe legitimum . At hoc Reſponſo ſatis non fiet eruditioribus . Qui enim periti Viri falſum eſſe Nummum teſtati ſunt , iidem aſſeruere Nummum è vero , ac legitimo expreſſum (*b*) . Perſeverat itaque inconcuſſum argumentum . Præterea eadem, quæ ex Nummo Antipæ argumentatio a Noriſio conficitur, à Cl. Vaillant proponitur in Nummis tribus Antiochenis . Denique cum Card.Noriſius non de hoc quidem ſollicitus fuerit, utrum Nummus eſſet nec ne legitimus ? ſed hoc confirmaverit integra, ac prolixa Diſſertatione , ex eo Nummo , ſi legitimus ſit , ÆramVulgarem falſam demonſtrari, non fruſtra hunc ego laborem ſuſcipiam, quo contendam illud ex Nummo Antipæ , aliiſque , etiam ſi legitimi ſint , non demonſtrari .

Itaque eruditiſſimus Card. Noriſius Tom.2 Operum Diſſertatione de *Nummo Herodis Antipæ* Nummum repræſentat ærei , ac minimi moduli , in cujus prima parte græcis literis legitur , quod latine ſic habet - *Cajo Cæſari Germanico Auguſto* - & retrorſus cum ramo palmæ - *Herodes Tetrarcha Anno* 43 - Hæc eſt autem argumentationis vis , ſi multa quæ copioſe in ea Diſſertatione diſputantur , in pauca contrahas .

Annus 43 in Nummo obſignatus notat annum adeptæ Tetrarchiæ , ac Principatus :

Annus autem 43 Tetrarchiæ adeptæ ab Herode Antipa , licet ſolummodo inchoatus, aut etiam proxime inchoandus ponatur, cadere nequit infra annum Urbis cond.792 , qui eſt Julianus 84 , & Æræ Vulgaris 39

g itur, retrorſus numerando,annus primus Tetrarchiæ Herodis Antipæ erit

(*a*) Natalis Alexander Sæc.I Diſſ.II in in Schol. ſuam hanc opinionem quadriennio diſſidentem ab Æra Vulgari ait *inviſſe* confirmati a Card.Noriſio ex Nummo Herodis Antipæ; de quo ante Noriſium Diſſertationem ſcripſerat D. Rigord ad Æram Vulgarem oppugnandam , quæ Diſſertatio prodiit Typis Florentinis an.1691 , & ante prodierat 1689.Conſentit Frœlich Diſſ.I p.45

(*b*) In Notis ad Jobert *La Science des Medailles* Tom.2. pag.444 - La Medaille (d'Herode Antipas) ayant de nouveau examinèe par M. L'Abbè de Rothelin Meſſieurs de Boze , & de Cleves , ils ont jugè , qu'elle etoit moulèe ſur une antique , & le vernis , qui cede aiſement au poinçon , & qui par conſequent eſt moderne , ne permet gueres d'en douter. M. Le Preſident de Mazaugues , dont l'amor pour les lettres eſt connu de tout le Monde a ſouhaitè , que le Public fut inſtruit de ces particularitez &c.

erit Urbis conditæ 750, ſive Julianus 42, ſive quartus ante Vulgarem Epocham.

Jam autem primus annus Tetrarchiæ Herodis Antipæ eſt annus ipſemet mortis Herodis magni Deceſſoris, quo vivente Chriſtus, ut Evangelium docet, natus eſt: Hic itaque natus eſt ſub annum Urbis conditæ 750, Julianum 42: nempe ſub finem ann.U.C.749 ſeu ann.Juliani 41 menſe Decembri; quam Petavii, & aliorum ſententiam ampleɛti ſe profitetur Norifius.

Secundam propoſitionem multis probat doctiſſimus Cardinalis: Ac ſane quamvis Tetrarchia Herodis Antipæ producatur ad A. U.793, ut *Petavius*, pene eadem eſt difficultas, nec infra hos annos dici poteſt cuſus hic Nummus, quandoquidem Cajus menſe Januario anni U. C.794 interfeɛtus eſt.

Primam eruditæ hujus ratiocinationis propoſitionem non probat Noriſius: Atqui illa mihi falſa eſt, nullamque pro ſe habet rationem validam. Quid enim cogit,ut dicam Nummum deſignare annum 43 Tetrarchiæ per Herodem Antipam adeptæ? Quidni deſignet annum 43 ab eo tempore, quo Herodes Magnus Antipam Teſtamento inſtituerat Hæredem Regni totius, quod aliquot annis ante mortem Magni Herodis accidit; puta anno Urbis 750, ante Æram Vulgarem 4 quo Auguſtus reconciliatus Herodi Magno poteſtatem ei fecit judicandi de Filiis? Vide ex Joſepho Ricciol. in Chronico.

Et illud quidem Teſtamentum memorat Joſephus L.17. Antiq. cap.4. ubi de Herode magno, ſeu Infanticida -- *Mutata voluntate mutavit Teſtamentum: Antipam enim, quem prioribus Tabulis ſucceſſorem deſtinaverat, Galilææ ſimul, ac Peræa Tetrarcham conſtituit* -- Cui narrationi ultro aſſentitur ea Diſſertatione Noriſius. Id declarari poteſt exemplo non incongruo. Compertum eſt Nummum Iubæ Junioris, in cujus poſtica parte clava eſt cum ſuis literis ETME permixtis cum laurea corona; quarum literarum facilis ex Græco interpretatio eſt ETous ME: Anno quadrageſimo quinto: cæterum cum ejus Regnum ad 45 an. non pervenerit, Harduinus, Jobert Science des Medailles Tom.2 pag.200, & alii ad novas interpretationes excogitandas adacti ſunt: Fuit autem (vide Jobert pag.201 Remarque) qui ut nodum ſolveret, animadvertit ex Dionè L.71 p.434 Jubam Juniorem Regem ab Auguſto declaratum ſub finem An. U. C.724, aut initium 725, quamvis ei nonniſi Cantabrico Bello abſoluto An.U.829 Getuliæ partem, ac Regna Bogud, & Bocchus loco Numidiæ conceſſerit. Quod ſi ab an. U.725, quo Rex non re, ſed verbo inſtitutus eſt, numeratio ineatur, utique potuit anno U.770 nummum cudere, quo Principatus 45 annus notaretur: eo autem Urbis anno vixiſſe adhuc Jubam ſatis oſtendit Eruditiſſimi P. Souciet *Diſſert. ſur les Medail.de Pythodoris p.3.& ſeq.* Eidem fere ratiocinationi locus eſt in re noſtra. Eoque magis, quod prioresillæ Tabulæ tanti fiebant, tum ab Antipa, tum ab uxore Herodiade, ut re ipſa conjugis impulſu, & æmulatione Agrippæ, qui Tabulis poſterioribus ſibi prælatus fuerat, Romam venerit ad Regnum impetrandum priori teſtamento ſibi debitum: Hoc autem accidit eo ipſo anno Urbis 792. juxta Noriſii ſupputationem, nempe ſub id tempus, quo nummum cuſum fuiſſe ponit, a qua ſupputatione itineris ab Antipa ſuſcepti uno tantum anno diſcrepat Petavius in Chronico.

Ex his conficitur non potuiſſe quidem Antipam nummum cudere cum anni

anni 43. inſcriptione, ſiquidem numeratio incæpiſſet ab anno mortis Herodis M. quo ipſe Tetrarchiam iniit, iſque annus ponatur I. An. Æræ Vulgaris; a qua ſolummodo numerare potuiſſet an. 40: Sin autem numeravit ab anno prioris Teſtamenti, quo Hæres regni inſtitutus fuit, nihil fuit, cur annum 43., aut etiam 44 inſcribere non potuerit: Quandoquidem D. Vaillant Diſſertatione *de Chriſti Natalis Epocha ex Nummis eruenda* Memoires de Literature Tom. III pag. 202 alium memorat Herodis Antipæ Nummum priori hoc uno diſſimilem, quod inſcribitur an. 44 Ex quo novum a nobis argumentum conſurgit: Etenim ex ipſiuſmet Noriſii ſupputatione vix 43 annum Tetrarchiæ inchoavit Antipas, cum relegatus a Cajo fuit, & Tetrarchia Agrippæ ceſſit, tantum abeſt; ut Nummum Vaillant cudere potuerit cum inſcriptione an.44. Hæ itaque numerationes, atque iſta præcipue annorum 44 aliud quidpiam deſignant, non annum Principatus, uti vult Noriſius; quod ipſum ſua peculiari Diſſertatione ſtatuere aggreſſus fuerat D. Rigord.

D. Vaillant Diſſertatione, quam nuper memoravi, Nummos tres Urbis Antiochiæ produxit ad Æram Vulgarem falſitatis revincendam. Singulis ex antica parte eſt Jovis caput abſque inſcriptione: Ex alia vero Mulier cum corona turrita, ac palma, & Græca Inſcriptione, quæ ſic latine effertur *Antiochenſium ſub Varo*, inde prior quidem Nummus duas Græcas literas numerales EK, nempe XXV anno, alter habet an.XXVI, tertius XXVII. Vis autem argumentationis, quæ ex ea prolixa, atque implexa Diſſertatione elicitur, eſt hujuſmodi.

1 Anni 25, 26, 27 in Nummis cuſi iis annis reſpondent, quibus Varus Triennio præfuit Syriæ, ſub cujus Præfectura Herodes Magnus obiit, ejuſque bona Fiſco addicta, uti Joſephus teſtatur.

2 Anni iidem ſunt Actiaci, ſeu numerantur poſt Auguſti victoriam Actiacam ab anno Urb. cond. 723, cui ſi addas 25, 26, & 27 fient anni Urb. cond. 748, 749, & 750, qui erit poſtremus Præfecturæ Vari, iſque annus, ſaltem coincidet cum Herodis Magni morte, eritque poſt Chriſtum natum annus primus.

Cum autem an. Urb. cond. 750 Varronianus quatuor annis præcedat Æram vulgarem, hinc etiam annus obitus Herodis Magni quadriennio præcedet Vulgarem Æram: Annuſque Chriſti natalis, ipſo obitu Herodis aliquot menſibus prior, Vulgarem Æram quadriennio præcedet.

At quæſo quibus rationum momentis Vaillantius illud evincit, eos annos 25, 26, & 27 eſſe *Actiacos*, & poſt victoriam Actiacam numerandos? Nullis prorſus. Doctiſſimus Cardinalis Noriſius, qui prior in Nummis Antiochenorum ſibi viſus eſt deprehendiſſe Æram hanc Auguſteam, ſeu Actiacam, ingenue fatetur de illa altum fuiſſe apud Scriptores ſilentium: Hinc Diſſert.3 de Epochis Syro-Macedonum cap.VII tom.2 Oper. *In Nummis*, inquit, *Antiochenorum alia Epoca utraque* (Pompejana, ac Cæſariana præter Æram Seleucidarum) *ſuperius deſcripta recentior occurrit, cujus nec vola, nec veſtigium apud Scriptores uſpiam reperitur* -- Nihil eſt quod tam ad rem meam faciat, quam ingenua iſta confeſſio. Cum ii numeri Antiochenorum numiſmatum 25, 26, 27 non uſitatam, ac celebrem jam antea Epocam deſignent, ſed novam quandam non antea perſpectam, quid eſt quod aliis divinando liceat ab an.Urb.C. 723 numerare, nempe poſt Actiacam victoriam, mihi vero non

Digitized by Google

liceat aliter interpretari, initio ducto quadriennio ſerius ab anno Varroniano Urbis 727; quo anno conſentientibus Chronologis ex Cenſorino, & Dione apud Petavium L. 10 de Doctr. Temp. cap. 72. *Nova Æra*, ſive *anni Auguſtorum Romani incipiunt. Memorabilis*, inquit Petavius, *hic annus eſt ... Hactenus enim ſummum dominatum vi, ac citra conſenſum civium uſurparat*, ... Cum ... *deponere hoc anno voluiſſet, id effecit, ut imperium ſibi a Senatu, populoque confirmaretur. Quod ut popularem eſſe demonſtraret, ita temperavit, ut Provincias non omnes ſibi ſumeret, ſed partem illarum populo permitteret, partem per Legatos ſuos adminiſtraret ... Quocirca novum ab hoc anno initium Imperii duxit Auguſtus. Nam & Imperium ipſi a S. P. Q. R. decretum, & Auguſti nomen impoſitum, & gerendi in poſterum Imperii forma quædam eſt, ac ratio conſtituta*.

Jam vero quemadmodum ſi numeres ab an. Urb. Cond. 723. omnia egregie quadrant in calculos Noriſii, ac Vaillantii contra Æram Vulgarem, ita ſi numeres ab an. Urb. 727 omnia perbelle cadunt in calculos meos, & Æram Vulgarem confirmant. Nam ſi anno 727 addas, 25, 26, 27, triennium Præfecturæ Vari expletum eſt annis Urbis 752, 753, 754, qui poſtremus Vari annus, idemque mortis Herodis eſt etiam Æræ Vulgaris primus.

Nihil autem ad rem facit, quod in eadem Diſſertatione 3 Epoch. Syro-Macedonum doctiſſimus Cardinalis expendat Nummos aliquos ſub Silano Syriæ Præſide cuſos; in quibus numeri explicari non poſſunt, niſi deſignent Epocham Antiochenam Actiacam: Eſto id ita ſit, quod tamen non omnino planum eſt, nec omnis difficultatis expers. Satis mihi eſt, ſi Nummi ſub Varo cuſi, quorum nexus eſt aliquis cum Æra Vulgari, interpretationem patiantur omnino aliam ab ea, quam Noriſius, ac Vaillantius conjecere.

Plura ex aliis controverſiis mihi eſſent ad manum, quibus oſtenderem, in iis argumentis, quibus ſibi maximopere Recentiores nonnulli placent, non eſſe ut putant, momenta maxima ad perſuadendam aliam a Petavio, ac Labbeo Chronologiam: Verum quæ huc uſque diſſerui nimis multa pro Epiſtolari Apologetica Diſſertatione, ſeu potius Apologiæ Specimine, quamvis pro rerum gravitate, ac difficultate fortaſſe pauca. Satis tamen, opinor, erunt, ut ſi qua in hac Chronologia occurrant a Recentiorum plurium placitis aliena, ea ſapienter diſcutiantur, non illico reprobentur, neque plus æquo confidentius inter errores recenſeantur. Qui adornarunt Editionem Rationarii Temporum Venetiis 1733, & 1749 poſt Pariſienſem, Lugduno-Batavam, Colonienſem, ſeu Genevenſem in notulis nihil crepant frequentius, quam Petavii *errores*, eorumque correctionem; ita nimirum *erroris* opiniones inſimulant, de quibus adhuc quæritur inter Eruditos. Ab ipſa pag. 5 Tom. I. Ed. Ven. 1733 *error* vocatur, & pag. 7 *parum accurata* Chronologia dicitur, qua Petavius Abraham natum ſcribit anno Thare 70. Quis hoc patienter ferat, ut Præfatiunculæ, aut Notularum Auctor, *erroris* notam inurat ſententiæ, a qua nemo Veterum, qui alicujus momenti eſſet, diſſenſit, Teſte *Petavio* L. 9 de Doctrina Temporum c. 18? At ad eam infirmandam, nova eademque validiſſima argumenta protulerit tantus Cenſor. Imo vero, quæcumque ſibi Petavius objecerat, recoquit. Ego quidem cum Muſantio contrariam Petavio ſententiam propugno, argumentis motus Riccioli L. 6 c. 2 n. 8, in quibus plurimum eſt, & novitatis,

& ro-

& roboris (*a*). Longe tamen ab ea confidentia abſum, qua opinionem Petavii, ac Veterum, diſputationi adhuc obnoxiam, erroris nomine traducam.

§. ULTIMUS.

Num redarguendus Muſantius ſit, quod non modo Petavium, ac Labbeum, verum etiam pro loco, ac tempore Genebrardum ſequatur, Salianum, Gaulterium, Ciacconium, Raynaudum, Spondanum. Expenditur judicium, quod de Saliano, Gaulterio, Genebrardo tulit D. Langlet de Freſnoy.

DE *Genebrardo*, *Saliano*, *Gaulterio*, *Ciacconio*, *Raynaudo*, *Spondano*, quibus ab ipſa Operis Præfatione inhæſurum ſe *Muſantius* profitetur, ſcio quid plures Stylo liberiore ſcripſerint: Ego autem ſic ſtatuo. Suos eſſe his auctoribus nævos nihil ambigo, imo ecquis adhuc extitit, cui non inerint? Humanam ſcilicet omnibus fidem præſtamus, non divinam: Docti atque eruditi fuerunt, ſed tamen homines. Non quod errores aliquos admiſerint, idcirco nulla in re eſt illis fides præſtanda. Hoc ipſum eſt, in quo accurato Criterio opus eſſe video, ut ne omnia promiſcue, aut probentur, aut rejiciantur. Caruerit Spondanus Romanis Epiſtolarum, ac Regeſtorum ſecretioribus Monumentis. Num illi fidem propterea detraham, cum de iis agitur, quæ ſatis aliunde habent & firmitatis, & roboris? Is fuerit Raynaudus (*b*), qui ſæpe non ſatis diſcreverit inter Veteres, ac Recentiores auctores, bonos inter, ac malos, omneſque promiſcue ad ſua confirmanda adhibeat: Quid hoc obeſt geſtarum rerum narrationi, ſi bonis Scriptoribus malos etiam adjiciat, ſi Veteribus recentiores? An non traditionis humanæ præſtantia augetur, cum videmus in idem conſpirare omnes, cum bonis malos, cum Veteribus recentiores? An non plura ſunt Facta Hiſtorica Ævi inferioris, quibus confirmandis fruſtra quæras Scriptores veteres, ac probatiſſimos? Accedit plurima eſſe, quibus teſtificandis ſatis habent auctoritatis Scriptores, rudes cæteroquin, impoliti, indiligentes, cum aut quod ipſi viderint, aſſeverant, aut quod a Viris fide dignis acceperint, gravioribus Scriptoribus non refragantibus. Valent eadem iſta ad plura, quæ *Ciacconius* refert, vindicanda. Lapſus fuerit *Gaulterius*, liberaliter uſus Epiſtolis Apocryphis Pontificum Siricio antiquiorum, aliiſve Monumentis ea, quæ florebat ætate, centum quinquaginta ab hinc annis receptiſſima; leves iſtæ ſunt maculæ, quibus, quod reliquum eſt Tabularum Chronographicarum Gaulterii non inficitur, aut inquinatur: Qua diligentia opus ſuum concinnaverit doctiſſimus Vir Hebraici, Græcique Sermonis peritiſſimus ſatis probant hæc ejus verba in Præfatione; *Cum ex centum*, inquit, *teſtimoniis*, *vix unum aut alterum ſit*, *quod non ego ex ipſis fontibus hauſerim*. Erraverit *Genebrardus* in Chronologicis quibuſdam ſupputationibus, quas merito *Petavius* in Libris de Doctrina Temporum re-

d 2 dar-

(*a*) Labbeus, ac Muſantius a M. condito ad Chriſtum annos numerant 4053, Petavius 3987: differentia eſt annorum *66*: Id diſcriminis ex hac præcipue controverſia naſcitur de Anno Natali Abrahæ: hunc Petavius conſignat an. 70 Thare, & Labbeus, ac Muſantius an. 130, ideſt 60 annis ſerius: quare 60 annorum numero augetur tempus a Mundo condito ad Chriſtum: reliquum eſt diſcrimen annorum 6 utique contemnendum: quare in reliquis fere conſentiunt Petavius, Labbeus, Muſantius.

(*b*) *V. Dupin Bibl. Eccl. verb. Raynaud.*

darguerit. Cæterum Vir inter ſui ſæculi Doctiſſimos merito recenſendus ea uſus eſt hiſtorica eruditione, ut dignus Elogiis fuerit, quibus *a Dupinio* merito cumulatur: *Biblioth. Eccleſ. Tom.XVI* verbo *Genebrardus*. Temere proinde, atque inconſulto ſcripſit *Langletius Metodo per ſtudiare la Storia* Tom.I pag.12: *Taccio un gran numero di cattivi Cronologiſti, come il Genebrardo, il Gaultero, e mille altri, i nomi de quali altro non fanno, che aggravare inutilmente le memoria*: Idem Scriptor Tom.2 p.26 - *Saliani Annales - Opera di poco Vſo, benchè voluminoſa*, - & infra - *Epitome Annalium Saliani - Queſto riſtretto da Dotti non è ſtimato* - Et Tom.I pag.13 - *Saliano, Torniello non corriſpondono troppo alla buona Opinione, che fa naſcere la groſſezza de loro Volumi*: At in Saliano ea eſt ubertas omnigenæ Eruditionis ad controverſias tractandas, ea in ſacris, prophaniſque Scriptoribus recenſendis copia, ea in librandis argumentis vis, atque ratio, ut ipſius Annales pro Bibliotheca ſint, housefonteſque indigitaverint, ex quibus poſteriores, ipſi etiam qui eum vel non commemorant, vel etiam carpunt, maximo commodo, atque utilitate profecerint.

Neque hæc eo ſcribo, quo putem noſtros *Salianum*, atque *Gaulterium* ea abſolutiſſima Chronologiæ Scientia inſtructos, quam in *Petavio* miramur ex Mathematicorum Cyclis & Calculis, atque Aſtronomicis Theoriis, quamque unus deinde æmulatus eſt *Joannes Baptiſta Ricciolius*, *Scaligero*, ac *Petavio* merito accenſendus, Teſte celeberrimo *Wolfio* Tom.V. *De Scriptis Mathematicis* cap.X.§.4. aliiſque eruditiſſimis (*a*).

Ut iſta *Saliano*, ac *Gaulterio* deſint, egregia tamen in illis eſt Hiſtoriarum notitia, eaque Temporum doctrina, quæ ex probatorum Auctorum Teſtimoniis eruitur, quæque ſola plerumque adjumento eſſe poteſt ad Hiſtoricos, & Chronologicos uſus. Sublimior illa ſiquidem, quam in *Petavio* ſuſpicimus, quoniam plerumque *Data deficiunt*, glorioſior illi fuit, quam aſſertionibus Chronologicis demonſtrandis utilior (*b*), magiſque valuit ad Scaligeri errores revincendos, quam propriis opinionibus confirmandis. Quod ſatis eſt experientia comprobatum. Etſi enim Langletio ultro concedam Petavii Opus *de Doctrina Temporum* commendanti Tom.2 Metodo p.16. *Queſt'Opera è d'un Immenſa, e profonda erudizione: non s'è per anco fatto un libro più dotto ſopra la Cronologia*. Numquid tamen ſua ita probare literatis viris *Petavius* potuit, ut certa faceret, & adverſantes aliquando *Saliani* opiniones abſolutæ falſitatis revinceret? Hæc nullus aſſerere audeat, qui noverit præcipuas horum Scriptorum controverſias adhuc eſſe ſub Judice; ne quid de iis dicam, quæ *Ricciolius* identidem in *Petavio* corrigenda deprehendit.

Non itaque eſt *Muſantius* contemnendus, quod *Genebrardum*, *Salianum*, *Gaulterium*, *Ciacconium*, *Raynaudum*, *Spondanum* ſequatur pro loco, & tempore; At illa præterea de cauſa eſt commendandus, quod non iis acquieſcat tantummodo, cæco quodam obſequio; verum etiam & illos ſubinde cor-

(*a*) P. Souciet, quem Fourmont Preface p.XVIII numerat inter *Sçavans du premier Ordre* Diſſertatione III contra Chronologiam Nevvtoni pag. 89 Edit. Pariſ.1727 merito ſcribit *Le plus habiles Chronologiſtes Aſtronomes Scaliger, Petav, Riccioli*.

(*b*) Vide *Fourmont* plura differentem in hanc rem Præfationis pag.VI, & ſeq.

Digitized by Google

corrigat, & Labbeum ac Petavium ad manus ſe habere diſerte profiteatur: nempe eos qui priores illos, ubi ſibi viſum eſt, corrigere non dubitarunt. Optimo itaque conſilio extremum utrumque declinat *Muſantius* noſter, Etenim neque abhorret a magnis nominibus *Genebrardi*, *Saliani*, *Gaulterii*, aliorumque, in quibus deridendis nimium ſibi placent levioris literaturæ Viri; neque iis ita inſiſtit, ut non maxime præ oculis habeat tum Petavium imprimis, tum etiam Labbeum, quem Langletius ipſemet maximi facit Tom.2. Metodo p.9. *Abbregè Chronologique du P. Labbè. Queſto libro è aſſai buono, ed eſatto, e vi è poco da mutare intorno la Cronologia.*

Cæterum ne adoleſcentiores plus æquo fidant Langletio tam acerba cenſura inſectanti *Salianum*, *Gaulterium* alioſque plures, ſciant frangendum illum non nihil, ac caſtigandum, qui quantus eſt in laudibus *Conringii*, *Oldemburgii*, *Introductionum Hiſtoricarum Puffendorfii*, *Rhotii Epitomes*, ac cæterorum plurium mendaciis innumeris in Catholicam Religionem, Romanamque Eccleſiam refertiſſimorum, quæ indicat *Cl. P. Schvarz Tom. I Coll: Hiſtor. p.297*, uberrime autem refellit in Operis decurſu, tam eſt effuſus in convicia eorum, quos commemoravi, eruditiſſimorum Scriptorum. Utinam ſtudioſa Juventus horum volumina verſaret potius, quam pauculis compendiariis libellis acquieſceret! Hinc enim grave illud malum exiſtit, quod doctiſſimi quique vehementer dolent, ut plures alienorum laborum Cenſores cæteroquin importuniſſimi, eruditione atque ſapientia perfundantur verius, quam imbuantur. Quod an acciderit nonnullis *Genebrardi*, *Tornielli*, *Saliani*, atque *Gaulterii* contemptoribus, ii judicent, qui legerint *La lettre Critique a M. L' abbè Lenglet du Freſnoy*, *Auteur des Tables Chronologiques Memoires De Trevoux Aout* 1744 *p.* 1534: Qua in Epiſtola Auctor duabus paginis Tabularum Langletii octoginta errores deprehendit -- *Sur de fautes D. Hiſtoire, & de Chronologie, ſur des faits mal enonces, ſur des contradictions, ſur des inexactitudes dans le ſtile, qui changent, ou qui obſcurciſſent les ſens, des noms mal rendus, ſur des ommiſſions, ſur de Pleonaſmes &c.*

Ac Langletius ſane Labbeo pepercit; immo illum magnifice deprædicavit. Non defuerunt tamen qui oblocuti quoque ſint de Eruditiſſimo illo viro, quem poſt Petavium Muſantius elegit ſibi præcipuum Chronologici Operis Ducem. Verum Auctor Bibliothecæ *du Richelet* 1728 egregie Labbeum vindicat a nonnullis, qui eum *Mediocrem Criticum* inconſulto appellaverant, ac accuſationes has diligenter expendit, quas futiles oſtendit multiplici tum Catholicorum, tum Proteſtantium Judicio, quæ omnia huc transferre, quid eſſet aliud quam actum agere?

Sed finis ſit ſpecimini Apologetico; cujus fructum capiam maximum, ſi ſtudioſi Adoleſcentes, & Tabulas has Chronologicas ex graviſſimorum Auctorum opinionibus contextas ſciant, & adverſantium Cenſorum, qui forte occurrant, ſententias, ac pronunciata ita audiant, ut non illico aſſentiantur, aut novitatis cæco impetu abrepti, aut magnorum nominum fama perculſi. Fieri facile poteſt, ut cum ætas maturior hæc ad trutinam revocabit, deprehendant, non ſemper veriora eſſe placita, quæ nova ſunt: haud raro accidere, ut *quæ convertuntur, in deterius mutentur. C. Caſſius ap. Tacitum L.* 14. *An.* 43.

IN-

Digitized by Google

INDEX PARAGRAPHORUM,

Quæ continentur in Diſſertatione Apologetica Tabularum Chronologicarum Muſantii.

§.I. *NUM calculus Petavii, Labbei, Muſantii de Initiis Aſſyriorum cenſendus ſit* Error notandus, ac corrigendus? *Num adverſantes Uſſerii rationes eam opinionem debilitaverint, atque è ſtatu dignitatis ſuæ, ac probabilitatis dejecerint?* pag. IV

II. *De alio Herodoti Teſtimonio, quod Nevvtonus opponit contra Vulgatam Aſſyrii Imperii vetuſtatem.* IX

III. *Expenduntur Rationes, quibus Cl. Sevinus in Uſſerii ſententiam fere deſcendit.* XI

IV. *Num D. Vallarſius opinionem Uſſerii certioribus argumentis concludat?* XIV

V. *Vindicatur breviter Muſantii opinio de Dynaſtiis Ægyptiorum* contra Marshamum, *& Epocha Trojani excidii* contra Nevvtonum. XVI

VI. *Opinio Muſantii de Epocha Urbis Conditæ cum Uſſeriana, & Nevvtoniana comparatur.* XVII

VII. *De Æra Vulgari Chriſtianorum. Num ejus veritatem merito Muſantius amplexus fuerit? Idipſum nuper præſtitit V. Cl. Horrebovius. Quid momenti habeat Pax Univerſalis naſcente Chriſto ad Æram Vulgarem oppugnandam? Expenditur Card. Noriſii argumentatio.* XX

VIII. *Exponitur, ac diſſolvitur Argumentum alterum contra Æram Vulgarem petitum ex Nummis Herodis Antipæ, & Antiochenorum.* XXIII

§.ULT. *Num redarguendus Muſantius ſit, quod non modo Petavium, ac Labbeum, verum etiam pro loco, ac tempore Genebrardum ſequatur, Salianum, Gaulterium, Ciacconium, Raynaudum, Spondanum? Expenditur judicium, quod de Saliano, Gaulterio, Genebrardo tulit D. Langlet de Freſnoy.* XXVII

IN-

INDEX

SEU BREVIS CONSPECTUS

TABULARUM CHRONOLOGICARUM

MUSANTII

Romanæ Editionis 1750

I. ÆTAS A *Mundi Creatione ad Diluvium anno Mundi 1656. Conſtans Sæculis fere ſexdecim.* Deſcribitur paginis quatuor a pag. 1 ad 4

TITULI SUNT 1. Homo innocens, 2 Homo poſt culpam reus, 3 Filii Dei, 4 Religio, 5 Res ſupra naturam, 6 Regna, 7 Bella, 8 Scientiæ, 9 Artes, Inventa, 10 Res memorabiles. 11 Diluvium Univerſale, 12 Filii Hominum. Tabula præterea exhibens diſcrepantiam Chronologicam in I. & II Ætate juxta diverſos Calculos 1. Codicum Hebræorum cum Vulgata Editione. 2 Codicum Samaritanorum, 3 Codicum Græcorum, ſeu LXX Interpretum.

II. ÆTAS *A fine Diluvii anno Mundi 1656 ad Ortum Abrahæ anno Mundi 2039: Conſtans ſæculis fere quatuor.* Deſcribitur quatuor paginis a pag. 5 ad 8

TITULI SUNT 1. Progenitores Abrahami, 2 Religionis incrementa, & damna, 3 Humani generis diviſio in Gentes: Hebræorum Politica, 4 Res ſupra naturam. 5 Monarchæ. 6 Regna & Reſpublicæ in Græcia, 7 Regna & Principatus extra Græciam, 8 Bella, 9 Diſciplinæ Severiores, 10 Juriſprudentia, Medicina, 11 Literæ Humaniores, 12 Artes, Nova Inventa, 13 Natales Urbium, Architecturæ Opera, 14 Viri & Res Memorabiles. Præterea propoſitum a Petavio *Diagramma Propagationis hominum per Noe* duobus proximis poſt Diluvium ſæculis, *ut pateat fuiſſe tunc quantum ſatis erat hominum, Regnis antiquiſſimis conſtituendis.*

III. ÆTAS *Ab Ortu Abrahæ anno Mundi 2039 ad Exitum Iſraelis ex Ægypto anno Mundi 2544 Conſtans Sæculis fere quinque.* Deſcribitur octo paginis a pag. 9 ad 16

TITULI SUNT 1. Patriarchæ Hebræorum, 2 Religionis incrementa, & damna, 5 Hebræorum Politica &c. *& reliqui Tituli ut* IN II. ÆTATE. Præterea Selecta de Libris Apocriphis Patriarcharum I, II, & III. ÆTATIS.

IV ÆTAS *Ab Exitu Iſraelis anno Mundi 2544 ad Templum Salomonis inchoatum anno Mundi 3023: Conſtans Sæculis fere quinque.* Deſcribitur paginis quatuordecim a pag. 17 ad 30

TITULI SUNT 1. Dux Hebræorum Moyſes, deinde XV Judices, tandem Reges Saul, David, Salomon. 2. Religionis incrementa, & damna. 3. Hebræorum Politica, & reliqui Tituli, ut in II, & III. ÆTATE.

V. ÆTAS *A Templo Salomonis inchoato anno Mundi 3023 ad ſolutam Captivitatem, ſeu ad Monarchiam Cyri anno 3516: Conſtans Sæculis fere quinque,* quorum poſtrema duo fere congruunt cum duobus Sæculis Regum Romanorum ab Urbe Condita anno Mundi 3301. Deſcribitur paginis quatuordecim a pag. 31 ad 44

TITULI SUNT 1. Reges Hebræorum, nempe poſt Roboam filium Salomonis, diviſo Hebræorum Regno, REGES JUDA, & REGES ISRAEL, 2 Religionis incrementa, & damna, 3 Hebræorum Politica, 4 Res ſupra naturam; 5 Monarchæ, nempe Aſſyrii, & finis hujus Monarchiæ &c. reliqui Tituli ut in II, III, & IV. ÆTATE.

VI. ÆTAS *A Monarchia Perſarum, ſeu Cyri anno Mundi 3516 ad Chriſtum natum anno Mundi 4053: Conſtans Sæculis fere quinque:* Quæ fere congruunt quinque Sæculis ROMAN. REIPUBLICÆ *poſt Reges, & ante Imperatores.* Deſcribitur paginis ſexdecim a p. 45 ad 60

TI-

Digitized by Google

TITULI SUNT 1. Hebræorum Duces iterum per IV fere Sæcula, & deinde iterum Reges ab Ariſtobulo, 2 Religionis incrementa, & damna, 3 Hebræorum Politica, 4 Res ſupra naturam, 5 Monarchæ, nempe Perſarum a Cyro ad Darium per duo fere Sæcula, & inde Monarchia Græcorum ab Alexandro Magno, poſt quem diviſa in 3 præcipue Regna Macedoniæ, Ægyptii, Syriæ, tandem poſt tria fere Sæcula in Cleopatra extincta eſt, 6 Regna & Reſpublicæ in Græcia &c. Reliqui Tituli, ut in II, III, IV, & V ÆTATE: Præterea Tabellæ duæ, altera de Temporibus, altera de Characteribus Chronologicis.

VII. ÆTAS *A Chriſto Nato anno 4053 Decembris die 25, ſive ab Æra Communi Circumciſionis Dominicæ 1. Januarii 4054 ad finem Sæculorum: Numerat Sæcula fere Decem, & Octo ad Chriſti an.* 1750. Deſcribitur paginis 172 a 61 ad 232

TITULI SUNT QUADRAGINTA:

Ac primo quidem comprehenduntur

SACRA.

1 Chriſtus D. & ejus Vicarii Romani Pontifices. pag.61
2 Præcipuæ in Roman. Pontif. Hiſtoria Controverſiæ. 65
3 Rom. Pontificum in Eccleſia Poteſtas Magiſterium, Veneratio. 69
4 Pontif. Rom. & S. Rom. Eccl. Cardinalium ritus, & vices. 73
5 Perſecutiones inſigniores, & in eis Fidei Teſtes. 77
6 Concilia Gener., & Provincialia cum Notis quibuſdam de Concil. Patriarchalibus, Nationalibus, Provincialibus, Diœceſanis. 81
7 Sanctitate clari in utroque ſexu. pag.89
8 Propagatio Fidei, & Bella Sacra. p.93
9 Sacri Ritus inducti, Antiquati. 97
10 Sacer Cœlibatus: Ordines Religioſi. 101
11 Miracula. 105
12 Schiſmata, Contentiones, Abuſus. 109
13 Hæretici. 113

Sequentes Tituli complectuntur

POLITICA, BELLICA, FORTUITA.

14 Imperatores Romanorum, Diviſio Imperii Sæculo IV in Occidentale, & Orientale. Deficiente Occidentali ſub finem V Sæculi, Reges Italiæ uſque ad Imperii inſtaurationem per Carolum Magnum anno Chr. 800: Orientis Imperium Sæcul. XV ad Turcas translatum. pag.117
15 Rom. Imperii, & Italiæ vices, Reſpublicæ, Principes. 124
16 Romæ Vices, Pontificis Patrimonium, & Ditio. 129
17 Reges Galliæ. 133
18 Hiſpaniæ Reges, ubi etiam de Suevorum Regno in Hiſpaniis. 137
19 Aliorum per Europam Principatuum initia, & vices cum Supplemento de Initiis Turcarum. 141
20 Initia, Viciſſitudines Regnorum extra Europam. 147
21 Bella Clariora. 151
22 Prælia, & Bellorum eventus celeberrimi. 155
23 Belli Duces nobiliores. 159
24 Caſus Tragici, & Calamitates publicæ, cum duabus Appendicibus exhibentibus 1. Fames memorabiles ante, & poſt Chriſtum, 2 Inundationes Tyberis ante, & poſt Chriſtum. 163
25 Motus Elementorum, & Signa de Cœlo. 169
26 Res Memorabiles, ſive Sacræ, ſive Prophanæ. 169

Poſtremi Tituli comprehendunt

LITERAS, & ARTES.

27 Scholæ, Accademiæ, Literarum incrementa, & detrimenta. pag.177
28 Theologia Poſitiva, & Ævo inferiori Theologia Scholaſtica. 181
29 Suſpecta Patrum Scripta, Theologia Contentioſa, & inferiori Ævo Theologia Moralis. 185
30 Jus Canonicum, & Civile; Legumlatores. 189
31 Philoſophia. Præterea exhibetur Schema Hiſtoriæ Philoſophiæ ex Brukero. 193
32 Medicina. Indicatur, unde plura petenda ad Hiſtoriam Medicam. 197
33 Mathematica: Indicatur, unde plura petenda ad hanc Hiſtoriam ex De Chales, & Wolfio. 201
34 Hiſtoria, & Chronologia. 205
35 Rhetorica, Oratoria, Poeſis. 209
36 Philologia, & Grammatica. 213
37 Nova Inventa, Artifices Nobiles. 217
38 Urbium Natales, & alia Architecturæ Opera Illuſtria. 221
39 Architecti Nobiles, Architecturæ Romanæ Vices. 225
40 Pictura, Statuaria, earumque Romæ Vices. 229

F I N I S.

A01 1468966

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google